H-A
29
4

Sala II
Gab.
Est. 14
Tab. 5
N.°

M-5-2

Francisco Antonio Marquez Giraldez de Estrada

H-A
29
4

H-A
29
4

ALVARI VALASCI

JURIS

CONSULTI

LUSITANI; ET IN SUPREMA CURIA

REGIS SENATORIS, ET OLIM IN CONIMBRICENSI

Academia Juris Civilis Professoris Primarij, quæstionum Juris Emphyteutici Liber primus, seu prima pars.

REPERIENTUR IN INITIO SUMMA QUÆSTIONUM CAPITA, ET duo locupletissimi indices, alter legum juris communis, & Regiæ secundum novam Ordinationum recopilationem, alter materiarum, rerum, & verborum Typographico meliorique methodo in hac quinta editione ab omni labe in lucem editi, de novoque adjecti.

PRÆSTANTISSIMO DOMINO

ANTONIO TEYXEYRA

ALVRES

VIRO PATRICIO, STRENUISSIMO CHRISTI EQUITI Libellorumque supplicum in Ulyssiponensi curia Senatori Emeritissimo.

Accessit etiam Ordinationum allegatio secundum earumdem recupilationem, suis in locis, quæ per esterulas designantur, post antiquam inserta.



CONIMBRICÆ:

Apud FRANCISCUM DE OLIVEYRA Univers. Typ. Anno Domini

M.DCCXXXI.

Cum Facultate Superiorum.

UNIVERSIDADE DE COIMBRA
BIBLIOTECA
DA
Faculdade de Direito

Livraria de Coll.ç dos Militares.

ALVARI VALASCI

IURIS CONSULTI

LUSITANI, ET IN SUPREMA CURIA

A cademia Iuris Civilis Professoris Primarii, quæstionum Iuris Emphyteutici Liber primus, seu prima pars.

ADMINISTRATOR IN INTRITO SUMMA QUÆSTIONUM CAPITA, ET Allocationibus illati indices, aliæ legum Iuris communis, & Regiæ Iecundum Codicem Ordinationum recopilationum, aliæ materiarum, rerum, & verborum Typographico methodique methodo in hac quinta editione ab omnibus in lucem editi, de novoque aucti.

ANTONIO TEXEYRA ALVARE

VIRO PATRICIO, STRENUISSIMO CHRISTI EQUITI Libellorumque Supplicum in Ulyssiponensi curia Senatori Emeritissimo.

CONIMBRICÆ

Apud FRANCISCUM DE OLIVEYRA Typ. Anno Domini

M.DC.XXXIII.

Cum Facultate Superiorum.

PRÆSTANTISSIMO DOMINO ANTONIO TEYXEYRA ALVRES

VIRO PATRICIO, STRENUISSIMO CHRISTI EQUITI Libellorumque ſupplicum in Ulyſſiponenſi Curia Senatori Emeritiſſimo.

EPISTOLA DEDICATORIA

OLEMNE jam pridem eſt, Domine Sapientiſſime, libros in lucem daturis illos alicui Mæcenati conſecrare, & ſibi potiſſimum eligere in Patronum heroem aliquem, quem vel illuſtret ſanguinis nobilitas, vel nobilitet Sapientia, aut tandem coronent dignitatum faſtigia. Hinc eſt, quod cum doctiſſimi Valaſci opus de Jure Emphy-

Emphyteutico typis mandare decernerem, ſtatim ad hujuſce libelli lucem non meliorem, quam tui nominis umbram ambire animus impulit officioſus. In te enim unum, quæ ſingula quemque decorarent, collectim fluxiſſe demiramur: In te reſplendet generis claritudo, claret ſanguinis candor à tuis Progenitoribus ſplendidè derivatus; & qui in cognatis tot clariſsimorum virorum venis ſanguis generoſe rubeſcit, non erubeſcit in tuis; quid ultra ſapientiæ, & dignitatum radios in Patrono expoſcimus? Propriam in te ſedem ſibi vendicare juriſprudentiam proclamant muta quadam voce, & fora, & tribunalia, cum te Rempublicam miro, & recto ordine moderantem conſpexere: donec tandem ad Sapientiæ culmen evectus elato modeſte ſupercilio non ambiſti dignitates, potius illæ te ambierunt, ut abſ-te acciperent dignitatem acceptæ. Teſtetur regius ſenatus, quem adhuc litteris exornas, qui nobili quodam tumore, te miniſtro, videtur ſuperbire. Ad maiora præludis, & ſi meis votis annuerent ſuperi, jam nunc ſupremum, ut mereris, honorum apicem attigiſſes. Sed quid ſingulatim omnia percurrere meum ergate obſequium intendit? Audacter quidem ſpatiatus eſt calamus; præſtat præ admiratione; ac revcrentia contiſceſſere, quam.

Magna modis tenuare parvis.
Quando præſertim quæcunque
Sparguntur in omnes,
In te mixta fluunt, & quæ diviſa beatos
Efficiunt collecta tenes.

SUſcipe ergo hoc, licet alienum, munuſculum meum, quod non tibi damus, immo reddimus, dum ex corde conſecramus; ſub tuo nomine tutiſsime divulgabitur. Avidorum manus exin non pertimebit tuo nomine inſignitus liber hic, quem tibi devinctus ſiſto in amoris pignus, in benevolentiæ teſſeram, in gratiſsimi animi trophæum immortale. Vale.

PATER SACRA AFFINITATE COGNATUS,
Ac humilimus ſervus.

FRANCISCUS DE OLIVEYRA.

JURIS EMPHYTEUTICI

Quæstionum liber primus, seu PRIMA PARS.

Ubi potissimum agitur de substantialibus, & naturalibus ejusdem contractus.

ALVARO VALASCO JURE CONSULTO AUTHORE.

SUMMARIA.

1 *Diffinitiones emphyteusis, ab interpretibus hactenus scriptæ, explodūtur & n. 2. ponitur alia.*
2 *Emphyteusis transfert utile dominium, in quo discriminatur à locatione, & à venditione.*
3 *Emphyteusis non nisi super rebus soli, aut solo cohærentibus, consistit.*
4 *Emphyteusis potest constitui, etiam super rebus fertilibus & fructuosis: attēta hodierna consuetudine & erit proprio emphyteusis, quāvis primæva institutio fuerit super infertilibus, & infructuosis.*
5 *Emphyteusis magis patrimonio quām per sonæ cohæret, sed infeudo cōtra est.*
6 *Prætium ad emphyteusim nō omnino requiritur, sed sufficit specie dari, & de intellect. l. pe. C. de diver. præd. lib. xj.*
7 *Pensio quod sit modica, & nō correspōdens fructibus, nō est de substātia emphyteusis: nam & si magna sit, & correspōdeat, erit propria, si modo ad recognitionem dominij directi detur.*
8 *Pensio modica, cum alijs circunstātijs, indubio faciet præsumi emphyteuticum, contractum.*
9 *Prætij quantitas discernit in dubio emptorem à conductore, & quid in alijs dispositionibus, remissive.*
10 *Emphyteusis etiam sub annua pensione unius numi, possunt consistere: sed in locatione, & ditione secus.*
11 *Emphyteutici cōtractus natura primordialis est, quod sit perpetuus & ita in casu dubio, emphyteusis judicabitur esse perpetua, nisi consuetudo concedentis, aut mos regionis, aut bonorum qualitas aliud suadeat.*
12 *Emphyteusis si ad tēpus cōcedatur, nō adjecta tempori quātitate, qualiter intelligēda sit, & de intellectu leg. sine præfinito ff. de pæ. & l. si servus C. eod.*
13 *Pensio solvenda pro emphyteusi, non habet à jure certa tempora præstituta, sed pendet á passione partium.*
14 *Pēsio ēphyteutica nullā habet rationē mercedis, sed recognitionis dominij*
15 *Promissio, seu venditio certi annui redditus solvendi ex aliquo prædio, non est emphyteusis.*
16 *Diffinitio recta, debet genus & specificas differentias continere.*
17 *Emphyteusis nō cōtinet servitutem, licet quodā respectu cōtineat, & ob id nō est propria, sed anormala servitus.*
18 *Jus emphyteuticum, & jus meliorationum, sunt diversa: licet eisdem regulis terminentur.*
19 *Melioramenta non animo donandi facta videntur, & aliqua ut iliaquæ inde inferuntur.*
20 *Melioramenta, tam in feudo quam emphyteusis per se cōsiderantur, quidquid voluerit Bald.*
21 *Emphyteusis inter bona nostra connumeratur, ex quo aliqua non contenenda inferuntur.*
22 *Emphyteusis nominationis, non auget tertiam defuncti: licet secus in emphyteusi perpetua, ex quo aliquot leges Reg. explicantur.*

Quæstio prima. De diffinitione emphyteusis.

Speculator, qui ex antiquioribus plenius attigit istam materiam, *in parte 3. libri quart. sub Ru. de emphyteusi*, quæ incipit, *Nunc aliqua*, non diffinit. Emphyteusi. Sed *Hostien-*

sis in summa de locato, num. 9. Nec item *Bartolus noster in leg. 1. cap. in principio, C. de jure emphyt.* sed duntaxat, pro evidentia tituli, inquit, quod emphyteuticus contractus celebratur, quando ab initio datur certa quantitas, utputa centum, & insuper annuatim quis pascisscitur aliquid modicum dare, meminit *Alexand. consi. 12. in præsenti consultatione num. 6. lib. 1. Andr. Barb. consi. 13. Clementissimi. num. 23. lib. 2.* ex qua doctrina non possumus certam diffinitionem colligere, nec jure probabilem: quippe non est necessum, ad essentiam hujusce contractus, aliquid in initio, & pro ingressu dare, uti lat. *in q.* 10. hujus primæ partis explicabitur: tradit *Marc. Ant. nata. consi. 49. num 7.* & rursus *consil. 114. num. 6.* sed nec est de substantia, modicam pensionem dari, ut paulo inferius dicam.

Aliter diffiniebat *Paul. Castren. in Auth. ingressi. num. 9. C. de Sacros.* aliter *Panormitanus* magis ad veritatem diffinitionis accedens, *in cap. potuit. num. 7. de locato.* Rursus aliter *Cardinalis ibidem. num. 3. versi. quæro itaque.* Sed & aliter *Ioan. de platea in leg. 1. C. de administ. reip. lib. 11. col. 1.* Item aliter *Sylvester in sua Summa,* verbo *emphyteusis col. 1.* & varijs ac varijs modis noviores, ut videre licet apud *Guill Ben. C. Rainun.* verbo *in uxorem nomine Adalaziam, decis. 4. num. 2. fol. 91. col. 1. de test. Ioan. de Socarratis in commentarijs, ad consuetudines Cathaloniæ pag. 114. num. 12. Moder. Papienses, & alios practicos libellantes. Paris. de Puteo in tractatu de reintegratione feudorum capit. quoniam plerumque fol. 101. num. 5. Mode Gail. in suis consuetud. Stephanum, & noviores in §. adeo. inst. locati, feudistas in suis summis:* novissime *Anton. Gom. virum egregie doctum in l. 68. in legibus Tauri num. 2.* quas omnes diffinitiones trãscursim prætereo: sunt enim quædam mutilæ, aliæ juri parum consonæ, & pleræque ex illis sunt magis descriptiones quam diffinitiones, & quia illarum vita, ex his quæ dixerimus in nostra diffinitione palam fient, sic ego tandem diffinio.

2 Emphyteusis est *cõtractus, per quem utile dominũ rei immobilis transfertur in perpetuũ, vel ad tempus, pro quo solvitur aliquid reale, per tẽpora constituta, directo domino; in dominij recognitionem.*

3 Verbum illud *contractus*, loco generis ponitur verba illa *per quem utile dominium transfertur*, constituunt differentiam inter hunc contractum, & locationem: siquidem locatio non solet dominium transferre, nec directũ nec utile, *l. non solet ff. locati*, & infra plenius dicetur, at ex hoc contractu transfertur utile, *leg. 1. & 2. ff. si ager vect. ga. vel emphyt. petatur*, per *Bar.* & alios *in l. siquis vi. § differentia, ff. de acqui. posse.* Rursus constituunt differentiam inter hũc contractũ, & emptionem, & venditionem; ex qua cum traditione nobis quæritur plenũ dominium, tam directum quam utile: quando venditor, est dominus rei venditæ, *l. cum manu Sata. § nemo potest. ff. de cõtraemptione*, & communis ibi, *Angelus, § actionum num. 7. in fine Inst. de act. Math. Afflictis* decisi. *Neap. 338.* vel usu capiendi conditio: traditione à non domino facta, *l. clavibus. ff. de contrah. emptio.*

4 Dixi item *rei immob.* quia emphyteusis, nequit consistere, nisi in rebus immobilibus, aut solo cohærentibus, & ita pro indubitato ponunt legislatores, *l. 1. 2. & 3. C. isto titulo §. adeo.* ibi *de prædijs tantum inst. locati. §. alienationes cum §. sequens. in Authen. de non alienan. coll. 2. & in Authen. de alien. & emphyt. per totam colla. Hostien. in Summa de locato, num. 9. Iason l. si fundum sub conditione, §. si fundum, num. 15. ff de leg. primo, & in l. 1. num. 101. C. de jure emphyteut. glos. Cardin. & scriben.* communiter *in cap. potuit de locato*, & de hoc infra latius *quæst. 4.*

5 Posui itẽ *rei immobilis*, non adjiciẽdo

do fertilis, vel sterilis, quia licet prima ratio emphyteuticandi prædia, fuerit pro sterilibus prædijs ad culturam reducendis; ut æthimologia vocabuli suadet, & *text. in cap. ad aures, de rebus Ecclesiæ, & Auth. de aliena, & emphyteusi.* Et dicetur statim in quæstione sequenti, non sequitur non esse propriam emphyteusim; si de jam cultis agris, aut possessionibus celebretur, quia multis juribus probatur adhuc esse propriam emphyteusim *Auth perpetua, C. de Sacros. Eccles. §. quia vero Leonis in Auth. de non alienan. col. cap. perpetua, 10. quæst. 2.* & utrobique scriben. communiter *Rofred. Benev. in libe. Juris Pontificij. 6. par. rub. de rebus eccles numer. 6. Mar. Anto. consi. 49. numer. 16.* qui in re non bene sentit. *Pariſ. de Puteo. in d. tract. de re integra. feud fol. 105. numer. 5.* sed & *Moderni Galli* alioquin nimium cauti.

6 Dixi item in definitione aliquid reale, ad differentiam feudi, pro quo solvitur aliquid, est tamen servitium personale, cum fidelitate, *cap. 1. §. in primis, quibus modis feud. amittatur:* tradit *Jason. l. 1. C. isto titulo, num. 50.* Et ideo Jure dicitur, quod feudum magis cohæret personæ, quam patrimonio quia ejus causa in persona consistit, est personali servitio, ut per *Bald. in Auth. si quæ ruinas col. 4. in princip. numer. 5. C. de Sacrosant. Eccles. Guille. Benedit. in d. verbo, & uxorem nomine Adelaziam deciſi. 4. numer. 3.* E contra verò emphyteusis magis patrimonio, quam personæ, quia pro ea datur aliquid reale §. *aleo*, ibi *pensio seu redditus, instit. locati leg. 2 C. isto titulo.* Et licet quandoque pro feudo, etiam aliquid reale annatim detur, illud non est proprium, & genuinum feudum, nec nobile feudum.

7 Dixi item aliquid reale, non addendo in pecunia, vel re alia, quia quidvis potest dari, sive pensio in pecunia sive reditus in vino, tritico, aut oleo, ut est *tex. in d. §. adeo*, ibi *pensio seu redditus*, & ita ibi vertit *Theophilus*, & notant omnes, & *Augustinus Beroius, in cap. potuit, numer. 84. de locato. Claudius Cantiuncula, in Praphrasi institutionum de locato, pag. 837.* & ibi etiam alij recentiores, quanvis, & hoc possit controverti *ex tex. in leg. pænul. C. de diversis prædijs lib. 11.* ubi *Imperator Valen.* Canonem emphyteuticum ærario inferri jubet, quod ad numeratam pecuniam, non speriem absque dubio refertur, siquidem redditus vini, frumenti, aut olei, ærario non inferuntur. Et ita pungit *Eguina. Baro. in d. §. adeo, pag. 444.* sed non adeo urget ille *tex.* quia illatio in ærarium ibidem refertur ad Canonem in pecunia, nec ob id negatur, alios redditus posse dari alibi deponendos, nisi magis dicas illum *tex.* loqui in emphyteusi rerum publicarum: cujus canonem in pecunia, respublica magis optabat, ob bellorum necessitates, quia pecunia nervus Belli dicitur.

Item dixi, aliquid reale, nec addidi multum, vel modicum, quia quoad es- 8
sentiam, & substantiam emphyteusis, opinor non exigi de necessitate, quod modica pensio solvatur, ut plerique decepti requirunt *ex Bar. in l. 1. C. isto titulo in princ.* inquientes quod si magna fuerit pensio correspondens fructibus, erit locatio, & jure locationis regulabitur, & ita plene *Alexan. d. consi. 12.* in præsenti consultatione per totum *li. 1. Andre. Barb. conſ. 13. ex numer. 23. lib. 2.* * Latissime *Rolandus à Valle, conſ. 96. numer. 25. & 26.*) & plerique alij, de quibus infra, cũ egerimus de sterilitate contingente in re emphyteutica. * *quæst. 27.*) quæ traditio nullo jure probatur, imó dicendum, quod sive modica pensio, sive magna, & fructibus correspondens solvatur, non idcirco desinet esse vera emphyteusis, modo pro recognitione dominij solvatur. Et ita bene *Laurent. Silvanus in consi. 47 incip.* Exoritur difficultas, *numer. 5.* * *Fran. Zoan. lib. 1. rerũ quotidianarũ. ca. 59. n. 3.*) Nec ego video *tex.* qui modicã pensionem requi-

rat, sine lege autem non possumus pro substantia contractus aliquid ponere, juribus vulgatis.

9 Non tamen diffiteor, quod si acciderit casus dubius, aut non facilè possit dignosci, an sit locatio, vel emphyteusis, quod si locatio fuerit perpetua, & pensio parva, præsumetur esse emphyteusis, attenta consuetudine, & communi usu, & pactis adjectis, si vero fuerit pensio correspondens fructibus, præsumetur esse contractus locationis, quod ita elegantissimè docuit *Bald. in c. literæ, num. 5. versi. modo ego quæro, extra de dilatio.* sequitur *Jason, leg. 1. numer. 35. & 36. C. isto titulo, Corset. in sing. verbo contractus, pagina* 583. magnæ, & novissimæ impressionis, *And. Barba. in Rub. de locato, num.* 8. *ad finem,* sic denique ad præsumptionem, & notionem hujus contractus, multum faciet modicitas pensionis, non verò ad substantiam & essentiam illius, nec itidem ad casum clarum, ubi constiterit contrahentes, voluisse emphyteusim celebrare, quia hoc constito, licet pensio magna, & qualis pro locatione daretur, constituatur, nihilominus erit emphyteusis, si modo (ut dixi) pro recognitione dominij detur, tradit *Marcus Anto. Natta, cons.* 114. incipit. *non est dubium quin de jure, numer.* 4. Et iterum *in cons.* 49. incipit. *vendidit miles Astensis, numer.* 16. *Laurent. ubi supra.*

Quod multum confert, ad celebrem quæstionem sterilitatis contingentis in redditibus emphyteusis, an liberet emphyreutam, de qua lato sermone infra agemus: confert item, & utile est scire, quoad transitum hujus contractus ad hæredes, nam si fuerit locatio, ad hæredes quoscunque transit, *leg. Viam Veritatis, C. locati. Antonius Gomeci. 2 tomo de contractibus, cap. 3. numer.* 7 non sic, si judicabitur esse emphyteusis Ecclesiæ, quia non transibit ad hæredes extraneos: ut est communis in *leg. etiam, ff. soluto matrimonio, & in capit. in præsentia, de probat.* & latissimè *addito nova. Corset.* in d. singulari verbo *contractus. Marcus Anton. Natta. consilio.* 117. *insignis doctor. numer.* 3. Et dicemus in 2. *parte. in quæstione de emphyteusi Ecclesiæ,* quam utilitatem adnotarunt *Baldus, Corsetus, & Jason ubi supra,* sed & plures aliæ consequentur utilitates, de quibus in processu.

Interim tamen sufficiat admonere, 10 dictum illud *Baldi in d. cap. literæ, num.* 5. procedere duntaxat in casu dubio, ad præsumendum, qualisnam sit contractus, sicut alias *Glo. celebris.* quam ipse allegat in *leg.* 1. §. 1. verbo, *agendo, ff. de superficiebus,* in casu dubio docet, ex pretio, & mercedis quantitate discerni emptore à conductore cujus glossæ passim ad varias quæstiones scribentes meminerunt, uti *Bal. in leg. ex conventione, numer.* 1. & ibi *Jason. num.* 2. *& Ioan. Maria, Riminal. col.* 2. & alij *C. de pactis,* idem *I. fac. l. filius famil. §. Divi num.* 107. lecturæ prioris, *ff. de leg.* 1. *Jas. leg. servum filij, §. eum qui n.* 4. *ff. leg.* 1. *Franc. Ripa, l.* 2. *n.* 33. & ibi *Purpura. n.* 53. *ff. si cer. pet. Hippol. sing.* 105. *Palatios Rubeos in rep cap. per vestras, §.* 21. *num.* 4. *Andr. Sicul. in Rub. de emptio. & vend. col.* 1. *n.* 4. *Fabianus in tractat. de emptione, & vend. q.* 2. *princ. num.* 2. *Francis. Areti. cons.* 6. *numer.* 9. *col. penult. Alex. consil.* 84. *numer.* 4. *libr.* 1. *Ang. in §. item quæritur. inst. locati Ioan. Platea, §. pretium autem, in inst. de emptio, & vend. Baldus leg.* 1. *numer.* 5. *versi. circa primum, C. commodati, tradit in simil. Baldus in leg. Gallus, §. & quid si tantum colun.* 2. *& Socinus sub eadem lege in §. etiam si aparent, numer.* 6. *versi. confirmatur hoc, ff. de liber. & posthu.* * *P. Avend respon.* 12. *numer.* 4.) & multa ad propositum congerit, ad hoc ut ex quantitate discernatur contractus, *And. Tiraquellus in rep. leg. si unquam,* super verbo, *donatione* largitus ex *numer.* 2. *C. de revo. donatio.* per quæ limitantur, quæ ipsemet tradit de re-

tract.

tract. lignagier, §. 1. *gl.* 2. *numero* 1. & quod scribit *Carolus Rut. consi.* 110. *numero* 5. *liber.* 4. quocirca, nimirum si ex modica pensione, in casu dubio, dignoscamus emphyteusim, juxta prædicta.

Rursus dixi, aliquid reale, quia po-
11 test constitui emphyteusis sub annua pensione unius nummi, ut scripsit *Baldus*, *leg.* 1. *numero* 7. *C. isto titulo*, *Bart. & Baldus*, *numero* 3. *in Authent. qui rem*, *C. de Sacros.* ubi quoque *Jason*, *numer.* 16. post alios *Alexander*, prout refertur *in c. potuit*, *char.* 9. *de locato*, quanvis locatio pro uno nummo facta, non valeat, *leg. si quis conduxerit nummo uno*, 49. *ff. locati*, *leg. si quis ante*, & utrobique doctores *ff. de acq. posses.* plenè *Andre. Tiraq. in leg. si unquam*, *verbo*, *donatione largitus*, *num.* 3. *C. de revo. donatio.* ubi etiam de venditione uno nummo facta copiosè agit.

Rursus dixi in diffinitione in perpe-
12 tuum, vel ad tempus, quia licet, primordialis hujus contractus natura existat, quod sit perpetuus, ut ex *text. in dict.* §. *adeo* ibi, *de prædijs quæ perpetuo quibusdam fruenda traduntur*, & ibi notant *Ang. not.* 1. & alij, probat *leg.* 1. *ff. si ager vectigalis vel emphyt. pet.* & ibidem notant *Baldus*, & *Angelus*. *Baldus* item *in Rub. C. hoc titulo*, *numer.* 5. *Alb. l.* 1. *numer.* 3 *Jason numer.* 6. *C. eodem Baldus item in Authen. si quas ruinas*, *numer.* 1. *C. de Sacro. Eccles. Paris. de Puteo. in tract. de re integratione feudorum*, *cap. sequitur quotidiana*, *numer.* 20. & 22. *bonus text. in leg. quicumque*, 1. *C. de fundis patrim. liber.* 11. *& in Auth. de non aliena.* §. *alienationis verbo*, *coll.* 2. *Jason*, *leg.* 1. *numer.* 6. *C. isto titulo*, accedit regula *tex. in l. fin. Cod. de legatis*, ubi probatur quod omnis contractus ex quo transfertur dominium, censetur esse perpetuus nisi aliud contrahentes egerint, & inde est, quod si non constiterit, emphyteusim ad vitam, vel certas generationes fuisse concessam, judicabitur esse perpetua, ut scripsit *Angelus*, *Authen. de non alienandis.* §. *emphyteusim ex numero* 16. *coll.* 2. *Jason*, *l.* 2. *numer* 160. *C. isto titulo*, quidquid distinguat *Roman. Rub. de arbitr. numer.* 63. Licet inquam ea sit hujusce contractus primæva natura. Potest tamen ad vitam concedentis, seu ad duas, vel tres generationes concedi (appellamus enim vulgariter generationem, vitam uniuscujusque emphyteutæ) & ita pactis partium, fieri potest, pacta enim in hoc contractu peculiarius legem dant, *l.* 1. *& 2. C. isto titulo*, §. *adeo*, *institut. locati*, ubi glos. recepta. *Mar. Ant. d. cõsi.* 49. *n.* 18. *& consi.* 114. *n.* 6. *Joan. Socarratis*, *ad consuet. Cathalo. pa.* 122. *nu.* 15. nec ideo desinet esse vera emphyteusis, & propria, quo ad vitã, vel ad secundam, aut tertiam generationem concedatur, ut omnes communiter agnoscunt ubique in ista materia, quanvis enim naturalia contractus mutentur, nõ tollitur vis, & nomen ipsius contractus, ut per *Jasonem*, *l. cum quid. n.* 2. ubi cõmunis secundum *Alc.* in verbo *pro cauto habendum*, *ff. si cer. pet.* tradunt noviores repetentes post *glo. in l. pacta conventa ff. de contrat emptio.* & in hoc nostro cõtractu nuncupatim *Joan. Socarratis*, *d. n.* 51. quo circa cavendum est à quibusdã modernis, qui tam præposterè hanc rem acceperunt, ut primã institutionem hujus contractus, docuerint esse ad vitã recipientis, aut certas generationes. Postea verò in perpetuũ fieri concessũ, cum totum ê converso, dicendũ foret, ut primæva natura sit, ut in perpetuũ fiat, quod coligitur ex præcitatis, & *ex tex. expresso d* §. *adeo*, *& l.* 1. *C. de offi. cõmi. Sac. palatij*, *l.* 3. *C. de fund. patr. lib.* 11. *c. ea enim*, § *perpetuo.* 10 *q.* 2. licet ex consuetudine regionis, aut qualitate bonorum (ut quia sunt Ecclesiæ) hæc primordialis natura mutetur, *juxta tex. in Aut. de alie. & emphyt.* §. *emphyteusim co.* 2. Proinde si reperias emphyteusim Eccles. nec de forma investituræ constet, in dubio judicabis in tertiam generationé concessam, *Jas. in l.* 2. *n.* 161. *C. isto*

to tit. late M. Ant. conſ. 3. pro habenda clara col. fi. Et idipſum crediderim in hoc Regno Luſit. in emphyteuſi ſeculari, quia non ultra tres generationes, ſolet emphyteuſis concedi, & in his ſtādum eſt conſuetudini, vel Eccleſiæ, vel regionis, ut docuit *Baldus in Auth. ſi quas ruinas, num. 1. C. de Sacroſ. Eccleſ.* * *Hipp. ſing. 421. n. 1.*) tradit *R. Præſul & clariſsimus Iuris anteceſſor. D. Cov. in lib. 2. reſol. cap. 17. num. 5.*

13 Solet tamen dubitari, quid ſi fiat cōceſſio emphyteuſis ad tempus, nec adiecti ſit quantitas temporis, aut aliter ex circunſtantijs poſſit temporis præfinitio colligi, & interprætes aiunt, intelligi eam conceſſionem de decēnio, quia tenet medium, inter breve & longum tēpus: atque ita determinat *Ba. inc. ex literis, n. 20. ver. quid ſi judex de conſt.* & idem *Bal. in l. 1. ff. ſi ager, Vectigalis, vel emphyt. peta.* quem ſequitur *Iaſ. l. ita ſtipul. à magna, co. ff. de verb.* allegantes *tex. cum gloſ. in l. ſine præfinito ff. de pœnis,* ubi ſecūdū cōmune intellectū probatur, quod relegatus ad tēpus, ſine alia declaratione tēporis, cenſetur ad decennium relegatus, & ita ex illo *tex.* colligunt oēs ibi, *oēs etiam* ubi *Felin. late ex n. 9. in d. c. ex literis, Iaſ. §. curare. num. 49. de actio. Bal. l. à muneribus, num. 2. C. de curio. l. 10. Bal. l. 1. c. 1. C. de poſtul.*

Tu tamē adverte quod illa ſentent. *Bal.* non probatur ex diciſione *tex. in d. l. ſine præfinito,* quippe lex illa non loquitur (ut cōmunis nō bene intelligit) de judice qui ad tempus dixit ſe in metallū aliquē dānare, & quātitatē temporis non expreſſit, ſed in caſu quo judex aliquem in metallum damnavit: ſimpliciter non adjiciendo ver. illa, ad tempus, idque per imperitiam fecit, & in ea ſpecie intelligit *l.* illa decēnij tēpora præfinita videri, quod elegāter advertit *Dec. d. c. ex literis. n. 10.* Sed ego ult. noto, *Iurecōſultum Modeſt.* ibi loqui de damnato in metallū, quod ſupplicium non pro levi crimine imponitur, ut in princip. ibi, *vel metallo. inſt. de publicis judit* nec dimittuntur damnati, ſi non minus decem ānis pœna ſua functi ſunt *l. in metallum in fine, ff. de pœnis,* quæ lex antecedit. *d. l. ſine præfinito,* & per eam declaratur pro inde (ut & hoc obiter dicā) non probatur ex illa, *l. jūcta, l. ſi ſervus, C. de pœnis,* cōmunis ſententia quæ diſtinguit an judex dicat. Titius fiat exul ad tempus, vel ſimpliciter dicat, condēno Titium ad exiliū, ut primo caſu *procedat, l. ſine præfinito:* 2. verò procedat, *d. l. ſi ſervus, C. de pœnis,* quæ nuncupatim loquitur in pœnis ſervorum, licet eā diſtinctionē cōmunē probaverit *Ant. Gom. 3. tom. de delictis, ca. 8. de exilio, & relegatione, n. 3.* & non ſolum illis juribus non probatur, ſed nec eſt morali rationi conſonum, ut relegatio ſimpliciter indicta, vel adiectis verbis illis, ad tempus, cenſeatur facta ad decennium, vel in perpetuum, quid enim ſi qualitas criminis hoc non patiatur?

Dicendum igitur, ex qualitate criminis hoc fore æſtimandum, & mentionem temporis ſic regulandam ſicuti alias ſm. ſubjectas materias varie accipitur, ut tradit latiſſima additio *Bald. in l. uſuræ, C. de uſuris.*

Sed ut ad ſententiam *Bal. in d. c. ex literis,* redeamus, ego exiſtimo, eam eſſe parum neceſſariam, nam, aut conſulto, quis dixit, quod concedebat emphy. ad tempus, & videtur intellexiſſe de tempore juris, quia verba contrahentium intelliguntur juxta naturam contractus qui celebratur, *l. ſi olei. C. locati l. in ſolam, ff. de præſc. verbis, l. uno ff. locat.* aut per errorem omiſit, & vitiatur conceſ. *jux. d. l. ita ſtipulatus, & l. triticum, ff. de verborū obliga.* aut ex antecedenti contract. vel præfationibus habitis in contrahendo colligi. poteſt quid intenderint: & illud ſervabitur licet fuerit emiſſum juxta, *d. l. triticum,* & quod ibi *Iaſ. col. 1.* & communis, unde non video caſum, in quo *Baldi* ſententia poſſit eſſe probabilis: & id circo ab eo diſcedo, licet non ſit auſus diſcedere *Iaſ. l. 2. n. 163. C. de jure emphyteut.*

Sed ut ad definitionem regrediar, di- 14
xi ulterius, per tēpora à contrahentibus conſti-

constitutra, quia jus non præstitit certum tempus pensionis solvendæ, sed quoquo tempore contrahentibus placuerit, sive per singulos annos, sive de biennio in biennium, uti contigit in pensione, in oleo solvenda, quia redditus olivarum non singulis quibusque annis percipiuntur denique hoc explacito contrahentium pendet quod si non reperiatur expressum, ex consuetudine regionis, ex qualitate reddituum, ex more familiæ, regulabitur, uti aliquando judicatum vidi.

15 Postremo subjunxi in definitione, in recognitionem dominij, quia pensio emphyteusis non datur pro mercede, sed pro recognitione dominij directi, ut tradit *Bart. l. 1. num. 4. Bal. n. 7. Iacobin. de Sancto Georgio in Auth. qui rem, n. 25. C. de Sacros.* & agnoscunt omnes, & *Ferret.* declarans *resp. 31. n. 10.* in quo differt a locatione, quia pro mercede principaliter fit, *l. si quis ante. ff. de ac qui. posse. l. 2. ff. locati. in princ. inst. locati, l. mercedes, ff. de petit. hæred.* & etiam si sit locatio ad longum tempus ut infra plenius dicam suo loco.

16 Item dixit ad recognitionē dominij, ad differentiam contractus certi annui redditus, solvendi ex aliquo prædio hypothecato adhoc, puta cum dicitur, promitto tibi centum cados vini, seu tesseras frumenti solvendas quotannis ex tali prædio: hæc etenim obligatio est personalis, & non emphyteusis, *l. fin. §. fi. ff. de cont. emptio.* quam ibidem novissime commentatur *Curs. Iun. & alibi Moderni Galli,* & nunc elegantissime, nobilis, & perdoctus vir. *D. Ant. Menesius Padilha in comento. l. in provinciali, C. de servit. & aqua. n. 23. fol. 163.* & in ea specie, venditio prædij fieri potest, dño irrequisito, nec si cesset debitor per triennium, amittet prædium, quia talis obligatio non est emphyteutica: nec habet debitor in eo prædio dominium directum, cui injuriam feciſſe videatur, non solvendo per triennium, vel alienando creditore irrequesito: & ita etiam praxis observat, & vidi non semel judicatum, & de annuis redditibus an possint titulo emptionis in pecunia constitui copiose *D. Covar. lib. 3. resolu. cap. 7.*

De scriptura autem, & datione pro ingressu, mentionem non feci in diffinitione, quia hæc non sunt de substantia emphyteusis ut suis capitibus dicam.

Retineo igitur prædictam meam defi- 17
nitionem, quia in ea, & genus & specificæ differentiæ istius contractus reperiuntur, quæ omnia in recta definitione desiderantur, ut tradunt *Hieron. Cagnolus in l. omnis definitio, ff. de regu. juris. Petr. Loriotus, l. 1. ff. eodem Fortuni. Garcia de ultimo fine juris, num. 201. Andr. Alc. li. 6. parado. c. 9 Viglius Zuichemus in prin. inst. de testament.* Sed vix ulla est definitio, quæ subverti non possit, & idcirco nemo satis confidenter potest ad definitiones descendere, cum per raro id ausi fuerint, etiam ipsi Jure Consulti, & hæc de definitione satis.

Ultra memineris, emphyteusim non 18
continere servitutem, nec enim emphyteuta, qui dominium utile habet. *l. 1. ff. si ager vectig.* potest dici, ratione sui utilis dominij servitutem in re emphyteutica habere, quoniam res sua nemini servit. *l. uti fru. ff. si usus fru. petatur. l. tria prædia, de servitu. rustico prædiorum, l. 1. cum gloss. ff. de servit. legata.* Sed quia respectu directi dominij, res emphyteutica, aliena est, potest dici in emphyteusi quendam usū seu usufructum in esse, ut per *Bald. l. unica. §. in primo, num. 12. inf. C. cadu. tollen.* late *Iason* qui alios citat *in præludijs feudorum, num. 18.* quod ipsum in superficie inquit *text. l. 1. §. quod autem 2. ff. de superficiebus, & in feudo tex. cap. 1. ad finem in quibus tauſ. feud. amitta. libro feudorum,* atque ita debet explicari, quod scribit *Augusſt. Beroius, c. potuit. num. 109. de locato,* ubi dicit, quod si emphyteusis dici potest servitus, erit servitus anormala, & impropria, & ita etiam debet explicari, id quod tradit *Marcus Anto.*

Nata

Nata consi. 114. *numer.* 17. cum ait citando *Specul. Baldum, & Jasonem, in leg. secunda, numer.* 18. *C. eod.* quod emphyteuta est similis usufructuario, *Soc. consi.* 177. *colum.* 4. *lib. secundo. Gra. consil.* 22. *numer.* 10. *libr.* ita etiam debent accipi quæ circa feudum scribit *Jason in dict. numer.* 18. *in præludijs feudorum*: rursus ita debet accipi, quod pulchre scribit *Decius Auth. qui rem, numer.* 5. *de Sacros.* cum scribit quod emphyteuta potest dici, usufructuarius, & ê contra usufructuarius emphyteuta.

19 Sed & illud scitu dignum non prætermittes, quod aliud est jus emphyteuticum, seu emphyteuticarium: aliud vero jus meliorationum, & quod sint separata, ac diversa, bene indicat *tex. in cap. potuit, de locato.* ibi, *meliorationes*, & jus sibi competens: ponuntur enim ibidem, quasi diversa, ut ostendit illa copula, & quæ inter diversa solet poni. *Juxta gloss. vulgarem in rub. ff. de juris & fac. igno.* & ita ex eo *tex.* colligit *Augusti. Beroius numero.* 49. *versi.* 3. nota, sed est melior *tex.* quem ipse non expendit *in leg. fin. C. isto titulo*: ibi *meliorationes* (quæ Græco vocabulo emphyteumata dicuntur) alienare, vel jus emphyteuticum in alium transferre: & licet *Jasoni* ibidē, hoc non adnotaverit, cum tamen esset nota dignum, ipse tamen, in discursu totius lecturæ, hoc satis habet pro constanti, quia semper ista duo, quasi diversa ponit, scilicet jus emphyteuticum, & jus meliorationum, & id nuncupatim in præludijs hujus materiæ volui adnotare: ne existimes, ista duo idem jus importare, nec esse vere separata, cum sint maximè, jus quippe emphyteuticum provenit ab investitura, & sic à contractu ipso, *leg.* 1. *C. eodem.* Jus verò meliorationum provenit ex facto accidentali ipsius emphyteutæ, qui suis expensis, labore, ac diligentia, rem emphyteuticam melioravit. *cap.* 1. *de in integr. rest. cap.* 1. *§. si vassalus in feudo.* In titulo hic finitur *lex* deinde incip. *consuetud. Regni, libro feud. Bero. ubi supra, qui ex n.* 50. infert resolutionem singularis quæstionis, quam videto.

Volui item hoc admonere, ut intelligas diffinitionem quam supra scripsi ad jus ipsum emphyteuticum duntaxat pertinere, quod ex emphyteutico cōtractum enascitur, non vero ad meliorationes, quæ non ex contractu, sed ex facto subsecuto progrediuntur: & ideó in diffinitione de meliorationibus mentionem, consulto non feci, quia non desinet esse emphyteusis, licet res non melioretur, vel pactum meliorandi non adjiciatur, quanvis ab initio causa inductiva hujus contractus, fuerit ratio meliorationum, tradit *Corneus consi.* 24. *ad evidentiam, num.* 2. *vol.* 2. & in quæst. sequenti mox subjiciam.

Veruntamen tu considera, quod licet prædicta jura, videlicet emphyteusis, & meliorationum, sint diversa jus tamen meliorationum pendet à primo, unde sicut, non potest emphyteuta jus suum emphyteuticum irrequesito domino vendere, ita similiter nec jus meliorationum, seu meliorationes ipsas, *Corneus, consi.* 250. *numero.* 1. *lib.* 3. imò debet prius certior fieri dominus, qui habet jus prælationis pro eodem prætio, ut *l. fin. C. isto titulo*, tradit *August. Bero. d. cap. potuit, nu.* 52. allegando *Specul.* & poterat etiam allegare practicum *Papiensem.*

Meliorationes enim non videtur 20
emphyteuta facere, nec in solo emphyteutico ædificare animo donandi, ut tradit *Baldus in leg. secunda C. de reivendicatione*: & *in cap. Domino Gerram* in titulo hic finitur *l.* §. 2. *idem Baldus & Imola in leg. senatus*, §. *Marcellus. ff. de leg.* 1. & cum illis *Jason in l.* 2. *num.* 33. *C. de jure emphyteutico*: & patet evidenter *ex leg. finali, C. illo titulo*, quatenus de alienatione meliorationum agit. Patet item ex recepta doctrina *Bart. in leg.* 1. §. *Permittitur, ff. de aqua quot. & estiva*, ubi ad renovationē allegant succe-

cessorem

cessorem, meliorationes factas in prædijs, & domos ædificatas, non utique allegaturi, si donandi animo factæ viderentur. Et licet dicat quòd finita emphyteusi, emphyteusis ipsa cum suis melioration-ibus ad dominum revertatur: adhuc etiam ad renovandum, possunt meliora-menta allegari, ut semel Judicatum vi-di, ex hac ipsa ratione, quod non animo donandi facta videntur.

21 Porrò quod *Baldus* ait in *cap. imperialem in principio de prohibi. feudi aliena. per Federi. libro feudorum, numer. 6. versi. quæro an vassalus*, quod emponemata, seu melioramenta feudi, per se stare nequeunt: & ideo feudo in dotem filiæ dato non valebit datio, etiam quoad solas meliorationes: non videtur ad modum jure consonum, cum verum sit jus meliorationum, & jus emphyteusis diversa esse, ut jam diximus, & datio valere debet, in eo quod potest valere, quemadmodum satis in hac specie respondet *Iure consultus in l. si domus, §. fin. in fine, ff. de leg. primo*, nec in hoc discriminarem feudum ab emphyteusi, ut facit *Augustin. Berous in cap. potuit. num. 99. de locato.* plus nimio laborans, ut dicto *Baldi* respondeat: video etenim & in feudo meliorationes per se posse stare, ut probat *tex. in cap. 1. § si vassalus in feudo, in titulo hic finitur* lex, *libro feudorum, cap. 1. de integ. restitu.* De melioramentis verò in re feudali copiose agit *Augustin. Berous in quæstio. familiari. 96. per totam.* Et nos inferius non pauca de melioramentis in re emphyteutica.

22 Postremo memineris, emphyteusim sic definitam inter bona nostra computari, nam & in judicium familiæ hercis. venit uti *Baldus* per illum *tex. in leg. item prædia. ff. fami. hercis.* Item & in judicium communi dividundo, ut omnes per *tex.* ibi (*qui tamen loquitur in feudo vectigali*) *in l. 7. ff. communi dividundo*, & sicuti minor sine decreto, & juris solemnibus, nam alienat rem immobilem, ita nec bona in quibus habet jus emphyteuticum, *l. 3. §. si jus emphyteuticarium, ff. de rebus eorum* secundū vulgarem lectionem, de qua *Alc. li. 1. parergon. cap. 36. l. etiam, C. de præcarijs minorum*, unde non debet in dubium venire, quod bonorum appellatione, etiam emphyteutica veniant, & alia, in quibus quis habet duntaxat utile dominium: quemadmodum feudalia, superficiaria, & pleraque hujusmodi; de quibus *Bald. in Rub. num. 1. isto titulo*, * tradit *Iason, leg. si non sortem, §. libertus, n. 35. ff. de cond. ind.*) quanvis in hoc interpretes variaverint, & in varias distinctiones iverint, ut tradit *Pinelus noster in Rub. C. de bonis maternis, 1. par. ex num* 18. ubi tandem concludit appellatione bonorum, emphyteutica, & similia bona comprehendi; in quibus duntaxat, utile dominum habemus: nisi particularis aliqua ratio contrarium suadeat. * Imò etiam in statuto de bonis loquente comprehendi emphyteutica, & etiam Ecclesiastica licet statutum sit laicorum quoad ipsos laicos, optime tradit *P. Parisius, consi. 21. num. 61. lib. 2.*

Quod profecto præter alias utilita- 23
tes, maximè utile est in hoc Regno, propter tertiam defuncti patris: an augeatur per bona emphyteutica nominationis, ut sic possit filia cum sua dote, quæ non excedat legitimam, & tertiam: computato valore emphyteusis, ab hæreditate patris se exterminare, *juxta leg. Regni li. 4. tit. 77. §. 3. in novis lib. 4. tit. 97. §. 3.* Habui etenim in facto, & vidi judicatum: non faciendam computationem valoris talis emphyteusis, nisi pretio fuerit empta, vel melioramentorum ipsius: quia dicebant *Juris Peritissimi Senatores*, quod licet emphyteusis inter bona emphyteutæ, dum vivit, connumeretur: non tamen eam in hæreditate sua relinquit, *Bart. leg. item videndum, §. fin. ff. de pet. hæred. Alexan.* & alij *in leg. si patroni. ff. ad S. C. Trebell.* unde non debet inter ejus bona, seu magis hæreditatem connumerari: nec tertiam augere.

Ex

Ex qua decisione ego inferebam, secus dicendum in emphyteusi perpetua, quæ venit in judicium familiæ herciscundæ, ut *d. leg. item prædia, ff. famil. herciſ.* & per æstimationem, divisionem patitur inter hæredes *juxta l. Regiam, lib. 4. tit 77. §. pænul. in novis lib. 4. tit. 96. §. 23.* connumerabitur enim inter bona defuncti ad augendam tertiam, & hæc de diffinitione dicta sufficiant.

SUMMARIA.

1 *Ethimologia, verbi, emphyteusis posita ab Specul. non probatur.*
2 *Ethimologia Accursij magis recepta est, sed alia noviorū est verior, de qua n. 3.*
3 *Emphyteusis, non emphyteusis, est dicendum, si proprie, & accurate loqui volumus, & est hodie frequentior locutio modernorum.*
4 *Ethymus dat proprium significatum, nisi diffinitio repugnet.*
5 *De natura emphyteusis non est, ut ager sterilis, & incultus concedatur, quidquid scripserit, Andr. Alcia.*
6 *Infertilis rei concessio, maximum erit argumentum ad judicandum, concessionem fuisse emphyteuticam.*
7 *Renovatio nō debetur, nisi in re ēphyteutica meliorationes factæ ostēdātur.*
8 *Meliorationis verbum, non est à sermonis latini candore alienum.*

Quæstio secunda. De Ethimologia emphyteusis.

1 TRipliciter hoc vocabulum emphyteusis, derivarunt, interpretes. *Speculator* enim *in d. §. nunc aliqua, num. 2.* in fine, inquit *emphyteusim* derivari ab, *En. quod est, In. & fiscos*, idest, *fides* quasi *in fidem* suscipientis tradatur res emphyteutica, ut eam deteriorem fieri non patiatur, ut *Auth. qui rem, & Auth. hoc jus porrectum, C. de Sacrosanct. Eccles.* Sed utique meliorem reddat. *l. fin.* ibi, *meliorationes, C. isto titulo, cap. potuit. de locato* alioqui, si hanc fidem non servaverit, jure suo cadat. *d. Authen. qui rem.* Sed licet hæc vera sint; derivatio tamen est inepta, & à Græci sermonis ignaris fabricata.

Accursius verò in verbo, *meliorationum, in Auth. de non alienandis, co. 2. in §. scire autem* inquit, emphyteusim ab *emponemate* derivari, quasi *emponema*, Græcè, sit idem, quod vox latina *melioratio*, & sic contractus emphyteusis, sit idem, quod contractus meliorationis, quod ipsum docuit, *glos. §. adeo, verbo, emphyteuseos, inst. locati.* voluit *Bald. in Rub. numer. 3. C. isto titulo, Cardi. quæst. 1. & Imola in cap. potuit. de locato. Alex. consi. 117. viso processu, numer. 12. in fine li. 4. Sylvester in Summa, verbo emphyteusis, in prin. Summa Rose.* & alij plerique, Græce autem *meliorationes*, seu *melioramenta, emponemata* vocari, probat *And. Tir. in Rep. leg. si unquam*, verbo *revertatur, num. 234. C. de re vo. donatio.* ex versione *Gregorij Haloandri ad Authen. de alienatione, & emphyteusi, coll. 9.* ubi non semel emponematum, hoc est, meliorationum fit mentio: hujus autem æthimologiæ, rationem, scribit *Accur in d. §. adeo*: quia, videlicet olim sterilia tantum dabantur, licet hodie non sterilia tantum, sed fertilia dentur in emphyteusim, uti, & nos diximus supra quæstione prima. 2

Verum Speculator aliam rationem ponit: quia scilicet, ex parte concedentis emphyteusim melioratio est, quia percipit pensionem. Item quia finito contractu, quidquid in re emphyteutica plantatum, seminatum, vel ædificatum reperitur, illi cedit: quia ejus est solum, *leg. si quis sciens, cum concordan. C. de reivendica* ut dixi, *q. 1.* Ex parte etiam emphyteutæ melioratio est, quia ipse utitur, fruitur. Item quia de fructibus plus percipit, quam solvat nomine pensionis: quia pro emphyteusi solet modica pensio dari, ut diximus, *q. 1.* habetur *in Aut. perpetua, & in Authent. Siquas ruinas, C. de Sacrosan. Eccles.* Item quia meliorationes

potest

potest vendere, requisito tamen domino, *d. c. potuit, & leg. fin. C. isto titulo.* Sed ista ratio *Spec.* non tam convenit æthimologiæ quæ deducitur ex verbo, *meliorationum*, quam illa *Accursij in d. §. adeo* verbo *emphyteuseos.*

3 Licet autem illa derivatio ex emponemate non displiceat, magis tamen placet alia noviorum interpretum, ut emphyteusis dicatur à verbo insero quod est implantare & inserere, germina ponere, ut sit emphiteusis, implantatio dicatur: ex illa eadem ratione, quod olim non nisi infertilia, & inculta in emphyteusim dabantur. Et ita *Alciatus libro primo Parergon. cap. 36. Ioan. Corasius l. ei qui, num. 20. ff. de servitutibus*, & id ipsum *alij Moderni Galli in suis commentarijs*, quod ipsum prosequitur *Ludo. Cælius Rhodegi. libro 7. lectionum antiquarum, cap. ultimo ad finem, pag. 276.* inquiens agros emphyteuticos dici, hoc est, datos ad plantationem, quia olim emphyteutæ sterilia fere, & squalentia suscipiebant prædia, ut plantationibus, & omni politionum genere excollentes, secunda redderent, & hanc ipsam æthimologiam probavit *Æguinarius, in paraphra. inst. de locato. pag 443.* & ibi quoque *Ioan. Ferrarius in verf. & ecce de prædijs. Marcus Anto. Nata. consil. 49.* vendidit miles. *Asiensis, num. 7.* & recentiores alij.

Proinde emphyteusim magis, quam emphyteusim dici malunt secundum Græci sermonis prolationem, quod ante omnes admonuit *Alciatus* ubi supra, *& Ioan. Corasius lib. prim. Miscellaneorum, capit. 21. numero secundo*, & rationem habent quia verbum hoc à Græcis mutuatum accepimus, ut scripsit *Anto. Augustin. libro singulari ad Modestinum pag. 293.* & ita jam usus loquendi noviorum obtinuit. Sed & hæc æthimologia in idem reincidit cũ melioratione secundum *Marc. Anton. ubi supra*, est tamen verior.

4 Nec existimes inutile esse, noscæthymum vocabuli, licet enim inde argumentari, quia æthymus dat proprium significatum, nisi diffinitio repugnet, *l. notionem, § instrumentorũ*, verbo, *proprie, ff. de verb. signi.* & late tradit. *Everardus, in loco ab æthimologia, pag. 19.* ubi plenius videbis. Rursus erunt optimum argumentum, implantatio, & melioramenta, si facta reperiantur in prædijs ut inde dignoscas, & discrimines emphyteutam à censita, feudatario, & conductore quos ad meliorandum non teneri, compertissimum est.

5 Verum attende, lector optimè, quod licet ager cultissimus, & fertilis, nullaque reparatione indigens, detur in emphyteusim, ut hodie plerumque fit non desinet esse emphyteuticus contractus proprie, quia ratio melioramẽtorum, quamvis causam dederit invẽtioni contractus, fuit sane impulsiva, non verò finalis, ut ea cessante contractus evanescat, idque postea usus hominum, & praxis verum esse indicavit unde nimirum si *Iustinianus in §. adeo instit. locati, & in leg. 2. & finali. C. isto titul. & Imperator Zeno. in l. 1. eodem titulo* de infertilibus ac sterilibus, prædijs mentionem non fecerint: & valde mirum quod doctissimus *Andre. Alciatus lib. 1. Parergon cap. 37.* de natura hùjus contractus esse dicat, rem sterilem, & infructuosam suscipere, hoc etenim, nec esse de natura hujus contractus emphyteutici, dici

6 potest, ut ex dictis juribus satis deprehenditur. Proinde specifica differentia hujus contractus ab alijs, non erit melioratio, vel quod fundus qui cõceditur, sit sterilis sed perpetuitas, recognitio dominij superioris, caducitas, & alia de quibus in discursu, quanvis ad decisionẽ casus dubij, concessio rei infertilis, maximũ sit argumentũ ad indicandũ, concessionẽ fuisse emphyteuticã, ut ex æthy. vocabuli colligitur.

7 Ad unum tamen, præ omnibus aliis, est necessarium, melioramenta in re emphyteutica probare & ostendere, ad petendã videlicet renovationẽ

emphy-

emphyteusis propter generationes finitas, nisi etenim fundum à maioribus meliotatum successor agnatus ostendat, jure denegabitur renovatio, quæ si cultus, extirpatus, & arabilis ac fructuosus factus ostendatur, non poterit denegari, Juxta receptam doctrinam *Bar. l. 1. §. permittitur, ff. de aqua quott. & histi va*, & non tam erit beneficium, quàm injuria si non concedatur, ut inquit. *J.C. in d.§. permittitur*, facit *optimus text.* secundum unum intellectum, *in cap. ad aures. de rebus Eccles.* sed de his infra suo loco plenius. * Et quanvis noviſſimus *Joan. Garcia de expe. & meliora. cap. 15. numer. 27.* asserat non esse necessaria melioramenta ad petendam renovationem, quia *Bar.* id non exigit, negati non potest, id multum conferre, ex ratione *l. 2. C. de aliu. & Pal. cum aliis per ripam de peste. in titulo de remed. præserv. §. item licet emphyteusis numer. 256. Gome. de triena. quæst. 28.* in tertio casu diligenter, *l. fin.* ubi *Bart. C. de omni agr. dese. lib. 11. & l. 2.* & ibi *Plat. C. de præd. navic. eo lib. Bart. l. cognovimus* per illum *tex. C. de mancip.* per illum *tex. Guill.* verbo, *& uxorem, Decis. 5. ex numer. 425.* & licet *Bart.* id non expresserit suppleri tamen debet, ex ratione aliorum jurium, quia etiam *Bart.* non loquitur de cognatis, nec ponit alia quæ ad renovationem requiruntur, & tamen supplentur à doctoribus, ut substineatur æquitas renovationis, ab eo inducta cõtra plures juris regulas, & ita in omnibus cõstitutionibus episcopatuum regni agentibus de renovatione emphyteusis fit mentio melioramentorum factorum in re cujus emphyteusis petitur renovari.

8 Et ne te offendat verbum hoc, melioramentorum, quasi purum latinum sit, memineris *Jureconsultum Ulpianum* eo uti, *in l. æquissimum, § inde quæsitum, ff. de usufructu*, ibi *Meliorare proprietatem*, ut interim omittamus *Justinianum in l. 2. & leg. finali C. isto titulo*, passim eo verbo uti. Et *in Authent. de alienatio, & emphyt. & in §. scire autem, Authen. de non alienãdis, & Sũmum Pontificem in c. potuit de locato*, id quod etiam adnotavit *Andræas Tiraq. in d. l. si unquam*, verbo, *revertatur, num. 234.* *Noviſſime *Joannis Garcia Hiſpa. doctiſſim. tract. de expensis, & meliora. cap. 1. n. 8.*

SUMMARIA.

1 *Emphyteuticus cõtractus nõ est de jure gentiũ, quãvis Joan. Coras. & aliqui contrariũ opinentur, & n. 6.*

2 *Juregentiũ inducta, quomodo cognoscantur.*

3 *Juregentiũ inducta, ut plurimũ rationi naturali cõveniunt, & ideo jusgentiũ quãdoq; appellatur jus naturale, & hinc explicatur tex. §. singulorum Inst. de rer. divis.*

4 *Juregentiũ, aliqua sũt rationi naturali primæ antepoſita: sed ex alia ratione pro exigẽtia tẽporũ sustinẽtur, ex quo declaratur l. ex hoc jure. ff. de jus & jure, & §. quod vero Inst. de jur. nat.*

5 *Jus gentium esse unicũ, cum novioribus, verius ostenditur, quanvis communis contra ut num. 6.*

7 *Emphyteuticus cõtractus est invetus, & cofirmatus, à jure civili, cũ cõmuni.*

8 *Explicatur §. Adeo. Inst. locati, in verbo, ac si naturalis esset contractus.*

9 *Princeps, etiã sine causa, potest tollere quæsita mediante solo jure civili, secũdum plures. Sed nos contra. n. 10.*

Quæstio tertia. Quo jure sit inventus cõtractus emphyteuticus, deque ejus origine.

SUnt qui putant, originem atque inventionem emphyteutici contractus juris gentium esse, eo quod *Arist. lib. 2. æconomico.* seu ut alij vocant, *æconomicarum publicarum libro singulari*, tradit *Bizantios* olim in pæcuniarum indigentia solitos certa mercede prædia publica locare.

, fertilia quidem prædia: infertilia vero ac infru-

infructuosa in perpetuum. Meminerunt ejus loci *Andreas Alciatus, lib. 1. Parergon. capit. 37. Greg. Haloander. in recognitione Pandectarum, super leg. sed si pecunia, §. si jus Emphyteuticum, ff. de reb. eor. Claud. Canti. in Paraphrasi institut. de locato pag. 437. ac Moderni Galli in suis Commentarijs.* Sed non ex eo, quod *Bizantij* ita consueverint de fundis suis disponere, sequitur emphyteuticum contractum juris gentium esse, quippe, non quod una gens constituit, sed quod apud omnes per æque gentes custoditur, juris gentium esse noscitur, *l. 1. §. hujus studij, vers. jus gentium est ff. de just. & jure* clarius *Iustinianus in §. jus autem civile, vers. quod verò naturalis, institut. de jure natural. genti. & civil.*

2 Et ne amplius in jure gentium dignoscendo (ut plerisquæ contigit) decipiatis, adverte, non ideó aliquid juris gentium esse, quod aliqua gens vel populus, ex illis antiquissimis hominibus, ex re uteretur ut probat (à sensu cõtrario) Iustinianus in dicto *vers. quod verò naturalis*, ibi, *apud omnes per æque gentes*. Nec item existimes, non esse aliquid de jure gentium, eo quod ex primis illis hominibus, natis adhuc orbe recenti, ad nos non venerit: id enim non est necessum, nec in hoc, Iuris Cõsulti legumnè latores vim faciunt, ut aliquid juris gentium esse statuant. Agnosces igitur jus gentium ex ratione, & communi omnium gentium consensu & applausu; Unde quod naturalis ratio ita hominibus suasit, ut apud omnes gentes observaretur, juris gentium esse dices, quasi quo jure omnes gentes utuntur: atque ita non ex observantia unius antiquæ gentis, aut populi, nec ex sola antiquitatè rei institutæ, jus gentium metieris, petens originem à primis hominibus, sed ex unanimi omnium gentium placito & cõsensu, in alicujus rei observantia naturali ratione suadẽte. Et hoc est quod *Justinianus* insinuat in d. *vers. quod verò*, licet ibi non ita exactè interpretes explicarint, nec *Noviores* (quos, nec longum faciam omitto) *in suis glossulis, & Paraphras. ad titul. de just. & jure.* Explicuit tamen vir egregie doctus *Franciscus Conan. libr. 1. Commentariorum juris civilis capit. 5. ad fin. Ludovic. Charonda libr. 1. Verosimilium capit. 5.* novissime, & elegantissimê vir nostra ætate insignis *Arius Pynel. in Commentarijs ad rubric. Codic. de rescind. vendit. 1. part. numer. 7.* ex quo plura notabilia infert: tu illum legito, & huc pertinet quod scripsit vir memorandus *Domin Soto libr. 1. de Just. & jure quæstion. 5. articul. 4.* cum inquit, jus gentium esse, quidquid mortales ex principijs naturalibus per modum conclusionis ratiocinati sunt absque hominum conventu, & longo consilio elicitum, differens â naturali jure, quod sine ulla ratione scriptum est in mentibus hominum. Sic vir ille insignis, jus gentium non ex tempore metitur, sed ex hominum ratiocinatione, & approbatione, & ibi alia pleraque ponit scitu digniſſima.

Tu ultra nota, illud quod Iustinianus scripsit, *gentium esse id quod naturalis ratio inter omnes gentes constituit*, in dict. §. *quod vero naturalis*, ideo sic scriptum, quia bona pars juris 3
gentium, rationi naturali congruit & ob id interdum jus naturale appellatur, & per conversum. Et ita debet intelligi *text. in §. singulorum Inst. de rer. diu.* quanvis ibi interpretes non satis explicent. Sed non est hoc perpetuum, quia in quibusdam jus gentium naturali adversatur, & consequenter illi priori rationi naturali, atque æquo & bono antepositum est, uti in bellis indicendis, & servitutibus. Sustinetur tamen ex alia ratione naturali, quæ post 4
corruptam hominum naturam dictavit hominibus, servitutem esse justam, quia aliter non servaretur hostis in bello, bellum item esse justum ad injuriam propulsandam aut res nostras recuperandas. Et secundum hæc explicabis *text. l. ex hoc ff. de Justitia & jure, & Justinianum in d. §. quod vero*, qui

aliter, simpliciter loquendo de ratione naturali circa jus gentium, nequit defendi, nisi quod loquitur de ratione naturali pro maiori parte, seu de ratiocinatione in quam omnes gētes convenerunt necessitate exigente. Faciunt quæ tradit magnum illud decus Hispaniæ *Præsul Covarruvias in reg. Peccatum, 2. part. §. 11. numer. 4.*

5 Et hæc de jure gentium dico, illorum opinioni accedens qui unicum jus gentium esse docuerunt, processu tamen temporis variatum. Cujus sententiæ fuit *Archidiac. in cap. Omnes 1. dist. probat Franciscus Aret. in l. 1. ff. de acquir. Possess. colum. 6. numer. 16. Socin.* & ibidem novissime *Andreas Alciat. numer. 21. Fortun. l. 1. §. jus naturale, numer. 34. ff. de Iust. & jure*, ubiquoque *Æguar. Baro. adfin. commenti.* iterum *Andreas Alciatus in l. pater fam. in fin. ff. de verbo. sign. Joan. Corras. lib. 6. Miscellan. cap. ultim. Anton. Vaca. l. 1. in fin. ff. de Just. & jur. Noviores ad §. 2. Institut. de jure naturali. Franc. Conan. libr. 1. Commentariorum Juris civil.* Et sane merito, quia *Ulpian. in l. 1. § jus gentium, ff. de just. & jure* unicum tantum jus gentium posuit, & cum varia ejus juris exempla retulerint *Pompo. & Florent. I. Consult.* in legibus statim sequentibus, reddit iterum *Ulpianus* inquiens, *manumissiones quoque juris gentium sunt.* Pondera verbum, quoque: sequitur statim J. C. *Hermogenes in l. ex hoc jure*, & inquit, *ex hoc jure gentium introducta sunt bella*, ubi rursus ponderabis verba illa, ex hoc, quæ sunt numeri singularis, & immediata: & inde etiam plane colliges Jure Consultos unicum duntaxat jusgentium constituisse: nec unquam in duas species resecasse, & id ipsum *Imperat. Justinian. in §. quod vero naturalis ratio*, conjuncto, *§. jus autem gentium Institut. de jure natural.* nec potest persuaderi tam incautos fuisse Jure Consultos, & Imperatorem ut unum fecerint, quod in duas species erat distinguendum, & separandum.

Qua propter displicere merito debet 6
communis traditio quæ jus gentium in duas species resecavit, cum *Bart. in l. si id quod dominus, ff. de condict. in dub. & in dict. l. ex hoc jure numer. 10. & in l. nec enim numer. 2. ff. de mil. tes.* quam sententiam conatur defendere *Jason. in d. l. si id quod. Ripa, d. l. 1. numer. 37. Pampilonens. in Catholico imperiali 1. part. quæstion. 4. princip. quæstiuncula 11. latè Steph. Costa, in princip. inst. de obligat.* novissime *Pinel. noster in dist. rubric. 1. part. num. 13.* inquiens communem doctrinam, docendi gratia recipi posse: non enim est recta methodus docendi quæ juri adversatur, nec oportet aliter docere, quam fecerint Jure Consulti, quia non magis est dicere, hoc est de jure gentium primævo, & hoc de secundario, quā si dicas, illud est de jure antiquo Civili, & hoc est de jure novo: & ob id jus antiquum & novum distinctæ juris civilis sunt species quod neutiquam dicendum est, cum unum & idem sit jus civile, licet per tempora destributum, *§. constat. Inst. de jure natur. l. una. in princ. C. de caduc. tol.* Retineo igitur priorem sententiam, quod unicum est jus gentium, & ea continet quæ apud omnes peræque gentes observantur: sivê ea cum primis hominibus, sive cum posterioribus, usu omnium ferè gentium sint recepta; nec diversas juris gentium species constituant, licet quædam priore, quædam posteriore tempore fuerint usu omnium populorum recepta: nec diversitas temporum distinctas juris gentium species faciat. * Adde *Ferdin. Mencha. virum celebrem, ac doctissimum de succes. progres. in præfa. ex numer. 132. & text. in l. an inutilis, §. fin. cum glos. ff. de acceptila. l. rerum, & ibi glos. fin. ff. rerum amota l. post liminium. juncta, glos. 2. ff. de captivis*, adde quoque *Joan. Garcia de expensis, capit. 3. numer. 18.*) Porrò quæ primo, & quæ posteriore tempore inducta sunt, tradunt per longa co-

comentaria Lancel. galeau. & Bald. novel. ac Repetentes alij, in Rub. ff. de verb. oblig. quos adito.

Ex quibus sic obiter prænotatis, ut jam ad institutum redeamus, facile intelligitur nunc contractum emphyteuticum perperam ad jus gentium rejici: cum nihil minus jus gentium noverit, quam emphyteuses celebrare, & inferiora dominia constituere; ut non sit in hoc laudandus *Joan. Coras. qui lib. 1. Miscell. capit. 21.* contractum emphyteuticum juri gentium tribuit inquiens *legem Zenonis, 1. C. hoc tit.* non induxisse novam contractus speciem, sed illam quæ antea erat nubila & obscura detexisse, conjuncto, §. *adeo, inst. locati.* Licet enim demus ante *Zenonem* hunc contractum solitum celebrari, non ex eo sequitur, quod erat jure gentium notus, & inventus: imo & jure civili notus erat, licet specificum nomen & propriam naturam non haberet, ut probatur *in d. §. adeo.*

7 Verior est igitur communis doctorum sententia, qua receptum est, contractum emphyteuticum, esse de jure civili, tam inventione quam confirmatione, *cum gl. recepta in l. ex hoc jure, ff. de just. & jure,* verbo *quibusdam, & in d. §. adeo,* verbo, *naturalis, & in l. legitima, ff. de pact. ubi Fortuni. col. 6. numer. 5. versatem dicendum, Alciatus l. Creditorem,* verbo, *jure civili. ff. de verb. sign. Guyd. defusa in suo tractatelo juris emphyteu. num. 12.* & ita pro Constanti. habent *Bart. numer. 21. Salyc. num. 16 Bald. n. 8. Alber. numer. 7. & alij antiquiores in l. 1. C. isto titulo, Augustinus Bero. in cap. potuit, num. 83. de locato.* ubi alij agnoscunt. & probatur satis hæc opinio *ex d. §. adeo inst. locati,* ex quo colligitur, quod emphyteusis usu Romanorum fuit inducta, ante quam sibi natura proprij contractus à jure civili condonaretur: postea verò dubitantibus Jure Consultis, quæ nam conventionis species esset, an emptio, an locatio, Zenoniana constitutio lata est, quæ eam Græco vocabulo emphyteusim appellavit, nomenque proprium indidit, & ei propriam naturam, atque obligandi vim dedit, quémadmodū contractibus à jure gentiū nominatis, & hanc ipsam opinionē veram esse agnoscunt *Claudi. Æguinarius, & Steph. d. §. adeo, post antiquiores:* & agnoscit eam esse communem *Coras. ubi sup.* Et licet quibusdam videatur *text. in d. §. adeo* aperte probare communem sententiam (*ibi, ac si naturalis esset contractus,* juncta expositione *gloj.* quæ exponit. 1. *de jure gentium*) certe non 8
probat: nec verbum illud, naturalis, refertur ad jus gentium, ut putat *Accurs.* imò vult *tex.* quod in emphyteusi ita pacta partium valeant, & vim habeant, ficuti si naturalis esset contractus, idest, sicuti si illa pacta de natura essent contractus, id quod ego olim legendo adnotaveram, quanvis *Æguyna. baro. in d. §. adeo,* velit ex verbis illis significari, naturam emphyteutici contractus non immutari pactis conventis: quæ expositio, nec *tex.* convenit, nec dubium habet, & is noster est unus de quatuor contractibus, qui jure civili accepto feruntur, quos collegerunt *glossæ d. l. legitima, & d. l. ex hoc jure,* & in eo secundum communem exemplificatur *d. l. ex hoc jure* ibi, *exceptis quibusdam quæ à jure civili introducta sunt,* ubi quoque idem tenet *doctissimus Franciscus Oros sius Hispanus in suis Commentarijs.* Sic item intelligitur *tex. consimilis in §. jus autem gentium* ibi, *omnes pené cōtractus introducti sunt,* in illo verbo, *pené,* atque ita etiam debet exemplificari *d. l. legitima, ff. de pactis,* cum ait, quod legitima est conventio, quæ lege aliqua confirmatur, & ideo, &c. nam cum emphyteusis sit hujusmodi (quia olim in usu erat apud Rom. & frequens, & postea *l. Zenonis* confirmata est. *l. 1. C. hoc tit.*) profecto legitima conventio appellabitur, quod adnotavit *Fortun. d. l. legitima, col. 6.*

Nec inutile esse existimes, noscere quod emphyteusis est contractus ab

ipso tantum jure civili inventus ac propriis civium Romanorum, quia inde intelliges, ac declarabis, leges, statuta, vel decreta, de cõtractu juris civilis mẽtionem facientia, quod in hac convẽtione emphyt. proprie verificantur.

9 Inde etiam non inutiliter potes inferre, quod Princeps, non offensa juris civilis maiestate, etiam sine causa poterit auferre alicui jus ad emphyteusim, si quod habet, vel spem successionis emphyteuticæ, vel jus petendi renovationem, vel, quod magis est, ipsam emphyteusim jam quæsitam. Siquidem, docuerunt non vulgares juris interprætes, quod Princeps etiam sine causa, poterit à nobis auferre quæsita ab ipso jure civili, seu per modos juris civilis, quasi quod ipse Princeps (ut pote lex civilis animata, *ut in Authen. de consulibus, §. pæ.*) nemini injuriam faciat, tollendo acquisita suis subditis ex ipso mero jure civili, sicuti nec faceret lege lata per quam illud auferretur. Cujus sententia, loquendo in quæsitis per prescriptionem vel sententiam, fuit *Baldi in l. fin. num. 9. vers. sed immediate opponitur, C. sentent. rescind. non posse. Angel. l. Lucius col. 2. ff. de evictio. Pauli l. 3. n. 4. ff. de testa, & in l. cum hæredes in princ. ff. de acqui. possessi. Jason l. ex hoc jure. n. 49. vers. melior utilitas, ff. de just. & jure. Deci. c. quæ in Ecclesiarum num. 25. de const. idem in consi. 269. num. 5. vers. maxime, & n. 8. ver. licet potest, Afflict. dec. 128. n. 11. & 13. Iterum dec. 391. n 4. Chass. cons. 66. n 60.* Sed & infiniti alij quos congessit *Pyn. noster in Rub. C. de resci. vend. 1. pa. c. 1. n. 31. col fin. & c. n. 4. & 22. sed & in super Feli. & alij, in c. ex par. 2. n. 4. & 5. d. off. de l. Cur. Iuni. in l. 3. §. si is proquo num. 7. ff. quod, quisq. juris. Fort. in l. Gal. §. & quid si tantũ. n. 304. & ibi Lance. Gal. n. 93. & 97. ff. de lib. & post. Carol. cons. 46. n. 16. lib. 1. & in cons. 80. num. 4 li. 3. Afflict. lib. 2. const. Rub. 3. n. 52. Marc. Anto. Natta cons. 160. in causa quæ agitur n. 41. pag. 429. Lud. Roz ad. cons. 5. num. 17.* atque adeo, ut legitimationem præstitam, dicant posse ab eo revocari quod scripsit *Carol. Rui. co s. 80. incip. de duobus num. 4. lib. 3. Afflict. d. dec. 128. num. 12.*

Quæ opinio, si vera est, jam sequitur emphyteuses bonorum regalium, quales sunt in hoc Regno bonorum armamentarij, quod vulgari nostro dicitur (*o Armazem das armas*) & emphyteusim bonorum coronæ, & feudum à Rege quæsitum, posse ab eòdem libere, & absque ulla causa nisi ex motu suæ voluntatis auferri, quia talis acquisitio emphyteutica, est mere juris civilis, & hic ipsius Principis, conjuncto illo famoso dicto *Aug. in l. Antiochem jum, ff. de privil. credito.* quo loco dixit principem revocare posse rem, quam ipse donavit, quia (inquit) sicut sola voluntas fuit causa acquisitionis, ita sufficit pro causa revocationis.

Verum & isthæc illatio, & illa doctorum traditio de acquisitis ex mero jure civili, quòd possint, à Principe, etiam sine causa, auferri, displicere meritò debet, quia justitiæ & æquitati repugnant: quod olim tentavit *Fortun. in l. Gallus §. & quia si tantum, n. 295.* sed multis argumẽtis & pleno sermone eam confirmavit *Tynel, noster in d. Rub. c. 2.* ubi ad multa, atque adeo, multa utilia infert, quæ tu legito. verũ quia ego inferius peculiari capite disputaturus sum, an liceat Principi feudum vel emphyteusim sine causa à privatis auferre, & an possit successuris præjudicare, & investituras mutare, *in 4. part. hujus tracta. in tit. quib. mo. emphy. amitta, q. 1.* ideo hic subsisto. & illuctere mitto, ubi ample de principis potestate.

SUMMARIA.

1 *Formula antiqua emphyteuticãdi, quæ fuerit, & aliæ formulæ secundum hodiernam consuetudinem, ponuntur, num. 8.*

2 *Emphyteusis, est species contractus propria, ac separata; nec ad venditionem, nec ad locationẽ inclinans, sed tertium quodam jus efficiens.*

3 *Pacta*

3 *Pacta cōtractui emphyteutico adjecta ita debent servari, tanquā si naturalia essent ejusdem contractus. & num. 9.*

4 *Naturalia contractus emphyteutici ponuntur, usque ad num. 7.*

5 *Tributa, & onera realia, tenetur solvere emphyteuta, non dñs directus.*

6 *Hypotheca est res emphyteuticata pro solutione canonis, secundum plures sed nos contra, & n. 7.*

7 *Pēsio assignata super redditibus alicujus rei inducit rei ipsius hypothecā. Idē si relinquuntur ad alimenta redditus aliqui solvendi ex certo prædio.*

8 *Emphyteusis non est adstricta certæ formulæ, sed eam accipit, quam partes pasciendo imponunt.*

9 *Substantialia cōtractus emphyteutici quæ sint, & in alijs contractibus qualiter cognoscantur, n. sequenti.*

Quæstio IV. De formula antiqua emphyteuticandi, atquè alijs formulis postea inventis, & quæ sint substantialia, & naturalia hujus contractus.

1 QUæ fuerit antiqua formula cōcipiendi hujusmodi civilem contractum emphyteuticum, colliges plane *ex tex. in §. adeo. Inst. locati.* ubi apparet quod talis erat formula. Cōcedo tibi prædium istud fruendum perpetuò, pro tali pensione, quod explicat *Iustinianus* idem esse ac si diceretur, concedo tibi prædiū fruendum, quandiu mihi dño tantam pensionem præstiteris: & nec tibi, nec hæredi tuo nec illi cui tu hæres ve tuus id prædiū vendiderit, aut donaverit, aut dotis nomine dederit: aliòve quocūq; modo alienaverit, mihi auferre licebit. Quæ formula contrahendi dubios reddidit *antiquos Iure Consultos*, adcujus contractus speciem inclinaret. Videbatur enim emptio, quia utile dominiū traditione sequuta transfer. *l. 1. ff. si ager vect. l. 1. § quod aut ff. de superficiebus*, ac venditoris est dominium transferre si ipse dñs extiterit. *l. cum manu. §. nemo. ff. de contract. emp. l. clavibus, eo. tit.* Sed tamen nō est proprie venditio, quia ex ea plenū dominium transfertur: ex emphyteusi autem, non nisi utile. item is emphyteuta alium utilem dñm efficere non pont nisi pujis juris solēnibus *l. fi. C. ist. tit. Joā. Faber. d. §. adeo*, at venditor rē suam libere vendit: *l. dudum C. contract. emphyt.*

Rutius videbatur magis accedere locationi, quia non unico prætio consistebat, sed in annuis, semestribus, aut denique aliùs modi divisis præstationibus, quod propriū locationis est. *l. 1. §. qui superficiē*, jūcta *gl. verbo, agendo. ff. de superfic.* sed nec est propria locatio, quia dominiū utile trāsfert. *d. l. 1. si ager vectiga. & possessionē. l. naturaliter, ff. de acq. poss.* locatio vero nullū transfert *l. non solet, ff. locati*, nec possessionem, *l. male C. de præscr. long. tem. l. 1 C. comu. de usucap.* & sunt aliæ multæ differentiæ, de quibus infra.

Hæsitantibus autem sic *Iure Consultis*, lata est lex *Zenonis. l. 1. C ist. tit.* qua diffinitum est, ut emphyteusis, propria ac separata, sit contractus species: nec ad venditionē, nec ad locationē inclinans: sed tertiū quodā jus efficiens, suis substantialibus ac naturalibus cōsistens. 2 3 Addens præterea in hoc contractu, ita pacta partiū valere, & observari debere, tanquam si naturalia essēt ejusdem contractus, ut *d. l. 1. & d. §. adeo.*

Sed & tertio peculiariter, addidit 4 *Zenon*, quod si de interitu, ac periculo rei emphyteuticæ nihil expresse pactis conventis actum fit: tunc (si tanta emerserit clades, ut in universum res ipsa intereat, & sic emphyteutæ nihil reliqui permaneat) sine dubio qua si ex tacito pacto, totius rei damnum, & interitus, ad dominum pertineat, quia quod fatalitate ingruebat, etiam nullo intercedente contractu, fuerat habiturus. quemadmodū *Haloāder ver. tit. d. l. 1.* sin vero non tota res emphyt. sed pars aliqua ejus intereat, id detrimenti ad emphyteutem pertineat *d. l. 1.*

& hoc jure utimur, inquit *Justin. d. §. adeo*, in fine.

Quarto addidit *Justinianus* aliud sub intellectum pactum, quasi naturale ejusdem contractus, ut si de expellendo emphyteuta qui canonem non solvit, inter partes nihil expresse actum sit, & is per totum triennium fuerit in mora solvendi pensionem, & apochas publicarum functionum non præstiterit, liceat dño directo illum, a prædio emphyteuticario, libere repelliere: nec in hoc ulla interpellatione opus sit, quam temporis *lapsu l. 2. C. isto tit.* in emphyteuta vero Ecclesiæ biennij tempora statuta sunt, potuit, de locato. *Auth. qui rem C. de sacros.*

Quinto, adjecit idem *Justinianus* aliud subintellectum pactum, ut naturale ejusdem conditionis, ne videlicet liceat emphyteutæ jus emphyteuticum, vel meliorationes suas alijs vendere absque dñi consensu, qui supra eodem pretio sibi utile dominium reasumere voluerit, jus habebit prælationis: quia directus dñs est: & ad deliberandum, an hoc sibi expediat duos menses qui si tandem emere noluerit, consentire debet, & pro consensu investituræ novi emphyteutæ, & ad missione in possessionem, habebit quinquagessimam partem prætij. Si verò intra bimestræ, nec emere, nec consentire deliberavit, tunc licebit emphyteutæ, etiam non consentiente domino, ad alios jus suum, vel emphyteomata transferre, & si aliter versatus fuerint, jure emphyteutico cadet, & ita celebris constitutio *l. fi. C. hoc tit.* de qua nos infra pleno sermone *in 4. parte.*

Addiderunt aliqui interpretes, aliud sextum, veluti naturale hujus contractus, quod videlicet in scriptis celebretur tanquam id â *Zenone* introductum sit *l. 1. C.* eodem, quod an verum sit peculiari capite explicabitur.

Septimum addiderunt naturale esse, quod aliquid pro ingressu daretur. *Bar. l. 1. C.* eod. id quod ego jam dixi, & paulò inferius latius ostendã, non esse verũ.

Octavum addiderunt quidam de natura hujus contractus esse, ut transferat utile dominium *l. 1. ager. vectiga. vel emphyt. glos. Fulg. l. cum manu. §. fi. ff. de contrah. emptione*, sed & hoc substantiale est, & ideo in definitione positum.

Nonum quod apud dominum directum maneret civilis rei emphyteuticæ, possessio naturalis ad emphyteutam transiret, communis *in l. naturaliter, in princ. & in l. 3. §. ex contrario, ff. acq. poss.*

Decimum quod in rebus tantum soli consisteret. §. *adeo, inst. locati.* Sed & hoc decimum de substantia est.

Undecimum, quod ad omnes hæredes, etiam extraneos sui natura transiret. §. *licentiam Auth. de non alienan.* quanvis aliter postea. Quorum omnium aliquot tradit *Sylvest. in Summa verbo, emphyteusis col. 2. & 3. Rosella* & plerique alij.

Duodecimum naturale est, ut propter rei deteriorationem expelli possit emphyteuta. *Bald. l. divortio, §. si fundum, ff. solu. mat.* cum quo communis, ut per *Ias. ibi & Paul. Pycum l. titia cum testamento, §. titia cum nuberet num. 120. ff. de leg. 1j, plenè Ias. cons. 17. lib. 1. Iacobi.* copiose in *Auth. qui rem col. 1.* (ubi quoque *Ias.* & alij *C. de sacros. eccl.* plures citando noster *Pynel. l. 1. C. de bon. mater. 2. p. num. 60. versi. idem in emphyteuta*, nec mirum quia emphyteusis ideo datur, ut res melioretur, quemadmodum diximus supra *q. 2.* & tradit *Bero. c. potuit, num. 86.* & ego infra de hoc ipso articulo deteriorationum plena manu *in 4. p.* ubi & alia addemus ex quibus, veluti huic contractui ex natura insitis, emphyteusis amittitur conventione, aut æquitate, & ratione suadent.

Decimum tertium naturale est hujus conventionis non solum facta tecta rei emphyteuticæ reficere (ut alias usufructuarius *l. hactenus ff. usufr.* cum traditis per *Pynel.* ubi supra) sed adhuc rem meliorare. *Auth. qui rem C. de*

de sacros. c. potuit de locato, l. fi. C. eodem, & dixit supra *quæst.* 1. & 2.

Decimum quartum est, ut meliorationes, finito emphyteusis tempore, recuperet, nisi ob culpam emphyteusis sit resoluta. *Paul. & Ias. dicta Authen. qui rem,* ubi *Deci. num* 14. & eleganter *Iacobi de sancto Georg. num.* 47. *Bart. Bald. Paul. Castal.* (*contra glos. & Saly.* ibi) *in l. pen. ff. locati,* & receptius esse concludit, multos citando, & alios reprobando, *Pynel. l. 2. C. de rescind. vend. 2. p. capit.* 3. *num.* 7.

5 Decimum quintum est, quod ad onera & tributa realia, quæ ratione ipsarum rerum debentur, emphyteuta teneatur, non dñs directus *l.* 2. *ibi publicarum functionum C. isto titul. & ibi, Bal. col.* 2. *& Alberi. & Saly. notant. in l. si pendentes. §. fi. quid cloacarij: ff. de usufruct.* & uti receptum scribit *Ias. l.* 1. *n.* 25. *C. eòdem. Cassan. de Burg. Rubr.* 4. *§.* 6. *fol.* 154. *col.* 2. *Ioan. de amicis. cons.* 8. *n.* 61. & cum his *Pynel. l.* 1. *C. de bon. mat. num.* 72. *vers.* 2. *ampliatur, pag.* 255. ultra quem *Alex. cons.* 35. *num.* 12. *lib.* 4. *& cons.* 4. *num.* 4. *li.* 5. & novissi. *Lauren. Sylu. cons.* 57 *in causa magnifici nu.* 37. Et quod nec ad collectas, *Alvorat. c.* 1. per quos fiat investitu. *Socin. late cons.* 119. *circa lib.* 1. *Curti. Senior. cons.* 26. *super controvertia, per tot. Isernia c.* 1. quæ sint regalia, *Alex. cons.* 101. visis instrumentis *col. pen. lib.* 1. latissime idem *Sylu. cons.* 47. exoritur difficultas per totum, & plenissime *M. Ant. Natta. cons.* 114. non est dubium, per tot. ubi quid in emphyteuta Ecclesiæ, & quod si pensio fructibus correspondeat.

6 Decimum sextum superioribus accedit, quod possessio seu prædium emphyteuticum est tacite hipothecatum, pro pensione solvenda de fructibus ipsis ita *Bal.* * videtur velle *in l.* 2. *lect.* 1. *numer.* 18. *C. ist. tit.* cum ait *quod solutio pensionis correspondet proprietati,* & ideo afficit quem libet possessorem, uti *l. in venditione ff. de act. empti. sed cum ille text.* loquatur in pensione publica, quæ inducit onus reale, ut *l. fin.* & ibi *Saly. c. sine censu,* vel reliquis melius ad prædictam hipothecam tacitam fundi emphyteutici pro pensionibus solvendis allegatur idem. *Bald. in Auth. si quas rumas, col.* 4. *numer.* 5. *in fi. C. de sacros. eccl.* qui ita tenet per tex. quem dicit menti tenendum *in Auth. de non alien. §. scire aut, col.* 2. sequitur *Ias. l.* 2. *C. isto titulo numer.* 70. *Soc. Ju. cons.* 70. *n.* 14. *li* 1. * & alij quos addidimus infra *q.* 32. *n.* 19. sequitur plene, & novissi. *Alexan. de Nevo. in cons.* 95. *numer.* 7. & 8. ubi allegat ad hoc *Roman. in cons.* 338. *incip. in casu, col.* 1. Verum nec *text. in dicto §. scire autem,* probat hanc conclusionem, *Roman.* allegatus *à Nevo* id scripsit, sed loquitur in pensione alicui prælato assignata *à Papa,* super redditibus mensæ capitularis quo casu bene inducitur hypotheca *l. codicillis. §. instituto, ff. de leg.* 2. conjuncto *Bart. l. fundus, ff. de annu. lega.* latè *Iason. Auth. sacramenta, num.* 26. *C. si adver. vend. Feli. c.* cum aliquibus *col.* 1. *de judic. Curti. Iuni.* immemor *Romani, in l. fin. §. fin. num.* 5. *ff. de contra. emp.* * Cum alijs quos allegamus infra *quæst.* 32. *num.* 17. *vers. igitur.* Et id ipsum est 7
si alimenta relinquantur solvenda ex certo prædio, nam pro illis prædium est hypothecatum * favore alimentorum) ut dixit *glos.* communiter recepta, & *Bar. ibi, in l. lucius* 12. *ff. de alim. & cib. leg. & in l. Caius, ff. de annu. leg. & in l. cum ijs, §. si uni. ff. de transf. tex. expressus in l.* 2. *ff. de alim. & cibar. leg. in fi. Ro. ubi sup. Guy. q.* 576. * & alij quos etiam citamus, *d. q.* 32. *nu.* 20. quanvis late contra teneat *Negus. de Pig.* 2. *p. memb.* 4. *nu.* 164. *fol.* 52. *col.* 3. inquiens id generale esse in qualibet re designata pro annua præstatione, & non solum pro alimentis, & *P. Rebuf. ad leg. Gall.* 2. *tomo de Const. reddi. art.* 1. *glos.* 14. *nu.* 38. * quem articulum *Fusius* tractat. Vir eruditissimus, & præclari ingenij *Joannes Gracia Galecus Hispan. in suo libro de expen. &*

me-

meliora cap. 4. num. 31. & 32. & post hæc scripta edito.

Concludo igitur opinionem *Bald. Auth.* si quas ruinas jure non probari, & ita contrarium tenet apertè *Angel. l. universas, num. 2. C. ne rei domi. vel temp.* & expresse *Imol. in l. quod dicitur num. 8. vers. item quod si alius, ff. de verbor.* * *Moder. Galli. 2. to. tit. 2. §. 52. nu. 18.*) Et rationem habent, quia nullo jure, quod ego sciam, tribuitur dño directo quod habeat istam hypothecam, & sine lege non possumus hypothecam inducere, nec bene cadit in re propria, licet alius habeat utile dominium, *l. si rem alienam. ff. de pig. act. habetur in l. 1. C. commu. de lega.* item contradicunt sibi ipsis interpretes cum alibi aiunt communiter, quod emphyteuta est obligatus actione personali *Iason le. 1. num. 86. C. isto titulo.* * Retenta autem opinione *Baldi*, consequitur tertium possessorem rei emphyteuticæ non posse conveniri hypothecaria pro emphyteutica pensione, nisi excusso principali, juxta *Auth. hoc si debitor, C. de pigno.* quod dominis directis laboriosum erit. Item sequitur quod possessor rei emphyteuticæ potest conveniri pro pensionibus præteritis non solutis, quia supposito quod res emphyteuta, est hypothecata pro solutione pensionis secundum. *Bal.* & prædictos, sequitur quod transibit in quencunque possessorem cum sua causa & onere. *juxta regulam. l. debitorem C. de pigno. cum similib.* sicut dicimus in possessore rei affectæ onere reali, ut *l. Imperatores, ff. de jur. fisci. l. fin. ubi Saly. col. 1. C. sine censu vel reli. cum alijs*, ut scripsimus *dicta quæstione. 32. num. 14.* licet diversimode, quia ibi consideratur jus reale non tanquam hypotheca quemadmodum hic in emphyteusi, quæ sane sunt intelligenda quando de consensu domini in alium alienata est emphyteusis, secus si eo irrequisito, quia cũ tunc resolvatur emphyteusis non tam videtur curandum de solutione pensionis, quam de expulsione ut colligitur ex *Bala. l. 2. lect. 2. num. 22. C. de jure emphyteo.*

Subsisto tandem, & quia aliqua ex prædictis plenius ac sigilatim tractaturus sum in sequentibus quæstionibus, transcursim hic præterivi, sufficiat illa prælibasse, & in fasciculum colligisse, tanquam appenditia, & consequutiva hujus quæstionis.

Quód si, prosequendo materiam, iterum à me quæsieris, quæ formula sit hodie concepiendæ emphyteusis, & quot tupliciter celebretur? respondeo multipliciter ut tradit *Iason l. 1. num. 6. C. hoc tit. puta ad. 10. vel 20. annos*: nam ad decennium locatio transfert utile dominium, & jure emphyteusis regulatur, secundum communem cum *gloss. l. 2. ff. si ager vectig.* de quo infra plenius. Item & secundo contrahitur in certas generationes seu personas, putà in primam, secundam, vel tertiam generationem, juxta *tex. §. emphyteusim, Auth. de non alien. col. 2.* Item & 3. *in perpetuum*, ut non auferatur emphyteutæ, vel ejus hæredibus, quandiu pensionem solverint, & hæc erat antiqua formula, ut colligitur *ex d. §. adeo.* Item & 4. juxta consuetudinem Regni, solet celebrari emphyteusis in tertiam generationem, putà pro marito, & uxore, & uno filio superstite tempore mortis ultimi descendentis. *Vel* & 5. frequentius pro marito & uxore & filio ex illis nascituro, ut *tit. 63. §. ant. li. 4. & in novis lib. 4. tit. 37. §. 6. Sed & 6.* frequenter, pro tribus personis: ita quod prima nominet secundam, & secunda tertiam simpliciter. *Vel* secundum aliam & 7. formulam, cum adjectione clausulæ. usque ad tempus mortis, aut tempore mortis, *lux. leg. Reg. li. 4. tit. 63. in prin. & in novis li. 4. tit. 37. in prin. Vel* & 8. conceditur prose & filijs, aut pro se & descendentibus simpliciter, *vel* cum facultate nominandi. *Aut. 9. pro se, filijs, & hæredibus. Vel* juxtam aliam formulam pro se, hæredibus, & succes-

8

soribus

soribus. Vel pro se,& successoribus. Vel pro se, & hæredibus masculis. Vel pro se, & successoribus masculis. Vel pro se & filio ex corpore suo nato. Vel pro se, & filijs legitime natis. Vel pro se, & filijs legitimis. Vel pro se,& descendentibus, aut successoribus per lineam masculinam, aut per lineam virilem. Sed & constituitur emphyteuticus contractus, siquis dicat, vendo tibi istud prædium retinendo mihi directum dominium, ut tradit *Fabianus de emptione, 6. q. prin. numer. 2. qua de re infra latius.* Denique sunt infinitæ prope modum formulæ celebrandi emphyteuses, quas post antiqua tempora homines, secundum varias Regiones, aut affectiones, invenerunt, de quibus latius agam infra *in 3. p.* Sed illæ quas prius memoravi, sunt frequentiores in Regno. Istas vero tantum formulas hic tetigisse sufficiat, ut intelligas, non esse hunc contractum certæ alicui formæ adstrictum, sed eam figuram accipere quam partes pascisendo imponunt, tam circa naturalia ejusdem, quam circa concipiendi modum, *l. 1. & 2. C. de jure emphyt. d. §. adeo, Natta. cons 49. n. 18. & cons. 214. num. 6.* & plerique alij.

Si vero simpliciter dicatur, do tibi tale prædium in emphyteusim, jam dixi supra *q. 1.* formulam hanc esse emphyteusis perpetuæ. *Alc. reg. 2. præsump. 36. num. 1.* Et ita planè vulgus accipit. Nam cum dicimus in vulgari nostro, Titius habet fundum in emphyteusim, [vulgares dicunt emfatiota) planè intelligimus de perpetua, & ita jus accipit. nisi sit emphyteusis Ecclesiæ, ut *d. §. emphyteusim, Alci. ubi supra*, vel nisi consuetudo Regionis, aut pascisentium aliud suadeat, *l. si fundus venierit, ibi. ex consuetudine ejus Regionis. ff. de evict. cum traditis ibi late per Alberi. & Rochum, de Consuet. c. si q. 12. Feli. late. c. 1. de sponsal. num. 22. Ex ea, de pactis n. 498. Gomet. l. 3. Tauri, n. 20. & in emphyteusi Hipp. late sign. 425. nu. 1. & alibi passim dd.* Quòd si quæratur quæ sint substantialia hujus contractus. Dic plane, consensum, rem esse immobilem, pensionis constitutionem, translationé, utilis dominij, & scripturam, secundū vulgares traditiones, quæ omnia ex dictis in superioribus, & ex infra dicendis satis constant. 10

Si vis autē intelligere quæ sint substantialia, vel naturalia cōtractùs. *Adito gl. magistra, & ibi doctores in l. pacta conventa, ff. de contrab. emptio. Angel. Iurisgen. §. adeo, de pactis. Curt Iunio. in tract. feudorum, 6. quæst. princ. primæ partis col. 5. vers. antequam. Dec. in l. fi, col. 3. C. de bo. po. secun. tab. & in l. edita col. 6. vers. successive Bar. prosequitur, C. de eden. Ias. remissive Auth. ingressi. n. 34. C. de Sacro. Ias. l. centesimis, §. fi. col. 5. ff. de verborum. Alber. Brunus in tract. de forma & solemnitate. cap. 1. cum seq. latissime Constan. Roge. in tract. de potentia legis ex pag. 151. & in tract. de dote, §. 1. Vldari. in suis intellecti. fo. 24.* melius & clarius quam quisquam olius *Alci. in l. cum quid in prin.* ubi etiam tradunt *Deci. num. 4. doctores communiter, ff. si cer. pet.* remissivè *And. Exea in libro pactorum, num. 452. pag. 245.* novissime, & explicate satis *Bereng. Fernandus in res. pet. d. l. pacta conventa, ff. de contra. emptione in prima parte ex num. 25. usque ad num. 52.* Tu interim breviter dic, quidquid est de materia & forma contractus, est de substantialibus: reliqua vero accidentalia sunt, & hæc fuit singularis docendi methodus *Christo. Castelio. in rep. l. ubi ita donatur col. 1. in tertio evidentiali, ff. de dona. caus. mortis*, quam ego legendo semper secutus sum, nec nunc displicet.

SUMMARIA.

1 Contractus bonæ fidei, & differentiæ inter eos, & stricti juris, remissive.

2 Bona fides ista à qua contractus bonæ fidei denominantur, quid sit.

3 Rigor

3 *Rigor juris, seu jus strictum, quid sit.*
4 *Rigor juris & æquitas, quoad justitiam non sunt contraria, imo utrumque sub justitia continetur.*
5 *Bonæ fidei cõtractus, cur magis dicãtur illi enumerati in §. actionũ, quàm reliqui, Variæ doctorũ sententiæ referũtur, & n. 6. ponitur authoris opinatio.*
7 *Emphyteuticus cõtractus stricti juris est & actio quæ ex eo datur n. 8.*
9 *Dolus dans cãm contractui emphyteutico, non rescindit illum ipso jure.*
10 *Contractus emphyteusis celebratus cum Principe, an sit bonæ fidei, & an alij contractus similiter cum Principe celebrati.*
11 *Emphyteusis cũ civitate celebrata nõ est bonæ fidei, sed neq; alij cõtractus.*
12 *Emphyteusis celebrata cũ Ecclesia, non est cõtractus bonæ fidei, nec est sublata differẽtia cõtractuũ bonæ fidei, & stricti juris de jure Canonico.*
13 *Moræ purgatio nõ admittitur ubi est dies & pœna, sive simus in cõtractibus stricti juris, sive bonæ fidei.*
14 *Mercatorum in contractibus de bona fide agi, & non de juris apicibus, qualiter intelligendum sit.*

Quæstio V. An contractus emphyteuticus sit bonæ fidei, vel stricti juris?

INTER cæteras actionum divisiones, una est valde celebris, quã posuit *Just. Imperat. in §. actionũ Inst. de action.* quod videlicet quædã sunt bonæ fidei, quædam stricti juris, & id ipsum traditur *in l. actionibus, ff. de in lit. Joan. Andr. gl. Panor. & alij in c. cum venerabilis de excep.* & quanvis eam divisionem controverterint, *Ioa. Faber. & Ias.* ibi, defendit eã optime *Ludo. Gom. c. 2.* Ut alij ab alijs dignoscantur, traditum est pro regula, quod duntaxat enumerati, *d. §. act* sunt bonæ fidei: cæteri vero sunt stricti juris, & ita *tex. & Accurs. d.* 1 *§. act. verbo, bonæ fidei,* communiter, ubique receptus, ut fatetur *Gomez. ibi multos citando, co. 3. ver. sed in, & n. 5.* & passim ita docetur.

Differentias vera quam plurimòs inter hos & illos contractus ponit, idem *Accurs. ibi Fab. Plat. Ang. Ias. Last. Vtom. Æguy. Steph. Ferra. Bellocaz, gl. item & Abb. d. c. cũ venerabilis:* Nucupatim tamen sex differentias scribit *Ludou. Gomez. d. §. actio. n. 24.* aliam ponit *gl. c. cum dilecti, de emp. & vend.* alias ponit *Pet. Leriot. tract. de actio. capit. 32 cum plur. seq.* aliam ego addo, quod in contractibus bonæ fidei est locus juri accrescendi, *l. fundus ille, ff. de contra. emption.* non sic in contractibus stricti juris, *l. si mihi & Titio. in princ. ff. verbor.* quanvis aliter doceant interpretes *ibi, & in l. re conjuncti ad fin. ff. de leg. 3. & Gomez. 2. to. c. 10. num. 3.*

De duobus tamen apud scribentes valde dubitatur, nec satis se explicant; quid est hæc bona fides, ex qua contractus cogi dominantur bonæ fidei, & quare magis illi contractus enumerati. *d. §. actionum sunt bonæ fidei,* quam reliqui omnes extra illum numerum positi: cum in omnibus bona fides ad esse debeat *l. bonam fidem C. de act. & oblig. l. si mandato, §. 2. ff. mandat?*

Et quoad primam difficultatem, dil- 2
lucidius forsan quam interpretes hactenus docuerint, dic quod isti hæc bona fides, âqua specialiter denominantur quidam contractus, non tantum significat hic illam bonam fidem, quæ dolo, fraudi, & calliditati opposita est (hæc enim in omnibus contractibus ad esse debet, *ut d. l. bonam fidem, cum alijs*) sed magis significat quandam justitiam æquitatis, quam bonum, & æquum appellamus, à summo juris rigore differens, de quibus loquitur *l. bona fides ff. de positi.* cum ait bona fides, quæ in contractibus exigitur, summam æquitatem desiderat, & alia multa jura ad propositum quæ citat *Tiraq. lib. 1. de Retract. §. 3. glo 1. princ.* Et sic idem est, dicere, iste contractus, est bonæ fidei, ac si diceretur iste est

contra-

contractus in quo judicari debet, secundum æquitatem & bonitatem. Iste est contractus stricti juris, ideſt, iſte eſt cõtractus in quo debet judicium ferri, ſecundum juris merum rigorem, & verborum conceptionem, nulla habita ratione æquitatis aut alterius extrinſecæ rationis, voluit hoc *Ludovic. Gomez. d. §. Actionum, col. 2. verſ. & ideo ego dico*, voluit quoque ibi *Æginar. pagin.* 558. *Ferrar. pag.* 441. & alij noviores *Andr. Alciat. in Rub. in fin. ff. ſi cert pe.* & denique hæc eſt omnium mens, & id ipſum illis non relatis, ex varijs tamen authoribus, probavit *R. Præſul Covarr. reg. poſſeſſor. 2. part. §. 6. ex num. 2. lib. 6.* & in hoc ſenſu accipies bonam fidem & ſtrictum jus in iſta materia.

3 Juris autem rigor, ſeu jus ſtrictum, eſt generalitas verborum legis, non attenta mente & ratione ipſius, ſecundum mentem omnium *in capit. 2. de re jud. Covar. ubi ſupra*, quanvis *Abb. d. cap. 2. in princip.* appellet juris exceſſum ad terrorem, de aſperitate verò juris agit *Mantua. obſerva.* 81. *lib* 8.

4 Sed hic obiter attende, ut verum juris ſenſum habeas, quod rigor & æquitas, quoad juſtitiam non ſunt contraria, imò utrumque ſub juſtitia continetur, quia *juſtitia ars eſt boni & æqui leg. 1. de juſtitia & jure*, alioqui, ſi dixeris eſſe contraria, ut vulgus Doctorum loquitur, fatearis neceſſe eſt; quod juſtitia continet ſecum pugnantia, & rigor, eſt juſtitia, fateri oportet æquitatem, quam dicis eſſe illi rigori contrariam, in juſtitiam eſſe, vel è contra, quod eſt abſurdum & contra *l. placuit, Cod. de judic.* ibi, *juſtitiæ æquitatique ſcriptæ*. Et cõtra illud *Ciceron. ad Hærent. Juſtitia eſt æquitas, jus unicuique tribuens, & lib. 3. Officiorum* ibi, *judiciorum æquitate ſuum quiſque teneat* quorum locorum meminit *Covar. ubi ſupra, fol. 44. col. 2. tradit Domin. Soto de juſt. & jur. in prin.* Non ſunt ergo æquitas, & rigor legis, contraria, ſed altera alterius moderatrix, & ſuave temperamentum ex ratione ipſius legis deductum, quod *Ariſtot.* vocat (*gloſ. in cap. ut conſtituetur*, verbo *derrahendum*) 50. *diſt. diſpenſationem* vocat) & ſicuti exceptio temperat regulam, ita æquitas temperat legis rigorem, nec tamen ſunt omnino oppoſita, ſed utraque ſub lege & juſtitia continentur, & ſecundum hæc expones *text.* & ſcripta *in d. c. 2. & in c. fin. de tranſact. & in l. in ambiguis, §. quoties ff. de reg. jur. & d. l. placuit*, & pleraque alia jura paſſim.

Quoad ſecũdam difficultatem, cur 5 contractus enumerati *in d. §. actionum*, magis dicãtur iſtius bonæ fidei, uti nuper declaravimus. quam reliqui omnes, variant interpretes, & *Accurſ. in d. §. actionum.* ideo eſſe ait, quia non venit in illis ex æquitate aliquid præter naturam actionis non ſic in reliquis. Sed hoc non eſt reddere rationem, ſed novam difficultatem excitare, cur in his magis, quam in illis, ultra naturam actionis judex progrediatur. Alij dicunt, & frequentius quidem, quod ideo apelantur bonæ fidei, quia in eis exuberãtior bona fides requiritur, quã in alijs, quæ ratio non tollit difficultatem, quia plus vel minus nõ faciunt in ſpecie differre *l. fin. ff. de fund. inſtr.* & adhuc hæremus in eadem difficultate, cur exuberantior fides requiritur in his quàm in illis. *Cuit. Junior, in l. in bonæ fidei numer. 4 C. de pactis, & in l. in actionibus numer. 4. ff. de in lit jur.* ideo, inquit, quia in his de ſubſtantia requiritur bona fides, in reliquis verò in effectu. Sed cur magis in his proſubſtantia, quam in alijs ipſe non declarat, & hoc eſt quodquærimus. Dicũt alij ideo ſic nũcupatos bonæ fidei, quia olim in templo bonæ fidei celebrari ſolebant, quod commentitium eſt, ut ait *Covar. ubi ſupra, fol. 46. col. 2.* Tandẽ ipſe *d. § 6.* ait Prætores qui judices dabant & formulas judiciorum concipiebant. ut ſcribit *Cicero lib. 2. de inventio. Theophilus in princip. inſtit. de interd. Alciatus l. pecunia, §. actionib. ff. verb. ſig.* in quibuſdam adjicere ſolitos clauſulam ex bona fide in alijs non ita, & in hoc la-

te

te ipse se diffundit, mutuatus illa omnia à *Francis. Duareno in leg. in actionibus, ff. de in lit. jur. & Æguy. Baro. d. §. actionum, pag. 647. cum seq. Ludovic. Charonda, lib. 3. vero similium caput. 3.* & ob id illi contractus, quibus cũ dabantur judices clausula illa, ex bona fide, adjiciebatur, bonæ fidei nomen acceperunt, alij verò stricti juris nuncupati sunt, ideo autem magis illis specialiter designatis *in d. §. actionum* adjecta fuit à Prætoribus ea clausula bonæ fidei, quia magis quam alij ad humanum convictum & societatem sunt necessarij, ex authoritate *Ciceronis lib. 3. de Officijs* qui laudat *Scævolam* dicentem bonæ fidei nomen latissime patere versatique in tutelis, societatibus, mandatis, fiducijs, rebus emptis, venditis, conductis locatis quibus vitæ societas continetur. Sed & hæc ratio non ad modum concludit, quippe & ex alijs contractibus humana societas peræque conservatur, utpote ex ijs condictionibus quibus rem repetimus, ut pungit *Æguyn. ubi supra*, qui tamen adhuc de ratione sollicitus, ait in ijs quæ certa sunt non magnopere quærendam rationem, cur ita constituta sint. *l. non omnium. ff. de legib.* quod & *Iason.* voluit *d. §. actionum num. 17.*

6 Dixerim ego (nisi tu aliter senseris) ex duabus rationibus simul junctis adjectam fuisse in his contractibus, specialiter clausulam bonæ fidei; tum propter antiquitatem eorum contractuum, quia plerique eorum à jure gentium provenerunt, *l. ex hoc jure ff. de just. & jur. l. juris gentium, in princ. ff. de pact.* cui juri magis bona fides & æquitas convenit, tum etiam propter frequentiam illorum contractuum. Expediebat enim in illis ex æquo & bono magis judicari, qui quotidie in actionibus hominum versantur, argumento *glos. in simili in l. 2. in princip. ff. de usucap. pro empt. l. justo. ff. de usucap.* quanvis *Bella pertica & Faber. d. §. actionum in fin.* hac ultima ratione tantum nitantur, quæ sola displicuit *Iason.* ibi *num. 17.*

Quibus sic prælibatis, operæ pretium 7
est videre num hic noster contractus Emphyteuticus bonæ fidei sit, vel stricti juris, quia plurimum refert, an in illo ex æquo & bono judicandum sit an vero de stricto jure agendum, & *Guydo de Suzar. tract. jur. Emphyteut. num. 3.* firmat esse stricti juris, qui non reperitur positus inter illos bonæ fidei dequibus *d. §. actionum*, juxta doctrin. *gloss.* & omnium ibi, cujus supra meminimus, idem *Speculat. de empt. & vendit. §. nunc Videndum 2. numer. 14. Iason. l. 1. num. 75. C. isto titul.* idem *Augustin. Perous capit. potuit, numer. 83. de locato post Imol.* ibi. *num. 7. vers. item differt Bald. & additio in l. 1. C. hoc tit. Claudius in Paraphrasi institut. de locato pag. 539.* & est omnium recepta, & indubitata opinio. Sed attende, non adeo stricti juris esse, quin multa super hoc contractu ex æquo & bono diffinienda sint ut idem ait & videre est apud *Scribent. in d. l. 1. Ang. d. § adeo*, & in progressu hujus tractatus, & patet evidenter ex tacitis pactis, quæ huic contractui in sunt, de quibus *in l. 1. 2. & 3. C. isto titulo.*

Ex hoc autem, quod stricti juris est 8
hic contractus, primo sequitur actionem quæ ex eo datur similiter stricti juris esse *Bald. & alij in d. l. 1. Claud. ubi sup.* & id non possumus inficiari, per *tex.* & nota. *in d. §. actionum.*

Secundo sequitur, quod si dolus ex 9
proposito daret cãm huic contractui emphyteutico celebrando, contractus valeret mero jure, licet doli excep. posset rescindi, & non ita judicaretur si esset bonæ fidei contractus, quia propter dolum ex proposito, & dantem cãm contractui redderetur ipso jure nullus, & ita in terminis emphyteusis scribit *Augustinus Bero. d. cap. potuit num. 83.* idque planum est, si sequimur communem Doctorum traditionem, qua definitum est, quod dolus dans cãm contractui bonæ fidei, & sic dolus ex proposito reddit contractum ipso jure nullum *l. eleganter*, & ibi *gloss. & Bar. ff. de dolo. l. 3. §. ult. ff. pro soc. leg. in causæ*

ff. de

de minor. gl. & cõmunis *in l.2.C. de rescind. venditio l.57.titul.5.partit.5.l.4.titul.10. lib.3. fori.* Secus si dederit causã contractui stricti juris, quia tunc venit rescindendus per actionẽ, vel exceptionẽ doli, *dict. l. eleganter §. non solũ. l.dolo Cod. de inutil. stipul. glos.* cõmuniter ibi recepta *in cap. Cum dilecti, de empt. & vend.* secundum *Imol. ibi col.3. Burgens. numer.45 Jason.§.actionum num.28.*ubi *glos.* quoque idem docet. *de actio. Anto. Nicel. de concordia glosarum cap.13. Covar.* ubi supra *num.6.* ubi longe latèque disputat, & ita tenendum quanvis cum *Ultramontanis, Petro Bellapert. Joan. Fab.* & alijs, adversus eam communem, late agat *Ludovic. Gomez. in d.§.actionum num.12.13.& 14. post Joson.* ibi & magnis juribus contra eandem cõtendat *Joan.Igne. in l. contractus numer.105.ff. reg.jur.* sed tamen communis opinio verior est, quam limitat eleganter *Gomez. dicto §. actionum n.15.* & quid de dolo dante causam alijs actibus, adeundus est *Jasoni* ibi *num.33. usque ad n. 36.* quando vero dicatur dolus dare causam, legito *Gomez. & Zazium* ibid.

10 Tertiò, sequitur ex suppositio themate, quod contractus emphyteusis celebratus cum Principe, naturam habebit contractuum bonæ fidei, & eo jure regulabitur. scripsit enim *Bald.tit. de pace Cõstantiæ §. si qua vero* omnes contractus cum Principe celebratos naturam habere cõtractuum bonæ fidei, quid dictum valde com. *Jason. l.civitas n.8.ff.si cert.pet.* dicens, quod ab alio tactum nõ legit. *Alex. ad Bar. in l. Cæsar,* ubi inquit esse *text.* probantem hanc opinionẽ *ff. de publica Jason l. cum fundus in princip.fall.3. nu. 2 ad fin.& in l.& si post tres col.fin.versi. quantum ad primum. ff. si quis cautior. & in l. si insulam col.9.versi.ista limit.ff. de verbor. Deci.c.1.lect.2.col.3.de Const. Cremens. fine.36.incip.omnes contractus de mundo, Jacobi. in investitura feudali. 53 speciali, Deci.cons 4.num.2. & cons. 187.num.4.Felin.& Deci.cap.1.col 1.de probat. Brunus cons. 12.* & plerique alij quos citat. *Gomez. d. §. actionum num. 2.* ubi *col.3.* dicit illud dictum *Bald.* cõmuniter à Doctoribus probari, tradit *Ægid.Bossi. in tit. de Principe pag.603.n. 11.& 12. Mantua.observ.66.l.7.* & hæc sententia est valde utilis in isto Regno propter cõtractus magnorum mercatorũ, qui quotidie celebrantur cum Principe, super rebus Indiæ Orientalis, cujus Rex noster invictissimus ditionẽ & Principatũ habet, manu forti debellatũ ac defensũ, aut super rebus Insulatũ Maris Occeani, & Æthiopici. Item propter contractus cum cõductoribus vectigalium Regni, ut in his omnibus ex æquo & bono agendũ sit, tanquam bonæ fidei contractus sint.

Verum tamen, quia illud dictũ *Bald.* nullo jure, quod ego sciam, probatur, & contradicit receptæ sententiæ omnium Doctorum, qui pro certo & constanti habent, non esse aliquem contractum bonæ fidei, nisi enumeretur *in d.§.actionum*, aut alio jure nuncupatim, *ut supra dixit*, & præterea convincitur alijs non paucis argumentis, per *Ludov. Gomez. d.§.action.num.3.col.3.* crediderim ab eo recedendum, imó magis dicendum contractum emphyteusis vel alios cõtractus, qui suapte natura non sunt bonæ fidei, nõ ideo censendos esse bonæ fidei, quod cum Principe celebrentur.

Illud tamen non diffiterer, non admodum stricte in illis agendum fore, sed secundum æquitatẽ, ubi ratio exegerit esse temperandos, propterea quod cum Principe geruntur, qui sũmam æquitatem debet ante oculos habere, multo quidẽ magis, quã suus Prætor, *l. quod si Æphæsi. ff. de eo quod certo loco.* conferunt multa quæ de Principe *Rostan. Castal. & P. Bellug.* scribunt, & *Mart.* Laudens de Principe *conclu.258.& in titul. de consiliarijs Principis conclus. 2. Bossi.* ubi supra *nu. 10.* tradit *M. Mantua. apophteg. 21.*

Ex quibus etiã cavebis ab *And. Exea.* 11 *in lib. pactorum, pag.203.num.407.* ubi scripsit contractus cum civitate factos, similiter esse bonæ fidei, allegat *Bart. d. tit.de pace.cõst.& Alex.ad Bart. d.l.Cæsar,* qui hoc nõ dicũt, & huic sẽtentiæ cõsequẽs erat dicere emphyteusim celebra-

tam cũ Primoribus civitatis super rebus ipsius similiter esse bonæ fidei. Cavebis inquã ab illa opinione, quia si Principi hoc non cõcedimus, quia nulla lege cavetur certe multo minus civitati, quia non fungitur vice Principis, nisi civitas sit, quæ superiorẽ non recognoscat, illa siquidẽ, Regi, vel Imperatori coequatur, ut tradit *Bar. l. infamẽ, ff. de public. jud. Sebastian. Sapt. l. Imperũ, n. 27. ff. de jur. omniũ jud.* & hujusmodi est civitas Venetiarũ de qua *Ripa. l. insulam n. 22. ff. de verborum obligationib.*

12 Quarto ex prædictis sequitur emphyteusim Ecclesiæ, quæ secundũ jura Canonica celebratur, esse contractũ bonæ fidei. Primo, quia *Bald. in capit. 1. de plus pet. in fine*, docuit secundũ jus Canonicũ omnes cõtractus bonæ fidei esse, & attẽto illo jure abolitã esse differentiã contractuũ bonæ fidei, & stricti juris, sequitur *Jas. §. actionum num. 4. & in §. quadrupli ad fin. instit. de actio. refert. Galeau in l. 4. §. Cato. n. 61. col. 18. ff. de ver. oblig.* Itẽ & 2. quia in emphyteusi Ecclesiæ, ubi est dies, & pœna admittitur nihil. hominus purgatio moræ, *cap. Potuit de locato*, quæ non admitteretur, nisi esset cõtractus bonæ fidei si credimus *Bald. in l. cum allegas opp. 6. C. de usur.* ubi dixit, quod in contractibus bonæ fidei admittitur purgatio moræ, etiam ubi est adjecta dies & pœna (quanvis secus in contractibus stricti juris *l. magnam Cod. de cont. stipul.* sequitur *Paul. dicta l. si insulã*, & ibi exaltat *Jason. col. 8. versi. unum, non omitto ff. de verb. Paul. & Jason. in l. & si post tres, num. 25. ff. si quis caut. per leg. Lucius*, (à contrario sensu) *ff. de action. empt. Aretin. l. si servum §. sequitur. num. 11. ff. de verborum significatione.*

Sed his non obstantibus, contrarium dicas, imò quod, nec emphyteusis Ecclesiæ sit contractus bonæ fidei, nam illa sẽtẽtia *Bald.* dicto *capit. 1.* nõ est vera, quia jure Canonico non reperitur reprobata hujusmodi distinctio contractuũ bonæ fidei, & stricti juris, & idcirco juri *Cæsareo* staudum *cap. 11. de nov. op.* imò si attendis, expresse reperitur approbata *in capit. Cum venerabilis de except.* (licet dicat *Bald. in d. capit. 1.* quod nõ meminit *tex.* in jure Canonico ponentis talẽ differentiam) quapropter meritò à *Bal.* recessit *Jas. l. cum postea n. 3. Cod. de pact. & in l. quod te mihi n. 34. ff. si cert. pet. Ludovic. Gomez late d. §. actionũ, Ant. Burg. in cap. Cum dilecti n. 54. de empt. & vend.* & cum his *D. Covar. reg. possessor. libr. 6. 2. part. §. 6. n. 5. Andreas Alciatus d. §. Cato. numer. 85.*

Porrò cõtra illud quod *Bald.* asseruit 13
in d. l. cum allegas 6. opp. communis est opinio, qua statutũ est, ubi adjicitur dies, & pœna non admitti purgationẽ moræ, si vè sit cõtractus bonæ fidei, sive stricti juris *cũ glos. Bart. Alex. Salic. dicta l. Lucius, & Alexand.* latissimè *cons. 105.* Magnifice *Prætor, col. 4. libr. 3.* quia maior militat ratio, ut in contractibus bonæ fidei nõ admittatur moræ purgatio, quoniã plus peccat, qui in eo contractu, in quo maior fides exuberare debet, morã facit. Et ita hanc cõmunem esse opinionẽ, scribit *Jason. dict. l. si post tres n. 27. Ripa in dicta l. si insulam n. 43.* quanvis ipse, & postea *Gomez in d. §. actionũ col. 2. & 3.* contrarium nitantur defendere. Nec obstat in emphyteusi Ecclesiæ morã purgari, cum tamen ibi adsit dies, & pœna, *dicto cap. Potuit*, illud est enim de benignitate Ecclesiæ, ac juris Canonici, in recõpensationem brevioris tẽporis, quod emphyteuticarijs Ecclesiæ cõceditur ad caducitatẽ vitandã, ut tradunt omnes ibidẽ *& in Authent. qui rem Cod. de sacrosanc. Eccles. & in l. 2. C. hoc titul.* non vero ex eo, quod emphyteusis celebrata cum Ecclesia, sit contractus bonæ fidei, quod notabis ad illa jura.

Quintò, ex prædictis utiliter ad pra- 14
xim inferes id, quod vulgo dicitur, in curia mercatorũ debere judicari de bono, & æquo, & ex bona fide, ut docet *Bar. per illũ tex. in l. si fidejussor. §. quædã, ff. mandati. num. 2. & in l. quintus eo tit. Bal. l. si pro ea col. fi. C. eodem Jas. §. Itẽ sequis in fraudem num. 78. de actio. text. glos. Angel. in Authent. de fidejusso. §. fi. col. 1. plures relati per P. Duenas in reg.*

335. n.3. & præterea *Decius consil.116. col. penult. Cuf. Junior. l. bona fides, n. 6. depos. Purpur. l. singularia, n. 83. ff. si cert. pet. Dec. consil. 48. col. pen. in med.* noster Petrus *Sanctaren. in tract. de sponsion. mercato. 5. part. n. 12.* & plerique alij passim, ut id quidem intelligatur, nō, quod actio quæ fuerit stricti juris assumat naturam bonæ fidei, ex eo quód inter mercatores fuerit contractus celebratus, id enim nullo jure probatum reperio, nec prixis admittit, sed ita sanè, quod non inspectis juris apicibus ac solemnibus, veritas negotij terminatur, nec attendatur, an sit proposita utilis actio, cum cōpeteret directa, vel quod lis non fuerit contestata, aut alia hujusmodi solemnia non intervenerint, & ita *Bar. in d. §. quædam*, non vero quod omittatur jus naturale aut gentium in eorum conventionibus, ut pulchre tradit *Alexand. consil. 38. n. 2. libr. 7.* aut quod non debeat haberi respectus ad jura civilia, ut ait idē *Bart. dict. §. quædam*, quod nota, ne in vulgari allegatione decipiaris, & multa de juris apicibus vide per *Mantua. observatio. 66. libr. 7. & P. Loriot.*

Sexto, ex eo quod hic contractus emphyteuticus stricti juris est, dicebat *Spec. in tit. de emptione, & vend. §. nunc dicendum, n. 14. versi. quid de concessione in emphyteusim*, quod remediū *l. 2. de rescind. vendit.* non vendicabat sibi locū in contractu emphyteusis, quod an verū si videbis in sequentibus peculari *cap.*

SUMMARIA.

1 COntractus innominati, qui?
2 Contractuū nominatorū & innominatorum, nulla est differentia, quoad vim obligandi de jure gentium.
3 Innominati cōtractus nō respectui, qui?
4 Nominatus, an innominatus sit contractus judicandus in dubio.
5 Emphyteusis est cōtractus nominatus.
6 Feudum non est cōtractus nominatus.
7 Feudū nō est cōtractus nominatus, licet detur ultra fidelitatem, modica pensio.
8 Actio pro Emphyteusi, quæ detur.
9 Nomen actionis nō est necessum hodie quod exprimatur in libello, maxime jure Regni.
10 Actionum usus, non est sublatus jure Canonico.
11 Judex an possit judicare ex causa probata, licet non petita, & quid de jure Regio, & explicantur l. Regni tit. 49. li. 3. & §. fin. cod. tit.
12 Clausula, sola facti veritate inspecta quid operetur.
13 L. Regia tit. 49. §. ult. li. 3. cōprobatur.
14 Practica senatus, circa exceptiones quæ opponūtur sententijs in Cācellaria.
15 Clausula, jus & justitiam ministrari.
16 Clausula, omni meliori modo.
17 Ordini judiciario, an possint litigantes renunciare?
18 Actio redhibitoria, & quāto minoris, datur etiam emphyteutæ, & aliqua circa illas, & alias actiones.

Quæstio VI. An emphyteusis sit contractus nominatus, vel innominatus?

ANtequā quæstionē hanc definia- 1
mus præfari libet omniū conventionum quasdā esse nominatas, quasdā innominatas. Nominatæ dicūtur, quæ in suo nomine nō standi idest in generali nomine cōventionis, sed trāsierunt in propriū nomen, & specificū cōtractus: ut emptio, locatio, & cæteri similes, innominatæ verò sunt, quæ nomē propriū, & peculiare non assumpserūt: sed steterāt in generali nomine cōventionis, probat hoc *lex Ulpiani, juris gentiū in prin.* ubi præter alios, notat *Fort. n. 38. & 72. ff. de pact. idē Ulpian. in l. §. fi. eo tit. Galiau. in rub. de verbo. ex n. 211. & n. 36.* Scribēt cōmuniter *in l. naturalis ff. de præscript. verb.* notatur *in rub. C. d. rer. permu.* portò differētias inter cōtractus nominatos, & innominatos, tradit *Hiero. Veri. in rub. ff. de verb. n. 245. 248. 282. & Pinel. C. d. resc. vend. fol. 37. n. 24.* sed & alia multa circa cōventiones iñominatas, scribūt *Bulgar. in d. rubr. ex n. 14. Crot. ex n. 18. Galia. & Hiero. Veri.* plenius cæteris, & alios omnes actus juris innominatos cōgerit *Menes. in d. l. naturalis n. 17. & antea Exea. de pact. ex num. 478.*

Hanc autem differentiam, nominato- 2
rum & innominatorū, cōtractuū, constituit Jus civile, subinde & jus Canonicū,

ut annotavit *Menes. dicta. l. naturalis, n.*30.(sed hoc dubium est per ea quæ tradit *Crot. dicta rub. ex num.*21.)*& l.*3.*tit.* 6.*partit.*5. Verum jure gentium, quoad vim obligandi ex æquitate naturali, nulla erat inter hos, & illos contractus differentia, ut(cõtra *Alexan.* bene advertit *Fortun. d.l. juris gentiũ n.*3.*col.*2.*Galia in rub. ff. de verbo. num.*180,*&* 191.*&*183. quod confert ad tradita per *Bal. Nove. in dicta rub. numer.*56.

Rursus innominatorum contractuum fit alia subdivisio, quia quidam sunt correspectivi quatuor scilicet de quibus agit *dicta l. naturalis cum suis* §. ut ibi *Bart. col.*1.*Galia* ubi supra *n.*213. *Cur. l. cum mota n.*20. *Curanfac.* & reliqui alij sunt non correspectivi, in quibus scilicet recipiens non obligatur ad aliquid fasiẽdum vel dandũ *l. senatus,* §. 1. *vers. nec dubitaverunt, ff. donat explicat* (uti novissimè, ita & explicatissime) *Menes. dicta l. naturalis in princip. ex nu.*18.*Exea de pactis ex nu.*517. *Duare.* & *Oroscius in dicta l. jurisgentium,* & isti non respectivi sunt pene innumerabiles, ut per *Galia.* ubi supra *num.*36.

4 In dubio autem contractus censetur innominatus,*l.*1.*ff. de æstima. l.*1.*&* 2.*ff. præscript. verb.* ut in eleganti quæst. voluit *Jason. l.*2.*in princip. n.*9 *ff. si cert. pet. Jas. dict. l. jurisgentium* §. *quinimo nu.*5. *ff. de pact. & in l.*1. *in fin.* post *Bart. & Fulgos. ff. de rerũ permut. & in prælud. feudorũ col.*6.*n.*25. *in fin. refert Andr. Exea de pact. nu.*488. *Purpurat.* dicens cõmunem, *dicta l.*2.*num.*62.*Boer. decis.* 144.*Rom. l. Aristo. ff. de donat.* & hoc receptius est, ut constat ex relatis per *Tiraquel. in* 1. *retract* §.30. *glos.*1. *nu.*36. *Pinel.* latissimè *C. de rescind vend fol.*32. cum seq. contra *Bald. in prælud. feudorũ n.*11. *Alexand. dict. l.*2.*n.*8. *Jaso.* §. *actionum num.*122. *inst. de act. Alexand. ad Bart. in l. si in emptionem. ff. de contra empt. Oroscius dicta l. jurisgentiũ,* §. & *ideo nu.* 17. licet in ea quæst. aliter *Paul. dicta l. Arist. n.*2.*&* *Alciat. lib.*3.*de verb. sign. pag.*162. & novissimè *Menes. dicta. l. naturalis,* §.*& si quidem n.*3. Plurimum autem refert, sit ne conventio nominata, vel innominata, quia prior illa nominata parit actionem, innominata vero tũc demum cum vestitur ab implemento justæ causæ, seu cohærentiæ cõtractus, ut omnes docent, per illum *text. in dicta l. jurisgentiũ in princip. Curs. d. l. cum mota n.* 22. Rursus illa conventio nominata, habet suas actiones nominatas, & innominata, præscriptis verbis peculiari actione utitur, quæ alijs conventionibus non est necessaria, ut optime tradit *P. Costal. l.*1. *de prescript. verb. in fin.* ubi tu videbis alia in proposito & per *Curs.* ubi supra.

Quibus prælibatis, oportunè quæritur, emphyteusis an sit contractus nominatus, vel innominatus, & cõmunis est sententia, quod est cõtractus nominatus, 5
ut firmat *Angel. l.*1. *Bald. col* 2. *Cod. isto titulo,& ibi Jason.* citans alios, *num.*69. *Jason. l. una num.*8. *ff. de cond. ex l. Bar. d. l. jurisgentiã,* §. *quinimo col. fin. glos.* & omnes *in l. legitima, ff. de pact. Guil. cap. Raynunt. fol.*91. *num.*2. & est cõmunis secundum *Jason. in prælud. feud. n.* 34. *Menes.* ubi supra *num.*28. ea sanè ratione, quia hic contractus emphyteuticus per *leg. civiles* speciale nomẽ accepit, §. *adeo, instit. locati l.*1. *Cod. isto tit. l.*1. *titul.* 14. *partit.*1 *l.*28. *tit.*8. *par.*5. & stat regula *dictæ l. jurisgentium,* quod conventiones, quæ in proprium nomen & specificũ transierunt, nominatæ sunt, cui sententiæ 6
concinit, quod etiã feudum contractus est nominatus, quia consuetudine, peculiare hoc feudi nomẽ accepit, *Bart. dicto* § *quinimo col. fin.* ubi *Jason. num.*16. *Fortun. col.*29. *Oroscius num.*45. *Jas. dicta l. una num.*8. *ff. de cond. ex leg. & in prælud. feud. num.*34. *Jason. l.*1. *num.*69. *C. isto titulo,* & ita post magnam controversiam obtentum, scribit *Zas. de feu.*1.*p. cap.*2. *numer.* 5. testatur, multos allegans, esse cõmunem, *Sylvanus de feud. quæst.*3. *n.* 4. & cum his *Anton. Menes.* ubi supra *n.* 27. ultra quem *Bal. consi.*327. *pridie col.* 1. *lib.*1. *Jas. cons.*233. *col.*4. *lib.*2. *Soci. cons.*67. *visis investituris ver.* 4. *& ult. vol.*1. quod iterum repetitur *consi.* 165. *volum.*2. *Curtium cõsil.*1, *col. penul. vers.*

minus

minus etiam obstat, post *tract. de feud. Bald. consilio* 150. *ad evidentiam col. penult. id fin. vol.* 1. *Claud. de Seycello in suo speculo feudorum col.* 15. *in princip.* cum quibus etiam testatur hanc esse communem *Andre. ab Exea. lib. pactorum num.* 477. quanvis plures quos ibi citat. *n.* 478. (quibus ipse videtur magis accedere) dicant feudū esse cōtractum anomalū, idest [ut ipsi intelligūt] sine nomine quod & voluit *Bal. in rubr. C. de re. permu. n.* 2. & *l. una n.* 8. *C. quādo lice. ab empti. disce.* etiam in emphyteusi. Sed non placet, quia emphyteusis & feudū in specificum nomen transierunt juxta superiorem doctrinam, *dicta l. juris gentium.*

7 Nec item consentio, feudū esse cōtractū innominatū, si concedatur pro certa modica pensione, ut scripsit *Præpos. c.* 1. *col. penult. ad med. de benefi. fratris lib. feudorum*, quia licet tunc sit improprie feudum, quod non datur nisi pro servitio personali, ut dixi supra *quæst.* 1. & *Paris de integr. feudorū, fol.* 152. *num.* 15. non ideo erit innominatus contractus: ad minus enim, erit emphyteusis, quæ secundū cōmunem nominata conventio est. Legito tamen circa hoc *Claud. Seycellum in specul. feudorum colu.* 18. *in princip.* quē retulit *Exea. de pact. num.* 487.

8 Ex prædictis cōsequitur, quid diffiniēdū sit in illa controversia Doctorū qua actione agatur pro emphyteutico cōtractu, sensit enim *Accursius in l.* 1. *verbo, custodiri, C. sto titulo, actione præscriptis verbis agendā*: quatenus hanc opinionē ultimo loco ponit. Id ipsū *Pet. bella per. & Cynus quæst.* 5. *Albe. n.* 8. ibidem voluit tandem (licet dubius) *Ioan. And. ad Specul. §. nunc aliqua versi.* 171. *Bald. in rubr. Cod. de condict. ex leg. col. fin.* Sed hæc opinio merito explosa est, nam cum receptissimum sit emphyteusim cōtractū esse nominatū, incongruit, ut ex eo producatur actio præscriptis verbis, quæ datur pro contractibus innominatis ut in allega. *l. naturalis ff. de præscript. verbis.*

Mutavit igitur sententiam *Accurs.* & *in §. adeo, institutis. locati*, scripsit, pro emphyteusi competere condictionem ex lege *Zenonis*, quam opinionem probavit *Bart. late, in l.* 2. *n.* 11. *C. hoc titul. Bald. col.* 2. & 3. *Salyc. n.* 16. & est communis opinio secundū *Bart. l. una, ff. de cond. ex le. col.* 4. *n.* 7. & *Jas. ibid. n.* 8. *in dicta l.* 1. *n.* 68. probat *Iacob. de nigris in rub. de lega.* 1. *fol. mihi* 34. *col.* 2. & ita tenendū, quanvis *Bar. dicta l. unica, n.* 8. *de cond. ex l.* contra cōmunē doceat potius dari actionem ex emphyteusi, sicuti ex locatione, actionē locati, ex emptione, actionē empti, & *Aug. § adeo, institut. locati, n.* 5. *ac novissime D. Anton. Menesi. in dicta l. naturalis in principio n.* 28. Sed illa opinio non est adeo recepta, & *Bart.* respōdet bene *Iason. l.* 1. *n.* 68. sequendo communem, cui ego potius accedo. Formas autem libellandi in hoc cōtractu ponit *P. Iac. in sua praxi fol.* 10. & *fol.* 64.

Sed parum utilis est hodie ista cōtro- 9
versia, quia jam non est necessum ex primi nomen actionis in libello, sed sufficit factū ita apte narrare, ut judex sine alia expressione possit colligere, quæ actio cōpetat agēti juxta, *text. in cap. Dilect. de judic.* per quē *text.* ita tenēt ibi magis cōmuniter Doctores jure Canonico. Sed & in foro civili ita receptū est cōmuniter, secundū *Iason. l. edita col.* 2. & *num.* 2. *Curt. num.* 3. & alios noviores, *Codic. de edendo.* Sequitur *Deci.* ubi latè defendit, & dupliciter limitat, *in dict. cap. Dilecti num.* 3. & ibi *Abbas* inquit cōmunem esse legistarum & Canonistarum. Ite fatetur *Decius dicta l. edita colum.* 2. dupliciter etiam limitando, & satis voluit idem *Abbas in cap. examinata not.* 1. *de judic. Bart. Angel.* & quotquot scribunt *in l.* 1 *ff. de edendo*, quanvis *Decius in dicta l. edita* controvertat allegationem *text. in dicto cap. cum Dilecti. & Faber. §. si minus num.* 12. *institut. de actio.* dicat, hoc recipit in *Curia Laicali de consuetudine*, quasi non ita sit de jure civili: cui nō leviter suffragatur *text. in l.* 2. *in fin. Cod. de formul. sublat.* ibi, *Si aptā rei & propositio negocii cōpetentem eam esse constiterit.* Est tamen hoc indubitatū *ex lege Regni lib.* 3. *tit.* 49. *in novis lib.* 3. *tit.* 63. quia per illam jubentur

judices ex veritate comperta judicare, post habito errore processus. Proinde de nomine actionis nihil curamus, & nō solum jam ille impetrationes formularum, quæ olim à Pontificibus fiebant *l.2 §.deinde ex ijs, §.omnium ff. de origin. jur.* à quarū syllaba si quis cadebat, cadebat à causa, ut ibi & notat *Innoc. & Anton. in cap. Pysanis de restit. spol.* & impetrationes actionum, quæ fiebant à Prætoribus, sunt sublatæ per *l.1.& 2.Cod.de formul. subla.* ut illum *tit.* interpretatur *Alc. libr.4.disjunct.capit. ulti.* & plenius *in l. pecuniæ verbum §.actionis ff.de verbor. sig.* & novissimè explicat *Nicol.Bellonus libr.4.supputat.c.1. cum duob. sequent.* ultra tradita per *Jas.in princ.inst.de actio n.24.* cum *seq. & Ludo. Gomez. n.26. ac Noviores.* sed adhuc nec actionis nomē necessū est hodie exprimere, juxta receptas sentētias ubi supra. Et caveas ab *Anton. ac Barb.in dicto capit. Dilecti n.24. & Deci. in dicta l. edita in princ. colu.2. asserentibus*, jure Pontificio usum actionum esse sublatū, per illum *text.* in dicto *cap. dilecti*, quia nec hoc verum est, nec exillo *tex.* probatur, imò magis illud quod supra diximus, videlicet, sufficere ita aptè & apertè factū proponi, ut ex eo actio colligatur ac rectè inferatur. Quibus cōsequens est, quod licet qui agit ad Emphyteusim nominet in libello, actionē præscriptis verbis, vel actionē ex Emphyteusi, patū refert; si modo ita narret factū, ut ex eo cōcludatur Emphyteusis, & agētem actionem Emphyteuticam habere, quia jam ex nomine & formulis agendi non pendemus, secundum prædicta.

Sed quid, si proponat aliquis in libello tale factū ex quo cōcludatur actio locati deinde in processū probet emphyteusim vel è contra probet locationem, cum tamen proposuerit factū ex quo colligitur jus emphyteuticū? & sic in effectu, quæ-
11 ritur, possit ne judex cōdemnare ex causa probata, licet nō petita nec expressa in libello? Et palam est non posse fieri, *cap. examinata*, ubi Doctores *de judic l.1. ver si autem, ff. si mens. fal. mod. dix. l. habebat, ff. de institor, cap. Abbate sane de re judic. libr.6. l.1. n.8. C. quæ sit longa. consu. & in l.1. n.12. de edendo Alexand. l. Divus, n.15. ff. de re judic. Bald. l.1. n. 11. C. si plur. una sententia Paul. & Alexan. l. si is ad quem ff. de acq. hæred.* ubi quoque *Areti. not.3.* latè *Jason. l.1. n.8. ff. offi. asse.* probat *Pynel.* latè *de rescind. vend. fol.147. n.28.* Sed cū lege *Regni, li.3. tit.49. §.1. in novis lib. 3. tit.63. in princip.* statutum sit ut in universo Lusitano Principatu, judicetur ex veritate cōperta [quod idem est, ac si dicatur, sola facti veritate inspecta) & ubicūque adji- 12
citur talis clausula, cōcludit communis opinio, tolli omnem ordinē judiciarū & relaxari omnē juris solemnitatē: & quod judex possit judicare sicut ipse Princeps, *ex Bald. cap.1. §.investitura, col.2. de nova for. fidel.* & alibi, ut per *Jas. cons.105. num.5. vol.1. Tho. Gram. decis.62. numer.30. Dec.* (qui testatur cōmunem) *in d. c. Dilecti num.* 3. latissimè *Roma.* & nova ejus additio. quæ citat plurimos, *sing.792.* incipit *quod important.* latissimè *Robert. Maranta in specul. jud. 9. distin.* ubi *ex num.23. ponit.* 15. effectus illius clausulæ, alium *Hyppol. sing.494.* jam sequitur quod de jure *Regni*, licet aliud probatum sit, quam fuerit in libello deductum, si ex probatis colligetur, agētem jus habere pro eo ferendam sententiam. Ita enim, ex vi prædictæ clausulæ fieri posse, voluit *Joan. And. ad Specul. tit. de actione, §. sequitur. ver si. hoc quoq; Anto. cons. 36. Riso puncto. & in cap.2. de jura. calu.* quē sequitur *Cuma & Alex. l. si ita stipulatus, §. Chrisogonus num.8. ff. de verb. Deci. d. cap. Dilecti nu.3. ver.* & ulterius de tali clausula. *Jason. l. vinū col.17. si cert. pet. Prob. ad Joan. Monach. cap. fin. num.5. de hæret. libr.6. Marant.* ubi supra *19. distinct. nu.33. Tho. gram. decis.19. num.6. & decis.103. Illustr. n. 141.* latissimè *Hyppol. sing.272. in hac inclita. Soci. in l. certi cōdictio, §. si numos col.2. versi. ult. limita num.17.* & ibi *Jas. col.6. in princ. ff. si cert. pet.* idem *Soci. l. vinum ad fin. ff. illo tit.* quod ipsū confert ad *Constit. Regni Sicul. incip. detestātes*, ubi sicut & in nostro *Regno*, statutū est,

est, ut sola facti veritate inspecta judicetur. Item ad aliud simile statutum Senatus quæ statuta bene cõmentatur, *Paris deput. in suo libr. de Syndicatu capit. utrum fol. 233. n. 5.* & plenius *in c. an dictã fol. 236. & seq. n. 3.* & aliquid *Affl. decis. 250. in fi. & 4. Rot. nov 33.*

Verum ipse crediderim, prædictã opinionẽ non esse juri conformẽ, & nec *in Regno*, nec alibi ubi fuerit similis lex, posse ferri sententiã ex causa probata, & nõ expressa, ac deducta in libello, & moveor primo, quia etiã in causis sũmarijs exigitur, in inchoatione litis petitionem fieri, & exprimi quid petatur, nec sufficit in processu *Clem. Iæne* §. *Verũ*, ibi *juxta petitionis formã, de Verborũ significatio.* Secundò, quia esset impartiri officiũ non petente parte, contra *l. 4. §. hoc autem, ff. de dam. infec.* Tertio, quia probatio sine petitione nulla est, *cap. Dudum de elect.* quẽ ad hoc *citat. Bald. l. 1. ff. leg. 2. Affl. decis. 372. n. 3* Quartò, quia si judex judicat secundũ causam probatã, & non deductã certe judicat ultra petita: quod fieri nequit à judice, sine nota stultitiæ *l. fi. Cod. de fideico. liber. cap. Licet*, ubi latè *Felin. de simon.* idque etiã lege *Regni* vetitũ est *lib. 3. tit. 50. §. E ainda. in novis libr. 3. titul. 66 §. 1.* ibi, *Será avisado que sempre de sentença conforme ao libello.* Imò & eadẽ lex *Regia dicto titul. 49. in princip. in novis ordinat. §. 1. hoc ipsum vult* ibi. *Nam julgãdo mais do que pelo actor for pedido.* Et expresse, quod de jure *Regni* nõ possit ferri sententia ex causa probata, si nõ fuerit intentata, probat *text. in dicto titul. 49. §. ultimo in novis tit. 63. §. ultim.* ubi mirabiliter disponitur, quod si maiores judices reperiant actorẽ probasse intentũ, secundum actionẽ ab eo propositã, quæ tamen nõ sufficit ad obtinendũ, & si aliã proposuisset, alia ratione fundatam, utique secundũ juris rigorẽ, obtineret, quia reperitur probata, vel quasi probata in actis: tunc ad præcidẽdas lites jubeant actori, ut illã rationem quã debuerat prosequi, declaret in eodẽ processu, sine novo libello, & illi pars respondeant, & detur, ulterius probatio, si fuerit opus, atque ita causam diffiniant, & ita plane probat non sufficere, quod reperiatur in actis, probatum tale aliquid, quod sit satis ad condemnationem, nisi fuerit intẽtatum, & prosequutum ab actore: quia denuo lex illa declarationem intentionis fieri jubet, sine novo tamen libello. Nec istud licet cuilibet judici, sed maioribus judicibus, quos appellamus: *Juizes de alçada* ut ibi *in exordio. in novis lib. 3. titul. 63. §. ultim.*

Et profecto illa decisio est valde notã- 13
da: quam quidã volunt cõfirmare *ex decis. Affl. 53.* ubi, qui egit in prima instãtia ex testam. potest prosequi in secunda ab intestato: sed illud ideo, quia putabat testamentũ valere ubi patet. Rursus *ex decis. Bald. in l. 1. C. si plur. una sent. fur. cond. n. 16.* ubi scripsit, quod judiciũ potest transsubstãtiari in aliud genus formæ, retul't satis ad propositum *Afflictus decis. 372.* fuit, lata sententia *n. 4.* ubi quoque decisũ fuit, quod filius conventus, tanquã hæres patris, si probetur solum hæres matris, quæ pro eodem debito tenetur, nõ debet absolvi: sed in eòdẽ judicio juberi, ut dicat quidquid velit, & si legitimã defensionẽ non ectenderit, condemnari, & profecto nulla est authoritas quæ magis conveniat legi nostri *Regni in d. §. ultim.* quam illa decisio.

Ex qua (quantũ ego opinor) fluxit pra- 14
ctica *Magni Senatus*, circa exceptiones nullitatum, quæ opponuntur sententiis, quando tranſeunt per Cancellariam: reperiuntur enim multoties evidẽtes nullitates, quæ nec *ex d. lege Regia, tit. 49. lib. 3. in novis tit. 63.* possunt suppleri jubẽt enim integerrimi Senatores ad occurrendã illis nullitatibus, quãdo videt causam secundũ veritatem & justitiã fuisse judicatã, ut pars quæ nullitatem objicit, alleget de jure suo quidquid velit, & si vident quod solũ prætendit nullitatẽ sine effectu quia in puncto juris non fovet justitiã nec allegat aliquid relevans, cõfirmant sententiã & jubent eam transire per Cancellariã, non obstantibus exceptionibus, & condemnant objicientem in duplicatis expẽsis. Et profecto est salutaris

ris practica, & digna tanto Senatu, quæ emanavit ex *l. fin. §. fin. ff. quodmet. cauſ.* cum aliis juribus, & authoritatibus quas cogerit *Sebaſt. Vancius tract. de nullitat. ſenten. titul. quibus mod. ſententi. nulli. repar. poſſit num.* 129. cũ ſequentibus.

Sed ut regrediar ad inſtitutũ, ſatis ex prædictis pro certo habeo, quod etiã ſtãte *lege Regia dicto titul.* 49. *in novis lib.* 3. *tit.* 63. *de judicãdo ex veritate cõperta*, non poſſe ferri ſtatim ſententiã in favorẽ illius qui aliam cauſam propoſuit, & aliã probavit, quidquid doctores cõmuniter contrad cunt, & ita praxis obſervat, & ſæpiſſime judicatum vidi.

Et quãvis clauſula (jus & juſtitiã miniſtrari) ſit valde proficua ad omne jus partis, quod poteſt concludi ex materia proceſſus uti tradit *Abb. cap.* 2. *n.* 52. *de Ord. cog.* ubi doctores cõmuniter idem *Abb. in cap. Paſtoralis n.* 2. *de cauſ. poſſ. Alexand. conſi.* 96. *ex num.* 5. *lib.* 5. plenè *Jaſ. §. omnium n.* 147. *inſt. de actio. Angel. in rubr. de except. n.* 30. addit. *Capel. Toloſ.* 232. *Areti. Pãthomus. §. rei n.* 8. *ff. acquir. hæ. Deci. conſ.* 62. *n.* 2. *Carol. conſ.* 54. *n.* 8. *libr.* 4. & ideo ſi judex ex aliquo capite intellexerit agentem fovere juſtitiã, debet pro eo ferre ſententiam, licet agens expreſſe illud nõ deduxerit, ut per *Jaſ.* & alios ubi ſup. & *Hiero. Grat. conſ.* 16 58. *n.* 3. *col.* 1. & *in conſi.* 37. *n.* 7. *lib.* 1. *Alciat. conſ.* 116. *n.* 10. *Copyti. deciſ.* 10. *n.* 22. & 24. *Guy. deciſ.* 263. & id ipſum dicatur per illam clauſulã, (omni meliori modo) ex traditis per *Bald. & Imol. in l. cum pater, §. filius matrem, ff. de legat.* 2. *Cardi. & Imol. cap. Ex literis de offic. del. Deci. conſi.* 55. *Grat. conſ.* 34. *n.* 6. & *conſ.* 37. *n.* 6. *conſi.* 58. *n.* 9. *vol.* 1. & *conſi.* 23. *n.* 21. & *conſi.* 48. *n.* 20. *libr.* 1. *Capyti deciſ.* 96. unde, cum illæ clauſulæ apponantur in libellis, videbatur virtute illarũ, poſſe ferri ſententiam ſuper probatis, licet nõ intentatis; adhuc tamen crediderim nõ ferendam ſententiam ſuper nõ deductis, quia pars fuit citata ſuper expreſſe tantũ deductis in libello, & ab illis ſe defendit, non ab eo quod includitur ſub illis clauſulis, & ideo in hujuſmodi ſpecie nõ conſuevit Senatus deferre prædictis clauſulis, volluit *Areti, conſ.* 17. *n.* 5. & *pulchre Alc. conſ.* 414. Si tamen contigerit quod etiã ſuper materia non deducta expreſſim in libello, nec petita, diſcuſum ſit inter partes, crediderim poſſe etiã ſuper eo ſententiam ferri, quia non poteſt dici, partem fuiſſe indefenſam, & ita utiliter ſcripſit *Abb. c. Abbate de verb. ſign. ex doctrina Innoc. in c. Cum Eccleſia de cauſ. poſſ.* & ita fuit judicatum ut tradit *Afflic. deciſ.* 95. *Aug. Galeota. col. fin.* quod eſt nota dignum.

Poſtremo duo nõ omiſerim circa præ- 17
dictã *legẽ Regiã tit.* 49. *in novis dict. tit.* 63. Primũ, quod & ſi judices in hoc Regno, jubeantur ſequi veritatem compertam: non ideo licet litigãtibus renũciare ordini judiciario, quia diſpar eſt ratio taciti, & expreſſi in judicijs *arg. cap.* 1. *§. de juram. cal. conjuncta l.* 2. *§. ſed quia Cod. eod. titul.* nec illud quod lex ſupplet, reperitur parti conceſſum, & cõmunis opinio habet, his quæ ſunt de ſubſtantia judicij non poſſe à partibus renunciari, ut teſtatur *Marian. c.* 1. *n.* 21. *de libel. obla.* quod ſi litigantes ita convenerint, ut judex litem decidat prætermiſſo juris ordine, valebit quidẽ ſententia in vim pacti, nõ in vim ſentẽtiæ, ut tradunt *Hoſtien. Cardi. & Abb. in capit. de cauſis de offi. del.* quia in effectu tũc judicat uti arbitrator, ut ſcribunt ibi *Felin. n.* 6. *Deci. n.* 8. *poſt Imolã n.* 7. nec contradicit *Barbac. n.* 6. poſtquam tamen proceſſũ eſt, licet inordinatè, & etiam omiſſa citatione, licebit parti conſentire ei quod geſtũ eſt, ut tradit *Innoc. in c. Cum cauſam n.* 4. *de teſtib.* quẽ ſequitur *Abb.* ibi *n.* 20. & *Rota nov.* 258. ex quo declarabis *Ordinationem ubi ſupra §.* 1. *in novis dicto titul.* 63. *in princip.* & *§.* 1.

Secundò attẽde, quod licet vulgo dicatur, quod ſenatus poteſt judicare ſecũdum conſcientiã, & ex veritate cognita, omiſſis juris ſolemnibus, ex traditis per *Guyd. deciſ.* 29. & *Afflic. deciſ.* 120. *n.* 6. & per *Alexand. conſ.* 73. *numer.* 11. *lib.* 6. quia ſenatus repreſentat perſonã Principis, ut per *Afflic. dicto num.* 6. non exiſti-

mo

mō id esse tutum, nam si hoc verū esset, ne quidquā quoad supremos judices lata esset, *lex illa Rodia, dicto titulo 49. in novis lib. 3. tit. 63. §. 6.* Proinde, cessante tale lege, non puto etiā supremis judicibus licere, juris ordinē parvi pēdere argumēto *text. & not. in capit. in causis de re judica*, nec id jure aliquo cautum reperio.

Sed quasi ē diverticulo ad semitā rediēs, prosequēdo materiā actionū. Rursus quæro, an aliæ actiones emphyteuticarijs
18 cōpetāt, & nō est dubiū cōpetere ex varijs causis, nā & utilis redhibitoria, & quāto minoris dabitur emphyteutæ, ut scripsit *Bal. in l. 2. C. de edil. actio. n. 7. ver. cōductor enim*, quod ipsū in feudatario & cōductore ad lōgū tēpus tradidit valde cōmēdās *Iaſ. d. l. 1. n. 71. C. iſto tit.* dicēs quod alibi nō legit, & quod est notādū ad practicā sed ipse nō exēplificat, tu poteris exēplū ponere, si forte fūdus cōcessus sit in emphyteusim, qui producat herbas pestiferas, poterit enim redhiberi, vel quanto minoris pro eo agi, sicuti si vēdatur fūdus, qui producat pestilētes herbas, ut tradit *glos. 3. l. 1. ff. ædil. ædict.* allegans *l. si prædiū, l. etiā in fūdo Codic. eod. glos. cap. 1. in fi. 29. quæst. 1.* sequitur *Cæpola.* ubi elegāter limitat *in dict. l. 1. n. 2.* nec mirū quia ædilitiū edictū, non solū datur pro rebus animatis habētibus vitiū corporis, quod usū rei multū impedit, ut *l. aiūt ædiles, §. sed sciendū, ff. de ædil. ædict. vel animi vitiā*, quod dictū est abesse, & aderat *l. quis sit fugitivus § fin. ff. illo titul.* veluti in servis & in jumētis, & alijs plerisq; casibus quos cōgerit *Cæpola* in dicta *l. aiūt ædiles n. 17.* sed & pro rebus inanimatis repertis viciosis, tā mobilibus, puta libris & pañis; ut *l. 1. in prin. ff. illo tit.* quā immobilibus ut in eadē *l. 1.* ibi tā earū quę soli sūt, ubi latè *Cæpola* notat proinde nimirū, & pro emphyteusi detur, quæ in rebus soli consistit, ut diximus *quæst. 1.*

Præterea, quāvis *Iur. Cōsult in l. sciendū 63. ff. ædil. ed.* dicat illud edictū ad vēditiones solas pertinere, profecto & ad alias cōvētiones porrigitur, ut ad permutationē, ut *glos.* ibi docet per *l. sciendū §. deinde eod. tit.* & ad dationē in solutū, quæ similis est emptioni, *l. si prædiū Cod. de evictio*, & ad dotē æstimatā, ea æstimatione quæ facit emptionē, ut per *glos. Doctores, l. si inter Codic. de jure dot.*, & *in l. 3. ff. loca.* deniq; ad omnes cōtractus onerosos, ut satis probatur in dicto *§. deinde versi. sed & si quis.* voluit *glos. in dicta l. sciendū* & ibi quoq; optimè *Cæpola col. fin.* in locatione verō locū nō habet, duplici ratione, de qua per Jure Cōsultū *in d. l. sciendā, & per Bald. in d. l. 2. Codic. de ædil. actio. n. 7.* sed nec in rebus donatis *l. ad ref. 62. ff. illo tit.* ubi quoq; *Cæpola. & Bald. dicta l. 2. num. 6.* rationem ponunt.

De istis autē actionibus redhibitoria, & quāto minoris, quid sint, & quo tēpore durēt, optime *Covar. reg. possessor. 2. par. §. 11. fol. 79. col. 1. Alexan. cons. 148. col. 1. lib. 2. & cōs. 63.* diligēter inspectis *volum. 6.* plenè *Annel. §. in duplū, ex n 7. inst. de actio.* & quod agens redhibitoria, & non vincēs potest agere, quāto minoris, tradit *Cate. Cottu. in memora. verbo, actio redhibitoria, col. 4.* itē quod in dubio juditā-dū in favorē redhibētis *Bal. in Auth. omnes peregrini, n. 8. C. cōmun. de succe. Felin. cap. in nostra nu. 12. de testi. Cæpol. l. quæro §. fin. in fin. ff. de ædil. edi.* quæ omnia cōferunt ad *legem Regiam lib. 4. tit. 6. in novis lib. 4. tit. 17.*

Rursus emphyteuticarijs cōpetit actio cōmuni dividūdo, sicuti & habentibus agros vectigales, ut probatur *l. 7.* ubi *Doctores ff. cōmuni divi. Iason. l. 1. C. eodē n. 71.* Itē & judicium familiæ herciscundæ *l. itē prædia, ff. fami hercis.* Similiter & actiones finiū regūdorū, & aquæ pluviæ arcēdæ, & arborū furtim cæsarū, ut hæc omnia probat *text. in l. cedere, §. fina. ff. arborū furtim cæsarū*, ubi *glos. prima & Bar.* docēt, quod etiā cōpetit directa actio legis *Aquiliæ*, sequitur *Iaſ. l. 1. Cod. hoc tit. n. 72.* sed & cōpetūt interdicta possessoris, & rei vendicatio, ut infra plenius dicā.

Quæ verō actiones dētur vassallis cōtra dominos pro feudo, & è cōtra dominis adversus vassallos pro servitio, & ad alia quæ debētur, ponit resolute *Andreas Ise. in prologo feudorū n. 43.* ponūt & in eōdem tractatu noviores, apud quos pleniùs videre licet, quia non est nostra materia.

SUM-

SUMMARIA.

1 SCriptura in quibus casibus requiritur remissive, & declarantur illi casus numer. 5.

2 Scriptura, an necessario requiratur in contractu emphyteutico, latè traditur, & quid jure Regio, numer. 11.

3 Scriptura requiritur in emphyteusi, pro solemnitate probatoria.

4 Scriptura, in quibuscūq; actibus interponitur, vel est pro substātia, vel probatione, vel ut magis habilitetur probatio.

5 Scriptura, an sit de essentia actus, vel ad probationem quomodo cognoscetur.

6 Lex Regni lib. 3. tit. 45. in nov. tit. 59. requirit scripturā, nō pro substātia, sed ad probationē tantū, & ex n. 12. ponūtur ad illam multæ declarationes.

7 Simulatio, in contractu emphyteutico, qualiter probetur, & generaliter in alijs conventionibus.

8 Pensionis emphyteuticæ solutio, an debeat per scripturam probari.

9 Pœnitētia, an sit licita, ante cōfectam scripturam emphyteusis secularis, vel Ecclesiasticæ.

10 Renovata, an emphyteusis censeatur, ex tacito consensu domini non expellentis emphyteutam, & an in renovatione requiratur scriptura.

11 Lex, vel statutū excludens probationē testiū, in certis casibus valet de jure, & multiplici ratione defenditur.

12 Lex Regia tit. 45. li. 3. in nov. tit. 59. li. 3. quatenus excludit probationē testium, etiā parte non opponente est nimis exorbitans, & contra jus cōmune.

13 Cōventio partiū quod scriptura privata valeat tāquā publicū instrumentū, an valeat de jure communi, & Regio.

14 Schedula privata approbata, seu cōfirmata in publico instrumento, vim habet publici instrumenti.

15 Cōventio, quod schedula privata habeat vim literarū cābij, an valeat, ut procedatur sicuti in literis cambij.

16 Privatus, quæ scribit apud acta an habeant vim scripturæ publicæ, & an pactiones partium, quæ scribuntur á notarijs actorum.

17 Lex quæ facit mētionē probationis per instrumentū, seu scripturā, an excludat probationē testiū aut alīā juris.

18 Testes nimium fidedigni, an sufficiant in casu legis Regiæ, titul. 45. lib. 3. in nov. tit. 59. li. 3.

19 Judex an ex officio possit interrogare testes, in casu, ubi requiritur probatio per scripturam.

20 Quinque testes, an admittantur in casu, dictæ l. Regiæ.

21 Denunciationis Evangelicæ remedio, an sit utendum in casu ubi deficit probatio per scripturam & quid observat practica Regni.

22 An prosit remediū condictionis indebiti, vel sine causa, in casu legis Regni.

23 Lex Regni d. tit. 45. lib. 3. in nov. tit. 59. li. 3. an procedat in cōtractibus celebratis extra Regnum, destinata solutione in Regno.

24 Lex Regni d. tit. 45. in nov. dicto tit. 59. an cōprehendat personas Ecclesiasticas litigantes in foro seculari.

25 Probatio juris jurandi, an sufficiat loco scripturæ, & juramentum an sit probatio legitima.

26 Cōfessio partis, an sufficiat loco probationis per scripturam. Et an confessio sit species legitima probationis.

27 Cōfessio an sufficiat pro probatione, ubi statutū panale probationē requirit.

28 Cōfessio an admittatur, post datum terminum ad aliquid probandum.

29 Articulus, seu positio super confessione, an admittatur, ubi lex requirit probationem per scripturam.

30 Confessio extra judicium, licet maximè testibus probata non supplet vicem scripturæ.

31 Innoc. doctrina in cap. Quia pleriquen. 3. de immuni Eccl. declaratur, ut non procedat in cōfessione extra judiciali.

32 Probatio per legis præsumptionem an sufficiat ubicumque requiritur probatio per scripturam.

33 Probatio mixta an admittatur ubicumque scriptura requiritur.

34 Lex Regia d. tit. 45. in nov. tit. 59. an procedat quoad tertium, non contentum in scriptura.

35 Testes an admittātur ad probādum quodquis pro-

promisit scriptum facere, & declaratur lex Regia lib.4.titulo.36. §.2. in nov. tit.16.§.2.

36 *Scripturam facere de contractu si quis cogatur, debet illa scriptura habere omnia pacta, & conventiones, quæ de consuetudine solent apponi.*

37 *Instrumentum emphyteuticum, si sit deperditū, qualis probatio admittatur,*

Qmæstio VII. An ad contractū emphyteusis, requiratur necessario scriptura?

1 REgulare est, in quibuscunq; conventionibus, & actibus æque testium, aut instrumentorū probationē sufficere: nec exigi de necessitate in scriptis celebrari, & per scripturam probari. *text. est* ubi *Bart.* & quotquot scribunt hoc pro regula ponūt, *in l. pactū quod bona fide Cod. de pactis*, & ibi *Curtius & Alciatus in princip.* plurimos casus referūt, ex quibus regula cōstatur *text. glos.* & ōnes *in l. contrahitur, ff. de pignoribus, l. in exercendis Codic. de fid. inst.* ubi etiā notant. omnes *cap. omni de test.* cū alijs.

Sunt tamē in jure plures casus, in quibus exigitur scriptura: recēsuit, 36. *casus gl. celebris in c.1 §. postquā de censibus lib.6. ubi Phili. Francus* conglomeravit. 57. *casus fallentiæ.* Aliquot etiam casus, ponit *glos. d.l. contrahitur, glos.* itē *in d. l. pactū, quod bona fide*, ubi *Jason. sub l. cum proponas, 1. n.5.* addit alios duos casus ibi *Curti* & noviores. Quinque posuit *Felin. cap. Cum M. n.63. de const.* quos transcripsit *Anton. Rube. in rep. l. non solum §. morte. num.306. ff. de no. ope.* Alius colligitur *ex eod. Felin. d.c. cum M. n. 63. post Card. Clem. causa de elect.* alium ponit *Jason. l. more. nu.53. ff. de jur. om. jud.* Alium *Bald. l. falsus n.27. C. de furtis.* Alium cū limitationibus ponit *Felin. cap. ad eminentiā de sentent. excom. col.1. Bern. reg. 263.* Alium videbis *in 15. volum. tract. fol. 143. nu.33.* & alium *in 10. Vol. fol.56. num.89. Emili Ferret. in l. una. C. de mandat. princ. D. Castillo. l.22. n.23. & l.41. Tauri* ubi *Gomez.* an requiratur scriptura in cōstitutione maioratus. Sed meliusquā quisquam alius omnes casus per quatuor capita distinxit, ac digessit *And. Alc. in d l. pactā quod bonæ fide ex n.1.* quem semper legito.

Inter omnes autē illos casus, unus est 2
hujusce contractus emphyteutici, quem in scriptis celebrari debere, frequentius receptum est, quanvis sit articulus disputabilis, ut ait *Curti. Iun. in d.l. pactū quod bona fide.* Quidam enim dicunt, scripturam in hoc cōtractu omninó necessariā, quidam verō cōtra, & etiam de consuetudine non esse necessariam. *Sed dico cōmunius receptū esse,* quod in emphyteutico cōtractu scriptura necessario requiritur, & hujus opinionis fuit *Accursius §, adeo, in verbo, nec ad locationem, in fin. inst. locati,* ubi *Claud.* & noviores. Idem *glos. in d.l. contrahitur, & in d. l. pactum quod bona fide, glos.* Itē *in dicto §. postquā Pet. Cinus; Bald. in 1. differentia in l.1. C. hoc titul.* & ibi in hoc inclinat. *Albe. col. penult. Probus* dicens communem *ad Joan. Mona. in dicto §. postquam nu. 5. Alex. cons. 136. n 8 lib.1. Bald. consilio 220.* proponitur *n.1. Vib.1. Bald. l. testiā n.2. Codic. de testibus*, & ibi *Saly. col.2. Hostien. in summa de locato n.11. Joan. Berber. de locato f.61. p.2. Joan. Mar. Rim. in d.l. pactū col.1. vers.* & in quantū *gl.* idē tenet multos citans, *Paris de puteo in tract. de reintegra. feud. in cap. pone quod est quæst. fol.34. col.4 n.3.* & nuncupatim testantur hanc esse magis communem opinionē *Angel. d. §. adeo col.5. Saly. d. l.1. n.5.* ibi *Jas. late n.61.* tenēt *Joan. Andr. Anch. Card.* ubi *Imol. dicto c. potuit n.7.* dicit cōmunem, & ibi latè *Andr. Sicu. n.12. Anani. n.24. Augus. Bero. n.75. Soci. cons.120.* circa primum, *n.24. volu.4. repetito in cons.169. num.12. lib. 2. Affli. decis.72. incip. Nardus Andr. nu. 7. vers.* unde fuit mihi visum, dicit communem *Catel in memoriali. verb. emphyteusis concessa pag.159.* Novissime tenet *Benicaz. in §. omnium n.39. de act. Gomez. 2. tom. cap. 2. n.17. Iuli. Clar. verb. emphyteusis quæst. 4.*

Sed quanvis ex tot authoribus, hæc sit magis

magis communis opinio: reperies tamē lector optimè, quòd *Accursius*, sibi contrarius, tenuit oppositum *in d. l.* 1. *C. isto titulo*, & ibidem *M. de fano*, Doctor antiquus, *Bar. quoque n.* 6. *Angel. & Florian.* ibi. *Specul. de emphyteusi. vers. quinto* quæritur, *Ant. cap. Potuit n.* 13. ibi *Pan. n.* 7. *de loca. Curs. Junior d. l. pactum n.* 3. & ibidem *Andr. Alc. pag.* 319. *n.* 2. *Guid. Suza. hoc eodem tract. col.* 2. *nu.* 4. *Ludo. Roma. consil.* 103. *Viso processu col. fin. nu.* 6. *Moder. Galli in suis novissimis cōmentarijs*, inquientes hanc postremā opinionem, quod ad emphyteusim non requiratur de necessitate scriptura, esse cōsuetudine ipsa probatam & receptam, quod ipsum firmant *Socinus in prælegatis cōsilijs, & Joan. Riminal. cons.* 422. *Visa facti narratione nu.* 28. *volu.* 3. *Decius consi.* 420. *& consi.* 142. *in fi. & cōsi.* 402. *& cōsi.* 540. *Corn. consi.* 187. *col. fin. lib.* 1. *Paris de re integra feud. in cap. Pone, quod fuit col.* 2. *num.* 7. *fol.* 86. & hoc est magnum argumentum, *ut hæc posterior opinio sit* vetior, quia consuetudine est recepta: siquidem consuetudo est optima legum interpres. *l. si de interpretatione, ff. de legibus cap. Cum dilectus de cōsuetudine*, & Doctoribus creditur asserentibus de cōsuetudine, circa interpretationem legis, *l. C. de profess. lib.* 12. *Bar. l. de quibus ff. de legibus n.* 21. ubi latè *Jas. n.* 61. *Pala.* declarās *in rubr. de dona. §.* 21. *n.* 1. *laté Rimina. cōsi.* 292. *col. pe.* & opinioni â cōsuetudine approbatæ standum est, juxta *not. in l. dos â parte C. solut. matrim. & in l.* 1. *& Authent.* ibi *posita C. si secun. nupt. mulier.* Item pro hac opinione stat juris regula quæ indifferenter in omni genere negotiorum, pari modo testiū & instrumentorum probationem admittit *l. contrahitur de pigno.* cū alijs juribus in initio allegatis, & à regula nō est facile recedendū *glos. & mod. in l.* 1. *ff. de regul. jur.* accedit quod in feudi cōcessione sufficit probatio per testes, uti crebrius receptū est *in ca.* 1. *quid sit investitura libr. feud.* quāvis & ipsi testes clientes sint, seu ut dicitur, pares Curiæ. *Bal. in rub. C. cōd ex l. ad finē, Jas. l.* 1. *n.* 67. *C. isto tit. Hip. de prob. n.* 31. *Alciat. d. l. pactum quod bona fide pag.* 319. similiter & per testes probari potest, quod feudū aliquod succeditur jure *Francorum*, ideſt à primogenito tantū, ut tradit *Affic. c.* 1. *§. præterea ducatus n.* 10. (ubi alias probandi formas ponit) *& n.* 16. *de prohib. feud. alien. per Federi.* Suffragatur etiā optimus *tex.* licet in decisione antiquatus *in Authent. de non alien. §. dudum autem, vers. Anastasius autē collat.* 2. ubi *Anastasius, imperator* cōcedebat sine gestis, hoc est, publica scriptura, emphyteusim ad vitam: cum gestis autem in perpetuum, unde colligitur, scripturā nō esse de omnimoda necessitate cōtractus, alioqui sine gestis non permitteretur emphyteusis nec ad vitam.

Porrò, jura quæ pro communi citātur, patū movent: & in primis *l.* 1. *C. hoc tit.* quia licet de scriptura faciat mentionē: non tamen scripturæ necessitatem imponit, quod oportebat fieri, ut â regula discederemus. Sed & illud potest considerari, quod *text. dictæ l.* 1. nō meminit scripturæ circa ipsum principalem contractum, sed circa pactiones, si quæ forsan emphyteusi adjiciantur extra naturā contractus, ut patet ex serie legis ibi, *pactionibus scriptura interveniente*, quod & fēcit ibi *Accursius* & scripsit *Sylvest. in sūma, verbo emphyteusis col.* 2. voluit etiā *Iacob. de arena. in dicta l.* 1. *n.* 4. *col.* 2. ibi, *Scriptura saltē circa pacta quæ hic apponūtur* Idq; nimirū in pactionibus, quia jus voluit pactiones, sive cōtra, sive præter naturā cōtractus, non nisi scriptura interveniente validas fore, quo magis de illis cōstaret. Rursus *text. in l.* 2. ibi, *emphyteuticis instrumētis, & l. si.* ibi, *emphyteuticū instrumentū*, ubi not. *Salicet. n.* 1. *Cod. isto titul. & in §. fin.* ibi, *instrumentorū emphyteuticalū, & in §. si verò Xenones* ibi, *inscribi instrumentū, & in §. ad hæc, verficulo tabellionē quidē, & in §. hæc igitur, omnia, & in §. quia veroſimile vers. Tabelliones. Authen. de non alienan. col.* 2. & si quæ alia jura citantur pro cōmuni, enunciative loquuntur non de necessitate juris: vel certe ad firmioré, & facilioré probationem,

tionem, quæ fit per scripturam, propter hominum infirmam memoriam, & publicam notarij fidem, & maiorem partium deliberationem, quæ intervenit, quando, quod agitur in scripturam redigitur, ex his enim considerationibus probatio instrumentorum excedit illam, quæ fit per testes, ut latè defendit *Decius in rubrica de fide instrum. col. 2. Soc. Iuni. cons. 102. num. 4. l. 3.* Quo circa si lege, vel statuto, fit mentio intervenientis scripturæ, causa facilioris probationis, id dictum interpretari debemus, vel gratia frequentioris usus, non quod aliæ probationes excludantur, ut est *text.* ibi *no. Decius in l. penult. in princip. Cod. de pact. Alciat. in alleg. lib. pactum quod bona in princip Beroius q. 37. numer. 6.* ex quibus hæc posterior opinio (licet numero Doctorum impar, authoritate tamen interpretum, & consuetudine gravior) mihi ordinariè olim legendo, placebat: & inde multa inferebam non inutilia, quæ ex hac opinione, planius quam ex communi, deducuntur.

Veruntamen, quia religio est à magis receptis sententijs (saltem scribendo) recedere tu sequere magis communem nec sine causa: quia non est credendum, tot juribus de emphyteusi agentibus supra relatis, temere, & ocitanter, emphyteuticaliũ instromentorum mentionem factam, & nullibi testium mentionem fieri, & præsertim quod *l. 1. C. isto titu.* loquitur per verba formam inducentia, & absoluta, ibi, *Scriptura interveniente*, & sic non esse recedendum ab ista communi admovet *Jacobinus in l. in re hypothecæ ff. de fid. inst. n. 5.*

Quod si in loco probetur consuetudo emphyteuticandi per scripturã, tunc nulla est controversia, & utriusque opinionis assertores ingenue fatentur, consuetudini stãdum, & non aliter emphyteusim probari, quia consuetudo legitima vincit legem in eo casu latam, *l. de quibus*, ubi latè Doctores, *ff. de legi. multa Rebuff. de consuetud. 3. tom. Rochus*, & alij *Joan. Socar. ad consue. Catalo. cap. 1. & in emphyteusi Hippo. sing. 425. num. 1.*

3 Declarabis tamen prædictam magis communem sententiam, vel consuetudinem, quæ exigit in emphyteutico contractu scripturam, ut intelligatur exigere de necessitate probationis, non verò pro substantia actus, & ita voluit *Joan. Andreas ad Specul. de locat. §. nunc aliqua, versicul. 5. Imol. dicto cap. potuit Bald. in Authent. sed novo. num. 12. Codic. si cert. pet.* quatenus allegat. *l. 1. C. isto tit. Joan. Rimi. consi. 421. num. 31. vol. 3. contra Jas. l. 1. C. hoc tit. n. 63. & l. 2. n. 134. Saly. rubr. C. fid. inst. n. 3. & in l. testium col. 2. C. de test. Cate. verbo, emphyteusis concessa*, & alios passim, qui dixerunt esse de substantia, quod valde nota, ad ea quæ in processu dicemus, & est notanda sententia celebris *Bald. in* 4
dicta Authentica, sed novo jure numer. 11. quod scriptura in actibus hominum interponitur altera de tribus causis, vel pro substantiam, & essencia actus, vel pro necessitate probationis, vel ut ipsa probatio magis habilitetur, & ad illa duo priora capita reducuntur omnes illi casus in quibus scriptura requiritur, quorum supra in exordio hujus quæstionis meminimus, licet doctores confuse eos conglometent, & *Hippo. de prob. numer. 19.*

Ut autem dignoscas casus in quibus scripta exigitur pro substantia, vel ad probationem, dic quod regulariter in casibus quibus de jure requiritur scriptura, semper exigitur ad probationem tantum, non pro substantia actus nisi lex expresserit, aut contrahentes egerint vel expresse, vel secundũ juris præsumptionem, ex eorum verbis elicitam, quod non aliter valeat contractus, quam si fiat in scriptis: & hæc doctrina colligitur ex dictis *Bald. in dicta Authent. sed novo jure. num. 11.* Juxta quam omnes illi fermê casus enumerati per *glos. d. §. post-quam*, & in initio hujus quæstionis; de scriptura necessaria ad probationem tantũ, debent intelligi, non vero de necessaria pro essentia rei gestæ: quia pauci sunt casus in quibus pro essentia requiritur, quos per te facile poteris colligere, aliquot ponit *lex Regia lib. 4. tit. 16. in princip. & §. 1. in novis lib. 4. titul. 19. in princip. & §. 1.* & sequentib. ubi statim in exordio ponit Ecclesiasticam emphyteusim quasi in illa tantum de essentia requiratur scriptura,

non sic in seculari, ut paulo post adnotabo. Plurimum autem refert, an scriptura requiratur de substantia, vel ad probationem tantum, ex traditis *in l. contractus C. fid. instr. Dec. l. 2. n. 5. & 6. C. de secum tab.* latè *Alciat. lib. parado c. 16. & 17.*

6 Item ex hoc obiter declarabis *legem Regiam lib. 3. tit. 45.* (cum exigit scripturam publicam in conventionibus rerum mobilium excedentium triginta milia numorũ, & in rebus soli, excedentibus valorem secentorum regalium, *& in nov. lib. 3. tit. 59.* ubi in mobilibus extenditur ad sexaginta millia numorum, & in rebus soli ad quatuor millia numorum (ut intelligatur de necessitate probationis, non vero pro substantia conventionum, & ita licet non intervenerit scriptura, valebit quod actum fuerit, quanvis sine scriptura nequeat probari, licet pars non opponat. Et hæc est intentio illius *legis Regiæ*, quæ ex ejusdem verbis colligitur, quatenus semper se refert ad probationem, non ad actus substantiam, & ita quotidie in praxi intelligitur.

7 Retenta autem receptiori sententia sic declarata, inferebat *Math. Afflic. decis. 72. Nardus Andreas n. 7.* simulationem contractus emphyteutici non nisi per scripturã probari posse, cui accedit consilium *Anchar. 226. incip. ad corroborationem prædictorum*, ubi *col. 2.* simulationem contra scripturam, non nisi alia scriptura probari contendit, quod ipsum voluit *Bart. l. generaliter n. 12. versi. & ideo est cautela, C. de non num. pecun.* inquiens quod quando scriptura est de substantia cõtractus, ut quia partes convenerunt, quod fieret contractus in scriptis, & aliter non valeret, fictio seu simulatio talis contractus, non nisi per aliã scripturam possit probari, tradit *Chassan. in consuet. Burg. rub. 10. §. 12. n. 7. & 8.*

Sed profecto hæc illatio, & doctrina est omnino falsa: quia magis communis conclusio est, quod etiam si contractus fiat in scriptis, & scriptura sit de substantia, vel de solemnitate probatoria. attamen simulatio adversus eandem scripturam bene possit testibus, & præsumptionibus probari ex eodem *Bart. l. 1. numer. 7.* & ibi *Bald. num. 6. & in l. emptione, num. 1. Cod. plus val. quod agi. idem Bald.* optimè *d. l. generaliter num. 4. Decius consil. 543. in casu num. 14. & consi. 235. Joan. Rimin. consil. 85. num. 4. li. 1. & consil. 198. num. 2. & in vol. 3. consi. 428. num. 45.* congerit plures *Andreas Tiraquel. in primo retractat. tit. 1. §. 1. num. 12.* & probat expressa *Ordin. lib. 3. titul. 45. §. fin. in novis li. 3. titul. 59. §. ultim.* Si enim aliter diceremus, nunquam simulationes possent probari, quia sæpe fiunt in abscondito, & latibulis, ac lucem veritatis fugiunt, & ideo concludo, quod etiam in emphyteutico contractu potest fictio, seu simulatio testibus, & aliis argumentis probari, probat *Ord. li 4. t. 15. in novis li. 4. tit. 71. in princ. ibi: aforamentos*, juncto *titulo 45. §. ultim. li. 3. in novis li. 3. titulo 59. §. ultim.*

Universam autem materiam simulationis contractuum digestam *per 7. quæstiones*, vide melius quam alibi per *Afflict. in cap. 1. de feud. dat. in vice. leg. commiss. ex numer. 10.* ultra *Bald. l. cum præcibus Codic. de probationib. & in l. 1.* ubi *Paul.* & idem *Paulus l. fin. Codic. plus vale. quod ag. Alciatus & Moder. in l. cum ea Codic. de transaction. Bart. l. Lucius, ff. depos. & in consil. 65. Petrus Nicol. Soci. consil. 268.* cum seq. *li. 2. Alexand. consilio 28. colu 3. volu. 5. & consil. 112. vol. 3. Decius consi. 463. numer. 8. & consil. 503. numer. 19. Cæpol. caut. 240. Jaso. consil. 85. vol. 1. & 170. vol. 2. Rebuff. ad ll. Galliæ 2. tom. pag. 133.* & decem modos probandi simulationes congerit *Afflict.* ubi supra *ex numer. 56.* sexdecim vero conjecturas fraudis ponit *Chassa. de Burg. rubr. 10. §. 12. num. 2. fol. 24.* ut interim ommitamus *Cæpol. de simula. contract.* & quas tradunt *Alciatus*, & alij *in l. post contractum, ff. de donat.*

Secundo retenta communi sententia, 8 inferebat *Aymon. Savillianus consil. 142. num 8.* quod sicut ad emphyteusim requiritur scriptura ita ad probandas solutiones pensionum, etiam scriptura requiratur; citat. *Baldum consil. 130* proponitur, *lib. 1.* sed vitiosè quia est *in consil. 220.* proponitur, *lib. 1. Salic. l. 2. Cod. isto titul. numer. 17.* Sed etiam ista illatio est falsa:

quia

quia aliud longe diversum est probare solutiones pensionum, aliud vero ipsum cōtractum emphyteuticum, quia solutio pensionis non est de essencia contractus. Nec convenit in proposito *reg. l. testium, C. de testibus*, qua probatur debiti contracti inscriptis, solutionem probandā inscriptis vel saltem per quinque testes; quia licet per regulā illius *text.* tenuerint præcitati *ibi.* priorem sententiam, decipiuntur valde in intellectu illius legis; quia secundū *Bal. & Salyc.* ibi loquitur in contractu celebrato in scriptis ex conventione hominis, secus est, quando scriptura requiritur ex necessitate legis, ut inventario, in sententia diffinitiva, in contractu emphyteutico: tunc etenim, si id quod debet probari, potest simul stare cum veritate scripturæ (ut fuisse debitum, & nunc esse satisfactum vel solutum) tunc bene admittitur probatio per testes: ac proinde, emphyteuta juste potest probare solutionem canonis per testes. Et ita in nostris terminis *Bald. ibi n. 2. Salyc. num. 5. Jason. l. 1. num. 64.* & latissimè idem *Jason. in l. 2. num. 134. Cod. isto titul.* testatus communem cum *gl. ibi Affictus decis. 13. num. 26. & Mod. Gallt. in consuet. Paris. 2. tom. pag. 13. num. 39. & jure Regio lib. 3. titul. 45. §. 3. in novis lib. 3. titul. 59. §. 3.* Idem disponitur, si pensio non excedit, 30. *millia.* Potrò solutio tributorum, non nisi in scriptis debet probari, *l. 1.* ubi *gl. Bart. in fi. t. apoch. pu. libr. 10. Jason.* ubi supra *Guill. cap. Ramutius, fol. 76. col. 3. nu. 186.* ubi *limit. Jas. d. l. 2. n. 138.*

9 Tertio ex eâdem communi sententia, inferunt quidam ab emphyteutico contractu, aute confectum instrumentum, libere posse partes resilere: quia cum iste contractus ex necessitate legis requirat scripturam, ante eam confectam licita est pœnitentia, sicuti quando partes conveniunt, ut inscriptis fiat contractus nec aliter valeat, vel per schedulas contrahunt, vel dicunt quod placet conventionem, quam ineunt, in scriptis facere, juxta *l. Reg. lib. 4. tit. 36. §. 1. Hip. de prob. n. 66. in novis li. 4. tit. 19. §. 1.* vel etiam conventione ore tenus celebrata, dicunt quod eius veniat notarius, instrumentum de ea confecturus licet interim pœnitere, *ex Paul. l. contractus C. d. fide. instr. n. 9.* & *l. qui eis idem, ff. de verb.* quem cum *Fulgosio*, sequitur *And. Alciat. pag. mihi. 322. contra Dec.* ibidē, *col. 2. Cursius num. 7. & Aret. consil. 160. col. 3.* proinde nimirum si in nostro casu, in quo absque dubio requiritur scriptura ex præscripto legis, liceat ante scripturam, & publicum documentum confectum, à contractu resilere quæ illatio *ex Ord. lib. 4. tit. 36. §. 1. in no. d. tit. 19. §. 1. juncto prin. tit.* in emphyteusi Ecclesiastica bene probatur non tamen sic dicerem in emphyteusi sæculari, nec generaliter, in quacumque emphyteusi, attento jure; cōmuni, quia cum in ea scriptura exigatur, duntaxat ad probationē, ut supra dixi certe nō erit licita pœnitetia.

Quarto, ex eâdem communi sententia 10
deducitur, quod nunquam censebitur emphyteusis renovata ex tacito domini consensu, & mansione in emphyteusi, nisi tempus ad præscriptionem necessarium, intervenerit, quia cum emphyteusis scripturam postulet, tacitus consensus domini nihil proficiet. Ita colliges *ex Baldo l. una, numer. 32. Cod. quando non peten. par. & in l. item quæritur, §. qui impleto. ff. locati Alexand. consil. 17. numer. 12. lib. 4. & consi. 76. numer. 4. lib. 5. Dec. consi. 328. numer. 1. Cravet. consi. 87. numer. 3. Rut. consi. 110. numer. 1. lib. 1. Jason. consi. 49. num. 9. lib. 3. Beroius consi. 116. numer. 8. & consil. 119. num. 3. lib. 1. & 153. num. 24. & n. 68. lib. 1. Hippo. Rim. consil. 257. num. 44. lib. 1. & n. 86. Jason. l. 1. n. 66. C. jure emphyt. Beroius in capit. potuit num. 78. de vocato. Anton. Gomez. de contractibus, 2. tom. cap. 3. num. 17. Cateli. Cotta. verbo, emphyteusis concessa, Carol. Rui. consil. 107. num. 7. lib. 4. & consi. 91. numer. 13. lib. 1.* & ideo merito scripsit *Joannes Maria. Riminal. in l. pactum quod bona fide col. 1. vers. in glos. fin. C. de pactis*, quod sicuti emphyteusis in sui principio, necessario scripturam requirit sic etiam in renovatione ejus, quod in praxi receptum est quanvis ex tacito consensu per mansionem in emphyteusi. cum receptione pensionis renovatam censeri emphyteusim voluerint *Alciat. reg. 2. præsumpt. 17. numer. 3.* post *Roma. consi.*

103. *Viso col. pen. Alexand. consil.* 38. *libr.* 4. *Decius consilio* 329. *numer.* 3. Quibus aliqua additiuntur quæ tradunt *Novatores de renovat. q.* 2. *num.* 4. tamen opinio *Rymnal. verior est*, & in praxi admissa, & inde venit maxima ampliatio ad communē conclusionem, de qua *Bald. in l.* 1. *in fi. C. quando licet ab empt.* discendere *Bart. l. item quæritur*, §. *qui impleto ff. de locati* & dicam in materia renovationis, quanvis *Rymnal. cons.* 421. *Volu.* 3. contendat renovari emphyteusim per tacitum consensum domini, & patientiam, recipiendo pensiones ab emphyteuta post caducitatem, & id ipsum *Soci. consi.* 120. *lib.* 4. & *consil.* 169. *Soci. Iunior. consi.* 9. *numer.* 15. 16. 17 *li.* 3. Sed contrarium est verius ex prædictis, & *ex Corn. cons* 127. *lib.* 1. & infra plenius dicam.

Iure autem Regio, si quæris an scriptura sit de substantia contractus emphyteutici, posthabitis multorum opinationibus dicerem, quod in emphyteusi Ecclesiastica est de substantia, in emphyteusi vero sæculari non est de substantia, ita enim nuncupatim loquendo in emphyteusi Ecclesiastica, probat *lex Regia li.* 4. *tit.* 36. *in principio, in novis lib.* 4 *tit.* 39. *in principio* pro qua est *text. in Authen. de alienat. & emphyt. collat.* 9. *versi. si vero non sint chartularij*, & ponderanda est *l. Regia*, quatenus specialiter in emphyteusi Ecclesiastica exemplum ponit, nam si idem voluisset in emphyteusi sæculari promptius erat legislatori sæculari in emphyteusi sæculari ponere exemplum quam in Ecclesiastica, quæ est diversi fori, ut non sint audiendi hi, qui jure Regio indistincte dicunt, scripturam esse de substantia contractus emphyteutici tam sæcularis, quam Ecclesiastici, cum lex Regia contrarium aperte insinuet. 11

Quod si quæratur, an jure Regni, in emphyteusi sæculari sit necessaria scriptura, pro solemnitate probatoria, dic quod sic ex duplici ratione: primo quia de jure communi secundum receptiorem sententiam in omni emphyteusi requiritur scriptura necessario ad probationem, ut supra diximus, & hæc recepta sententia, non reperitur correcta jure Regio, unde illi est standum juxta *Ord. l.* 2. *titul.* 5. *in novis l.* 3. *titul.* 64. §. 1. Secundo, quia hoc expresse determinat *lex Regni, in lib.* 3. *titul.* 45. *in princ.* ibi *Aforamentos in novis l.* 3. *tit.* 59. *in princip.* Et quoniam lex illa statuens, ut non admittatur probatio, nisi per scripturam in contractibus certæ quantitatis, frequentissimè allegatur in judicijs, & ex ejus declarationibus aliqua deducuntur, utiliter ad nostram materiam, circa necessitatem scripturæ in emphyteusi, libet in ea paulisper immorari.

Et illud primum circa eam nota quod ejus decisio, quatenus ultra certam quantitatem non admittit probationem, nisi per publica documenta, de jure valet, & similiter statutum sicubi idem disponat, vel cōsuetudo, & ita voluit *Felin. c.* 2. *nu.* 12. *de proba.* ubi irquit hoc communiter recipi & *Hippo. in rub. de prob. n.* 32. nec immerito, nam *lex* vel statutum ita disponens potest ex multis moveri, ex eo primum, quod brevius expedientur lites ex probatione scripturæ, vel ne copia probationum pereat argumento, *c. significavit de testibus* vel quia scriptura judicat magis firmem, & deliberatam voluntatem partis, *arg. l. cōtractus C. de fid. instru. cum similib.* & ideo omnes termini præjudiciales jubentur a partibus subscribi, aliter non præjudicant, ut est cautum, *l. Regia. lib.* 1. *tit.* 20. §. 6. & § 9. & *tit.* 60. *in prin. in novis li.* 1. *tit.* 24. §. 19. 20. 21. & *eod. lib. tit.* 70. §. 5. *vers. Eos termos eo ib.* adque adeo ut *Iure Regni* nō sufficiat in his præjudicialibus partem ipsā scribere, *nisi & nomen suum subscribat cōsueto signo*: quanvis jure communi paria essent scribere tantum, vel subscribere, ut per *Iason. in l. si ita stipulatus*, §. *Christogonus. num.* 2. *de verb. Carol. Rui. consi.* 215. *num.* 1. *lib.* 1. *text.* ubi Doctores in principio *instit. de emp. & vendit.* Item potest lex scripturam requirens fundari, in timore corruptionis testium: quam solam rationem posuit *Iason. l. certi condictio* §. *quoniam n.* 14. & ibi *Alc. in fin. ff. si cert. pet.* Quas rationes ad *legem Regni d. tit.* 45 *in nov. lib.* 3. *tit.* 59. adnotabis, quia illa lex nullam ponit expresse, & licet sit correctoria & exorbitans, ut per *Dero. quæst.* 12

50. *num.* 4. est sæpe necessarium ex ratione legis argumentari, ut late *Everard. in Top. pag.* 362. cum sequentib.

Secundo, mirabilis est illa *lex quatenus in fine principij, & in novis d. titul.* 59. 13
in fine principij, disponit quod non obstante scriptura in illis casibus, probatio testiū non valeat ipso jure, & sit nullius effectus, etiam si adversarius taceat, & non opponat: contrarium enim foret dicendum, attento jure communi, in terminis illius legis ex sententia *Bald. d. §. quoniam in fi.* ubi *Alex. n.* 6. & *Ias. n.* 12. qui late cōfirmat *l. certi condictio. ff. si cert. pet. Aret. c.* 12. *col.* 6. & ibi *Fel. col.* 2. *ver. octava. intellige de proba. Felin. cap. cum Ioannes col.* 14. *de fid. instrum. Hippol. de proba. n.* 44. quod volui memorare, quia Princeps facilius admitteret probationem testium jam factam, & derogabit illi legi, certioratus à *Referendariis* palatij, quod lex illa valde exorbitat à jure, quatenus testium probationem respuit, etiam non contradicente parte adversa.

Tertio adverte, quod adeo in casibus illius *l. tit* 45. *in nov. d. tit.* 59. requiritur scriptura confecta per publicum tabellionē aut alium scribam, qui conficiendarū scripturarum authoritatem habeat, ut dicit præfata *lex post. princip.* quod etiam si partes consentiāt, quod scriptura privata inter eos cōfecta, vel confecta à tertio, sit publicum instrumentum, & tanquam publicum instrumentum valeat & vim habeat, adhuc ut tale non valebit in judicio, nec admitteturt ejus probatio tanquam publicæ scripturæ, licet enim de consensu partium fieri possit, ut unius certi hominis testimoniū plenam fidem faciat, & ejus solius dicto stetur, *ex text. l. theopompus, ff. de dot. præleg. l. fin. Cod. de fideico. Specul. de teste. §. restat.* latissime *Iason. in rep. l. admonendi numer.* 200. *ff. de jurejurand.* ibi *Cato. numer.* 42. *Roma. num.* 48. & videtur communis sententia contra *Bart.* ibi *in l.* 1. *§. fin. ff. de verborum*, ut constat ex *Alexand. Soci. Aret. Ias. Coras. num.* 12. *Galea. num.* 5. *& mod.* ibi, declarando tamen quinque modis, ut per *Alciat.* ibi *ex num.* 26. qui tamen *ex num.* 23. *Bartolum* mavult defendere, & per *Gale. num.* 5. Item licet videatur melior opinio, paciscī posse contrahentes, quod scriptura privata plenam fidem faciat inter eos, ut tenuit *Bald. de quibus. col.* 3. *ff. de leg.* cum alijs, ut per *Alexand. in dicto §. fin. num.* 3. & per *Iason.* late *in dicta l. admonend. in rep. nu.* 101. quanvis magis communis contra, ut per eund. *Iason.* ibi *num.* 200. *versic. nec prædictis. ff. de jurejur.*

Fieri tamen non potest de consensu partium, ut scriptura privata fictur tanquam publica, & quod habeat vim publici instrumenti, quia hoc in effectu est publicum tabellionem creare, quod privatis non permittitur *c. cum P. de fid. inst.* ubi hoc voluit *Innoc.* & alj relati per *Alex. n.* 32. inferens ad statutū *Aquense*. Ex quo sequitur quod hodie licet partes dicant, quod ea schedula vel epistola habeat vim publici instrumenti, nihil proderit ad hoc, ut admittatur in judicio ad probandum conventionem excedentem quantitatem, *legis Regiæ dicto titul.* 45. *in novis d. tit.* 59. quæ requirit publicam scripturam, quā contrahentes ex suo nutu non possunt facere, ut dixi quod est scitu dignum ad prædictam legem *Regni lib.* 3. *tit.* 16. *in novis lib.* 3. *tit.* 25. ubi super publicis scripturis liquidis fit processus acceleratus decem dierum tantū, ut intelligatur de publicis scripturis confectis à publico tabellione, non vero si inter partes conveniat, quod eorum, schedulæ, vel epistolæ habeant vim publicæ scripturæ, in illis etenim (quanvis istam clausulam habeant, quod habeant vim publicæ scripturæ) non erit locus *legi Regni, in dicto tit.* 16. *in nov. d. tit.* 25. quod ipsum voluit *Alciatus in dicto §. fin. num.* 36. inquiens utile esse ad statuta concedentia executionem publicis documentis, qualia sunt in *Hispania, & Italia*, multis in locis ex relatione interprerum.

Verumtamen, hoc dupliciter, & utiliter declarabis, non procedere, si schedula 15
privata seu epistola sint approbatæ in publico instrumento, ut sæpe sit inter mercatores, quæ in publico instrumento in exordio negotiationis confecto, dicunt, & præfantur, quod eorum scriptis, schedulis, epistolis, calculis privatis, libro rationum

ſtetur,& vim habeant ſcripturarum publicarum, tunc enim bene illam vim habebunt, propterea quod in publica ſcriptura à notario confecta approbatæ ſunt. Sicuti videmus in ſimili in ſchedula approbata à teſtatore in teſtamento, quæ vim teſtamẽti habet, de quo per *Bart. in l. ſi ita ſcripſero, ff. de cond. & demo. Alexand. conſ. 4. n. 7. lib. 4. Gozadin. conſil. 3. per totum*, noviſſimè per virum nobilem, & juriſperitiſſimum *Ferd. Mencha. lib. 2. de ſucce. creat. 2. part. §. 17. ex nu. 53.* unde hujuſmodi ſchedis approbatis in publico documento, plena fides adhibebitur in judicijs, tam quoad diſpoſitionem *l. Regiæ titulo 45. in novis d. titul. 59.* quam quoad aliam *tit. 16. lib. 3. in novis dicto titul. 25.* & ita vidi in praxi ſervari, cum declaratione *Iaſ. conſ. 4. num. 1. vol. 3.* relata enim ſcriptura inest ſecundum juris diſpoſitionem, & eadem cẽſetur cum referente, *l. eſſe toto. ff. de hered. inſt. & dicta l. ſi ita ſcripſero* cum alijs.

16 Item prædicta declaratabis, niſi dicatur, quod talis ſchedula habeat vim litterarum cambij (ut vulgo vocant) in quibus aliter proceditur in foro mercatorum, quorum proceſſus, & in alijs tribunalibus admittitur: hæc enim pactio, ut valeat tanquam littera cambij bene valet, & vim habebunt litterarum cambij, ſchedula vel chirographum in quibus fuerit inſerta talis clauſula, quia hoc non eſt facere eam publicam ſcripturam (quod diximus in privatorum manu non eſſe) proinde tali caſu, in ea chedula procedetur, ſicuti ſolet in litteris cãbij, & ita vidi ſemel practicari. In foro autem mercatorũ ſcripturis eorũ privatis creditur, ut per *Pariſi. conſi. 96. n. 30. & 43. li. 3.*

Quartò adde, ad prædictam legem Re-
17 gni, quod quanvis exigat ſcripturam à notario publico eſſe confectam, ut probet: ſufficiet tamen ſi privatus apud acta ſcribat confeſſionem vel reſponſionem ſuam, & ſubſcribat, habebit enim etiam vim publici inſtrumenti, ſecundum *Bald. in l. ne arbitris num. 2. Cod. de arbitris* quod in magna curia judicatum vidi, & per hoc declarari *Ordinationem lib. 4. titul. 36. §. 1. in novis lib. 4. tit. 39. §. 1.* & acta judicij vim ſcripturæ publicæ habent, ubi alias ſcriptura publica requiritur, ut per *Salyc. in l fin. §. fin. num. 4. ff. ad Velleia.* Illa vero dicuntur acta publica quæ fiunt de judicis mandato *Ordinat. lib. 1. tit. 60. §. 1. in novis lib. 1. tit. 79. §. 5. ibi E lhe for mandado pelos juizes gloſ. verb. actor.* & ibi *Bar. Bald. num. 5. in fin. & Paul. num. 2. C. de ſacroſ. Eccleſ.* tradit optime *Plate. in l. cum ſimus num. 4. verſi. niſi notarius C. de agricol & cenſili. 11.* unde pactiones partium, quæ à notarijs publicis ſcribuntur in actis, vim habent ſcripturarum publicarum, ut etiam (me advocante) decrevit ſenatus, propter calorem judicij *l. cum oſtendimus §. fin. ff. de fid. tutorum.*

Sexto adde, quod ſi ſtatutum, vel lex mẽ- 18
tionem faciant probationis per inſtrumentum, & ſic loquantur permiſſive non excludit probationem per teſtes, ut optimè tradit *Auguſt. Beroius in quæſt. familiari, 37. n. 5.* unde ut alia probatio non admittatur, debet lex loqui negative, ſcilicet quod alia probatio non valeat, & ita cum myſterio loquitur noſtra lex Regia, nec enim ulla probationis ſpecies cenſetur excluſa, niſi quæ à lege reperitur nuncupatim excluſa, ut notatur *in ca. ſicut de probationibus*, & ſcribit *Beroius dicta quæſt. 37. numer. 6.* & judex non ad unam tantum probationis ſpeciem debet ſe applicare, *l. 3. §. ejuſdem. l. ob. carmen. §. fin. ff. de teſtibus Auguſt. q. 90. num. 2.*

Habet autem *lex illa Regia, d. tit. 45. in novis dicto titul 59.* plures limitationes, quas colliges *ex §§. ejuſdem l. plures alias ex Felino* tatiſſimè *num. 12. & Decio in cap. 2. de probatio.* congeſſit plures *Hipp. rubr. Cod. de probation. ex num. 75. verſi.* primo enim, quarum aliquas referam, ut ab illis caveas, & intelligas, quid in praxi ſervetur, reliquas memorabo, quia in practica magis verſantur.

Scripſit *Anton. Butri in alleg. cap. 2. in* 19
fine, & ibi Abbas num. 11. quod ſtante lege noſtra *Regia dicto titulo 45. in novis dicto titul. 59.* admitteretur probatio ex teſtibus nimium fidedignis & legalibus, quæ limitatio poſſe comprobari ex ſententia *gloſ. celebris in l. Titio fundus ff. de cond. & demo.* ubi excuſatur, qui credit perſonæ

sonæ legali & fidedignæ, notat *Iason. Authent. jubemus col. penult. & fin. Cod. de judic. & in l. 1. num. 17. ff. de eo. per quem fac.* ubi *Alexand. nu. 4. Felin. c. per tuas 2. col. 1. de Simon. & in cap. de quarta numer. 24. de præscript. Soares in probæ. fori ll. fol. 4. verso Hippo. d. 1. §. ad quæstionem, num. 7. ff. de quæst.* & latius *in practic. §. principium num. 8. Covar. in reg. possessor. 2. p. §. 8. col. 4.* & alij passim, verum hæc limitatio non est vera, nec in praxi tenenda, quia quantumcumque testes sint legalissimi, non ideo admitterentur, quando lex requireret probationem per scripturam & ita voluit *Imol. dicto cap. 2. nu. 5.* ubi quoque in hoc ipsum inclinat *Felin. num. 14. Decius* etiam *nu. 14. versi. 5. Hippo. in dicta rub. num. 40.* & satis innuit *Ordina. in dicto titu. 45. §. 3. in fine in novis d. titulo 59. in fin. principij* ibi *Quaesquer testemunhas*, quo circa, quamvis credere homini fidedigno, & legali, præstet bonam fidem & excusationem, jux *glos. dict. l. Titio*, non tamen ejus asseveratio, licet jurata, supplet scripturam, ubi ea lege desideratur. Est tamen proficuum testes fidedignos habere, quia illorum nominibus propositis in supplicatione (ut stilus habet) facilius Princeps, contra dictam legem, dispensat.

Rursus 2. dicebat *Decius in dicto cap. 2. num. 14. versi. 4.* judicem ex officio supplere posse, & testes interrogare etiam in casu, ubi probatio per scripturam ab statuto, vel lege aliqua exigitur, quod ipsum probat *Hippo. dicta rub. num. 59.* Sed nec ista limitatio ad legem nostri Regni in praxi reciperetur, quia rationes quibus lex fundatur, quarum supra meminimus, æque militant in judice, sicuti in parte, & quamvis ratio illa timoris corruptionis testium, quam solam posuit *Iason. in l. certi conditio. §. quoniam, num. 14. ff. si cert. pet.* & ibi *Alciatus in fin. cesset in judice*, sufficit quod aliæ militant, *juxto §. affinitatis inst. de nuptijs*, nec debet licere judici admittere probationem â jure reprobatam, quia non potest recedere à præscripto legis *l. prospexit, ff. qui & â quibus*, & ideo merito de hac limitatione dubitavit *Cæpol. Caut. 251. in fine*, & sine dubio in Regno non admitteretur, quia lex nostra *dicto titulo 45. in fine princip. in novis dicto tit. 59. in fine principij*, etiam parte non opponente, jubet talem probationem non admitti, atque insuper adjicit, nullam esse ac nullius effectus, imò nec decernendam citationem, ut ibi §. 3.

Verum tamen est, quod de jure Regni, si pars ostenderit privatum chirographum solutionis, factum ab ea persona, cujus chirographa non valent pro scriptura publica judex ex officio poterit deferre juramentum alteri parti: qui si juraverit chirographum esse suum, absolvetur reus: quod si negaverit, condemnabitur, nec excusabitur à condemnatione; quâvis per lata falsi juramenti accusatione, probet adversarium peieraſſe, quod est valde notandum, & ita determina *lex Regni dicto titul. 45. §. 9. in novis dicto tit. 59. §. 10. E em todo caso*, & ita in hoc peculiari casu defendetur de jure Regni opinio *Deci. & Hippo.* ubi supra.

Præterea & 3. *Abbas in dicto cap. 2. n. 11.* ait quinque testium probationem 23
coæquari probationi per scripturam, & consequenter admittendam, ubi scriptura exigitur, accedit illi *Felin. 3. concl. ver. secundo intellige Decius num. 14. Hipp. in dicta rub. num. 36.* verumtamen nec ista limitatio praxi posset probari propter *text. dicto tit. 9. §. 3. in novis dicto tit. 59. §. 3. & vers. E posto que, cum ad not. in c. 2. de ad ijur.*

Sed & 4. dicunt interpretes, quod poterit subveniri per probationem testium, 24
in casu quo necessaria fuerit scriptura ex præscripto, legis, si videlicet intervenit denunciatio Evangelica, quæ hic haberet locum, ne quis cum alterius detrimento locupletetur & exeat à pactõ. & ita *Ioan. And. Imol. dicto cap 2. n. 5.* receptus secundum *Decium* ibi *vers. 17. Hippo. dicta rubrica n. 40.* imò & si non esset aliquod secutum detrimentum, sed duntaxat celebratus contractus, idem foret dicendum, ut medio denunciationis Evangelicæ posset pars sibi prospicere. nam & qui tenetur ex simplici, & nudo pacto, potest denunciari Ecclesiæ, ut cogatur implere tãquam existens in peccato, ut per *Felin.* qui testa-

tur communem *in cap. 1. num. 10. de pactis*, *Iason. l. juris gentium, §. sed cum nulla m. 14. ff. de pactis*, *Felin. in probæ. Gregor. num. 26.* & præceptorem communem *D. M. Navarrum in rep. cap. novit. not. 6. num. 108. versi. sicut etiam de judic.* extenditur enim potestas Ecclesiastica, per viam Evangelicæ denuntiationis, ad cognoscendum de omni peccato mortali cujuslibet etiam laici, & compellendum eum etiam censuris, ut à peccato discedat, ut *dicto cap. novi*, quod quindecim argumentis probat insignis *Navarr. in d. not ab. 6. ex princ. usque ad num. 14.* tradit *Almai. de potest. Eccles. cap. 11.* unde hac via denuntiationis, in foro Ecclesiastico posset, qui non habet scripturam (in casu quo à lege civili requiritur) per testes intentionem suam probare contra detinentem rem suam, vel non implentem pactum, seu promissa, quasi existentem in mortali peccato: atque ita cogeretur adversarius pactis, & promisso stare ex interpretum sententia, ubi supra tradit novissime *Alciat. in dicto cap. novit.*

Sed attende, quod ista limitatio & remedium ab interpretibus inventum contra nostram legem civilem *dicto titul. 45. in novis dicto titulo 59.* non admitteretur in praxi in hoc Regno. Obsolevit enim usus istius denuntiationis faciendæ in foro Ecclesiastico super causis merè civilibus & profanis, licet maximè addatur, quod adversarius non implendo pactum, vel rem meam detinendo, existit in peccato mortali, & hoc certe non sine magna causa: si enim in causis profanis, propter denuntiationem peccati, permitteretur laicum ad forum Ecclesiæ trahere, certè jurisdictio laica pœnitus evacuaretur: liceret enim cujuslibet laico articulando de peccato adversarij in non implendo promissa, vel reddendo debitum, trahere causam merè profanam ad forum Ecclesiæ, quod non est dicendum, nec gladius sæcularis debet ita hebetari, cum scriptum sit in *sacra pagina*, *Domine ecce duo gladij hic*, nec debet esse in potestate actoris, articulando de peccato mortali [ut potest in quocumque negotio] illudere tribunali sæculare, conservatum ab ipsa Ecclesia in *cap. si Laicus, de foro competent.* cum multis similibus.

Nec obstiterit, si dicas hoc bene verum esse quando laicus, qui in causa mere profana denunciat de peccato, potest jus suum consequi coram judice sæculari, tunc enim, & juri rationi convenit, ne illi permittatur reum laicum trahere ad judicium Ecclesiasticum, vel exceptione dilatoria de nunciationis opposita (quam opponere necessarium existimavit insignis Doctor meus *Navarrus*, ubi supra *num. 22.*) vel adhuc [ut opinor] etiam exceptione non oppositâ: quia Ecclesiasticus videns, sine causa, & quæsita occasione peccati, sæcularem ad forum suum trahi in causa meræ profana debet ex officio denuntiantem repellere, utpote malitiosè denuntiantem ad mutandum forum *arg. cap. 1. de aliena. feud.* quia Ecclesia, auctrix justitiæ, non debet malitijs indulgere *cap. ex merito. 6. quæstion. 1. l. in fundo ff. de rei vind.* nec admittere denunciationem, quæ ex fonte charitatis non provenit [ut provenire debet, secundum sanct. *1 hom. 2. 2. quæst. 33. art. 1.*] sed ad vexandum adversarium & fraudandam jurisdictionem secularem.

Cæterum, quando qui denuntiat destituitur legis civilis remedio, nec auditur in foro sæculari (veluti in Regno quando non habet scripturam publicam, qua debitum probet, seu emphyteusim sibi concessam) videbatur posse uti illo remedio denuntiationis de peccato, quia, ut scripserunt *Hostien. & Ioan Andut. que col. 2. in dicto cap. novit*, ubi *Abb. Card. Imo. in fine*, via denuntiationis prodita est, cum laicus destituitur, à judice sæculari, vel quia non vult aut negligit justitiam facere *cap. ex tenore. 31. cap. licet de foro comp.* vel quia non potest super eo jus reddere, ut in causa proposita deficientis scripturæ, vel in pacto nudo, ut supra diximus, quod & voluit *Bart. in Extravag.* ad reprimendum *verbo per denuntiationem.*

Nam respondeo, quod licet hoc casu, videatur omninó necessarium illud auxilium denuntiationis attamen adhuc excusari potest, quia Princeps noster serenissimus

simus huic necessitati occurit, facile adversus legem scripturam exigentem, ubi æquitas, & ratio suggerit, dispensando & quotidie expediuntur diplomata Regia à gravissimis *Referendarijs*, quibus derogatur præfatæ legi rigurosæ, unde cum sit facilis dispensatio Principis, non est opus ad Ecclesiasticum recurrere, nec ullo casu permitteretur hodie, quod laicus trahatur ad forum Ecclesiæ per viam denunciationis in causis merè profanis, sive denunciando de peccato adversarij non observantis contractum, sive allegando quod non auditur à judice sæculari, quia non habet scripturam: imò si laicus hoc tentaret, & adversarius conqueretur apud judicem causarum Regalium, qui jurisdictionis laicæ tuendæ curam habet, profecto animadverteret acriter adversus hujusmodi laicum denunciantem, atque eo modo perturbantem jurisdictionem laicam, pœna *legis Regiæ li. 2. tit. 1. §. ultim. in novis li. 2. titul. 14.* & in carcerem (ni confestim desisteret) cum detruderet, & pro more illius tribunalis nomine Regio judici Ecclesiastico denunciari juberet, ne laicum amplius in suo foro distringat, &c. prout moris est in hujusmodi Decretis Senatus.

Rursus quinto, dicunt interpretes, pos-
23 se subveniri ei qui solvit coram testibus, sed sine scriptura, si iterum (ut sæpe fit) idem debitum petatur prætextu deficientis scripturæ, quod videlicet solvat id quod petitur, & postea repetat prius solutum per conditionem sine causa, & offerat probationem testium juxta doctrinam *glos. 1. l. Julianus verum debitorem ff. de cond. ind.* quam probat ibi *Bart. col. 8.* & omnes nemine dissentiente, ut per *Ias. ibi col. 7. n. 18.* qui addit etiam per conditionem indebiti posse repeti ex *Bart. in l. 1. §. & parvi refert col. fin. ff. quod vi. aut clam.* ubi eamdem doctrinam pusuit adversus statutum excludens, omnem exceptionem contra instrumentum publicum sequitur *Abbas cap. ex parte 2. num. 6. de offic. deleg.* & ibi etiam *Felin. col. fin.* plures citando *Paulus in l. 2. ad fin. ff. de cond. sine causa* ubi *text.* allegatur ad hoc & *text. c. debitores de jure jurando glos. 2. in lege secunda Codic. de discusso. lib. 10.*

Verum, & ista cautela, licet sit juri admodum consona, & communiter recepta vix in Regno practicaretur, quia nemo admitteretur probaturus per testes solutionem excedentem quantitatem legis, *dicto titulo 45. in novis dicto titulo 59.* & ita *Paulus in dicta l. 2. in fin.* ait quod non vidit Florentiæ illam *Bart.* doctrinam practicari; remedium est igitur in Regno Principi supplicare narrando bis solutum, & Princeps, quia bona fides non patitur, ut bis idem exigatur, facile contra legem dispensabit.

Quamvis autem prædictæ limitationes 24
non sint usu receptæ, sunt tamen aliæ utiles, & scito dignissimæ, illa scilicet quam posuit ipsamet *lex Regia dicto titul. 45. §. 1. in novis dicto titulo 59 §. 1.* quod videlicet non procedit in contractibus celebratis extra Regnum, in illis enim non requiritur ab probationem scriptura, licet excedant summam legis Regni: quia respectu solemnitatis actus debet attendi, & servari consuetudo, seu lex illius loci, ubi geritur, ut *l. 1. Cod. de testam. l. si. non speciali, C. eodem tit. l. 2. Codic. emanci. lib.* & doctrina *Bar. l. cunctos populos, numer. 14. vers. circa secundum Cod. de summa Trinit.* latissime *Panor. consil. 52. col. 1. & 2. lib. 2. P. Rebuff. 2. tom. ad l. Galliæ pag. 475.* unde prædicta *lex Regia* comprehendit etiam forenses in nostra Lusitania contrahentes) tradit *Bald. l. si non speciali num. 2. Cod. de testam.* cui addendum est idem futurum, etiam si ex eo cõtractu celebrato extra Regnum destinetur solutio facienda in Regno, & ita *Angel. Areti. §. præterea. 1. num. 32. vers. ponamus ergo quod dictus Ferrariensis, de action. Abbas cap. fin. num. 30. de foro competent.* & est ratio, quia talis somnitas, etiam respiciens solam probationem contractus, concernit decisionem litis, & victoriam causæ, ut alios citando, scribit *August. Beronus in q familia 50. num. 1.* Proinde quanvis alibi solutio destinetur, debet inspici locus contractus, ut late tradit *Bapt. Severi. in l. Cod. de summa Trinit. num. 135. & 136. post. Bart. ibi numer. 15.*

quod

quod est notandum propter contractus, qui fiunt alibi extra Regnum: & solutio destinatur in Regno, qui casus quotidie accidit.

25 Septimo, & utiliter, dicunt Doctores prædictam legem non esse servandam contra personas Ecclesiasticas, etiam litigantes in foro seculari. Et ita interminis *Calde. in disput. incip. Statuto civitatis in fine Anch. 1. in regula quæ. col. penult. in 6. & in cap. 1. ad finem, versi. pro confirmatione præcedentis quæstionis, de constit. Imol. cap. Cum contingat chart. 38. de jurejur. Paul. l. omnes populi col. fin. ff. de justitia & jure, & in l. 2. in princip. col. 3. ff. de eo quod cer. lo.* sequitur *Felin. cap. 2. de probation. col. 5. ver. 5. intellige numer. 15.* & ibi *Decius*, ubi ponit rationem, *col. pen.* probat *Aretinus cap. quod clericis, numer. 17. Marian. num. 5. in fin. de foro competen. Aufrer. de potesta. seculari reg. 2. num. 40. in fine Baptist. in d. l. 1. num. 124. C. de summa. Trinit. Hippo. in rub. de prob. num. 41.* & rursus *in fin. g.* 29. & communem esse sententiam, à qua nemo recessit, testatur *Augustinus Beroius* late *in quæstione familiari 50. per totam.* Sed tamen non defuerunt qui repugnarent, uti *Imola dicto cap. quod clericis, num. 8. Rochus in cap. fin. de consuetud. limitat. 2.* & est ratio secundum *Decium* ubi supra, quia cum (ut nuper diximus) forma probationis respiciat decisionem causæ, meritò lex circa formã probationis lata, non ligat clericos, secundum communem ex *Felino in cap. Ecclesia, numer. 64. de constit.* & ibi *Decius numer. 53. Rochum in dicto cap. fin. q. 11. Alciat. Authen. cassa. verbo, sanctiones, Codic. de sacrosanct. Eccles.* & inde est, quod clericus excipit pecunia non numerata, etiam ultra 60. dies, non obstante *Ord. lib. 4. tit. 47. §. 1. in novis lib. 4. tit. 51.* in principio consequuntur, & alia quæ libens prætereo. Sed tamen adhuc non vidi clericum admitti in judicio sæculari, contra laicum, si non offerat publicam scripturam, casu quo per legem sæcularem ipsa requiritur, nec credo, quod prædicta communis opinio servabitur in practica, in isto Regno.

Aliter & 8. prædicta *lex Regia* se ipsam 26
limitat, nisi videlicet, is qui non habet scripturam, deferat alteri parti jus jurandum, & in ejus anima veritatem negotij relinquat: poterit enim hoc facere, & veritatem eruere, delato vel relato juramento: & ita disponit *Ord. dicto §. 4. in nov. lib. 3. tit. 59. §. 5. incip. Peroso aparte lib. 3.* cui consonat alia *l. Regia lib. 4. tit. 36. §. 2. ad fin. in novis libr. 4. tit. 19. §. ad finem. & tit. 52.* scripsit antea *Bald. in authent.* sed novo jure *numer. 12. C. si cert. pet. org. illius text.* & ibi *Salyc.* & merito, licet enim communis opinio simpliciter dicat juramentum non esse speciem probationis, ut constat ex *Felin. in rub. de probation. in fine. & Hippo. ea rub. num. 119.* verius est jus jurandum probationem esse, ut sentit *glos. in c. statutum §. cum verò verbo per proprium, de rescrip. lib. 6.* quam probant ibi *Domi. & Peruf. numer. 15. Areti. cap. 2. not. 2. de proba.* voluit *Ang. l. non erit in princ. ff. de jurejur.* non tamen est probatio regulariter legitima, ut scripsit *Jason. in rep. l. admonendi, num. 296. col. 2. versi. istud. ultimum vr., ff. de jurejur.* nisi in certis casibus: videlicet in his quæ consistunt in animo, de quibus *Hippo.* ubi sup. *num. 122.* Item quando juramentum est necessarium, ut quia defertur in supplementum probationis, ex *Decio in rubrica de prob. num. 11. vers. ex his, Jacobi in rubrica ff. eod. numer. 2. per l. generaliter in princ. C. de re credit.* quamvis contradicat *Alex. l. licet Imperator num. 5. ff. de leg. 1. Jas. dicta l. admonendi, numer. 296.* Item quando est juramentum judiciale, quia defertur à parte parti, ut per *Hippo.* ubi supra *numer. 120. per text. dicta l. generaliter, in princip. & l. fin. §. licentia Codic. de jure deli.* habet enim tunc intrinsecam confessionem, secundum *Fulgo. in rubrica ff. de proba. numer. 1.* Porrò instrumentum juratum, executionem paratam habet, ut tradit *Matthesi. sing. 20.* nota bonam practicam, & ibi lata additio nova.

Adde vero, quod ex hoc juramento secuta condemnatione, non admitteretur condemnatus ad accusandum adversarium de perjurio, nec si postea repetiatur cum

qui

qui juravit peieraſſe, non retractabitur ſententia, & ita diſponit alia *lex Regia lib. 3. titul. 85. §. . in novis lib. 3. titul. 52. §. 3. ante fin. verſ. E por aqui determinamos* per quam illa altera *lex Regni* de qua agimus, debet declarari.

37 Nono, limittatur prædicta *lex Regia, dicto titulo* 45. niſi adverſarius ſponte cõfiteatur, tunc non indigemus ſcriptura, id quod ſatis vult *Ordinat. in dicto §. 4. & in novis dicto lib. 3. titu. 59.* manifeſtius in *titul. 36. §. 2. lib. 4. in novis lib. 4. tit. 19. §. 2. & tit. 52. antea Bald. in dicta Auth. ſed novo jure num. 12. & in l. fin. num. 40. Cod. edi. Di. Had. Hip. de proba. num. 69.* bonus *text. in l. fin. C. de fideico.* nec id mirum, quia confeſſio dicitur non eſſe probatio, ſed relevamen ab onere probandi, ut eſt magis communis opinio ex *Felino in dicta rubr. de prob. num. 6. Dec. num. 10. Dec. & Alciat. in l. cum te. 2. in verbo neceſſaria Cod. de tranſact. Additio Alciat. de præſump. 2. par. num. 6. Hippo. in ſing. 110. & in rubrica de proba. num. 71.*

Sed ego verius exiſtimo confeſſionem, re vera, & in effectu, probationem eſſe, cũ *Areti. in dicta rubrica num. 17. & 18.* cui accedit ibi *Decius numer. 9. in fin.* & ſatis *Beroius num. 74. Dec. dicta l. cum te, n. 8.* ubi conſentit *Jaſ. num. 11.* & *Salyc. in rubr. Codic. de proba. num. 4.* & ſunt multa jura, quibus hoc convincitur, videlicet *tex. l. 1. in fin. ff. de interro. act. l. fin. §. licentiam Codic. de jure deli. Clement. conſtitutionem in fin. de elect.* quæ jura bene expendit. *Aret.* ubi ſupra, licet ibidem *Decius*, controvertat: allegatur etiam *tex. cum c. ad ſedem, in verbo confeſſiones partium, de reſt. ſpol.* quem ſingularem ad hoc reputat *Card. conſil. 128. in princip.* & meliorem de jure *Barb. in dicta rubrica, de probat. col. 2.* quidquid ibi renuat *Beroius n. 70.*

Nec enim ex eo quod confeſſio relevat ab onere probandi per alios modos juris, & excuſat alias probationes, deſinit eſſe probatio, & omnium optima, ut *dicta l. cum te*, & ibi Doctores communiter, ſiquidem quod differt ſecundum plus vel minus non differt in ſubſtantia *l. fi. ff. de fund. inſtru.* Item licet admittatur confeſſio poſt concluſum in cauſa *c. cum Joannes, de fid. inſtru. Specul. depoſi. §. 4. verſic. ſed quid ſit, Bald. Auth. qui ſemel. col. 3. C. quom. & quan. jud. additio 1. Bar. l. publia. §. fin. ff. depoſi. Hippo. de probat. num. 73.* cũ tamen regulariter aliæ probationes inſtrumentorum vel teſtium, poſt concluſum in cauſa excludantur, ut in *cap. cum dilectus* & ibi *Felin. de fid. inſtr. c. auditis de præſcriptio*, tradit *Ang. §. appellantur, col. 2. de excep. Areti. in cap. Licet cauſam, col. 14. de proba. Jaſo. rep. l. admonendi ex num. 50. de jurejur. lex extravag. ordinis judiciarij. §. 25. incip. E em nenhum caſo, in nov. recop. ib. 3. tit. 20. §. 30.* non ideo ſequitur, quod non ſit probatio, ſunt enim plura, quæ etiam poſt concluſum in cauſa admittuntur, puta probatio per rei evidentiam *Bal. l. ſi quis teſtibus in fine Codic. de teſtibus*, & alia multa que congerit *Robert. Marant. de ordin. jud. titul. de concluſione in cauſa pag. 499.*

Præterea hujuſmodi confeſſio poſt concluſum in cauſa admittitur ex judicis officio qui poteſt interrogare ubicunque viderit expedire ad cauſæ deciſionem, *l. ubicunque ff. de inter. ac.* non vero ſi pars petat ſecundum communem, ut per *Aret. d. rubr. nom. 17.* præterquam in cauſis ſummarijs, juxta *Clem. ſæpe, verbo, interrogabit de verborum ſignificatione, Peruſi. c. 1. numer. 4. de confeſſis lib. 6. & in cap. 1. in princi. de jura. calum. eo libro.*

Item licet confeſſio illius pro quo jus præſumit, admittatur contra præſumptionem juris, & de jure, ut eſt *gloſ. in l. in cõtractibus. in princip. verbo, nullo modo, Codic. de non nu. pecu. & in authent. de æquali doti. §. aliud, verbo, ſcribat, & verbo privilegium coll. 7.* cum traditis per *Covar. de ſponſa. 1. part. cap. 4 §. 1. num. 3.* (cum tamen aliâs contra præſumptionem juris, & de jure non admittatur probatio in contrarium *l. fin. Codic. de arbitr. tute. cap. is qui fidem de ſponſal.*) non ex eo ſequitur quod confeſſio non ſit probatio, nam ideo admittitur confeſſio contra præſumptionem juris & de jure, quia is pro quo ita jus præſumit, confitendo videtur renunciare præſumptioni pro ſe introductæ,

ctæ, quod potest, juxta regulam, *l. penult. C. de pactis, & c. ad Apostolicam, de regula:* unde ex hoc non infertur, quod confessio non sit probatio, nec est admittenda ratio, quam scripserunt *Areti. in dicta rubric. n.* 17. *Decius* ibi *num.* 8. ex eo quod confessio habet maiorem certitudinem, quia secũdum hoc sequeretur admitti posse positionem adversarij, ad eruendam talem confessionem, quod dici non potest secundum ea quæ paulò inferius dicam.

28 Illud non præteream, in civile esse, quod scripsit *Hipp. in rubr. Cod. de prob. n.* 75. si statuto caveretur, ut is cui probata fuerit falsitas tali pœna puniatur, non esse ea plectendum, si falsitatem confiteretur nam cũ confessio sit omnium optima probatio, juxta superius dicta, cur non multo magis erit locus statuto in casu criminis sponte confessi? nec sunt statuta sic prave intelligenda, cum à jure recipiant interpretationem saltem passivam *l.* 1. §. *lex falcidia*, ubi *Alexan. ff. ad* l. *fal.* at de jure, à pari procedunt crimino sum testibus esse convictũ, vel confessione sua, *cap. nos in quemquam* 2. *q.* 1. *l. qui sententiam Cod. de pœnis*, & cum olim hæc ita dictaverim, reperi postea *Beroium in dicta rubr. de probat. num.* 75. id ipsum scribentem, & est sine dubio verum.

29 Addo item prædictis quod adeo confessio partis supereminet in judicijs, ut etiam si à lege vel ab homine sit statutus terminus ad aliquid probandum, & ei labatur, nihilominus post terminum admitti debet partis confessio, quod agnoscit *Decius dicta rubrica num.* 10. & ita debet *accipi Innoc. in cap. ultra tertiam de testibus*, & videtur indubitabile, jam quod posuimus tanquam receptum confessionem partis posse admitti post concluſum in causa: imò, & post sententiam *ex Innocent. in cap. quia plerique de immunitate Eccles. n.* 3. *& ex prædictis decl. rubis Ordin.* §. 11. *& 12. tit.* 41. *li.* 2. *in novis lib.* 3. *tit.* 54. §. 1. *& 2.* ut post lapsum termini probatorij sine dubio possit admitti partis confessio spontanea.

Verum prædicta omnia de confessio-

30 ne, quod admittatur in quacunque parte judicij, etiam in casu ubi lex exigitur scripturam, & pleraque alia, sunt duplicitèr intelligendæ primo si (ut dixi) pars ipsa sponte confitetur, vel judex ad institutionem ex officio interrogat, aliquin si pars vellet facere articulum super confessione, certe non admitteretur, quia per indirectum fraudaretur lex cogendo partem deponere super eo articulo, nec debet lex per indirectum fraudari, *l. Seius*, & *Auge. ff. ad l. fal.* & ita eleganter scripsit *Anchar. in c.* 1. *de confess. lib.* 6. *numer.* 2. *Paul. in rubric. C. de probat. in fine, Alciat. l. cum te, versic. necessaria, Codic. de transaction.* & satis *Decius in dicta rubr. numer.* 10. *versi.* & retenta quanvis *Card. in cap. ultra tertiam ne testibus* quem sequitur ibi *Felin. ad finem* dicant posse fieri articulum parti adversæ de confessione, in his casibus, in quibus requiritur scriptura, quod, & memoravit *Felin. dicta rub. num.* 6. *versi. ex quo potest*, post *Bald. in dicta authent. sed novo jure ad fin. & Hippo. de prob. num.* 5. *ad finem & rursus in sing.* 110. *in fine* quorum opinio non est tenenda, maxime extante lege *Regni dicto titul.* 45. §. 3. *in novis lib.* 3 *titul.* 59. §. 3. & 4. qua cavetur ne judex ullo modo partem admittat in judicio, nec adhuc decernat citationem, ubi scriptura debiti non offertur, cum sit offerenda, quanto ergo minus judex admitter tales articulos de confessione.

secundo, intellige prædicta omnia de confessione facta in judicio, & in actis de- 31
ducta alioquin confessio extra judicium, licet maximê testibus probaretur, non valeret in prædictis casibus, quæ naratio excludit probationem testium, eadem excludit probationem confessionis extrajudicialis per testes, imô hæc incertior est, quia potuit per errorem fieri, *cap. fi. de confessis l.* non fatetur, ubi *Bart.* & Doctores *ff. eo*, & non ita aliæ, ex quo testes de eo quod perceperunt per sensum corporeum deponunt *l. qui testamentum*, §. *veteres ff. de testæ.* ubi non tam facilis est error, *glos. cap. si quis* 3. *q.* 6. Præterea lex circumveniretur si probatio talis confessionis posset admitti, contra *l. non dubium Codic. de legibus, l. fraus, l. quod verò contra ff.*

de

de legibus, & hujus sententiæ fuit *Ancha. cons.* 350. *nu.* 2. sequitur *Alciat. dict. l. cum te*, & plenius *de præsump. 2. par. in princ. n.* 7. & est indubitatum ex his quæ nuper diximus, & *ex lege Regni dicto* §. 3. *in novis dicto tit.* 59. §. 4. quatenus sine scriptura non admittit partem in judicio.

Et hinc obiter declarabis celebre illud
32 dictum *Innocent. in dicto cap. quia plerique de immunitat. Eccles. num.* 3. * quem sequitur ibi *Panormitan. num.* 22. *Felin. cap. quoniam contra num.* 30. & ibi *Deci. num.* 39. *de probat.* quod adversus sententiam jam latam, potest admitti confessio partis, in cujus favorem lata est, * pro qua opinione facit *l. si fullo. ff. de cond. sine causa*, ut intelligatur de confessione apud acta judicij, alioquin in foro contentioso, non prodesset extra judicium, & per testes probatio ut latè per *Alciatum de præsump. 2. part. num.* 7. & ita noster Senatus judicavit me advocante, licet *Felin. cap. quoniam contra numer.* 30. *de probat.* & *Iason. in rep. l. admonendi, numer.* 45. *Catel. verb. confessio*, & alij vulgò allegent *Innocent.* veluti loquentem in quàvis confessione, & quanvis *Bald.* & *Imola in l. si quis substituatur hæres in fin. ff. de hære. inst.* & expressius *Alciat. dicta 2. par. n.* 8. vellint posse subveniri eo casu per denunciationem Evangelicam, sed iam dixi, hoc remedium non esse in usu apud Regni tribunalia.

33 Decimo limitatur in praxi prædicta *lex Regia in novi. dicit. tit.* 59. *lib.* 3. quæ requirit probationem instrumentalem, utrum sufficiat probare per legis præsumptionem. Ita mirabiliter *Bald. l.* 1. *n.* 18. *C. de fideic. Alc.* 3. *p. præsump. nu.* 3. *Iaf. l. sciendum num.* 25. *in fine ff. de verborum. Deci. in rub. de prob. n.* 13. *And. Tiraq. in l. si unquam, verbo, donatione largitus, numer.* 133. *C. de revo. donatio. Aug. Beroi. in quæstione familiari* 90. *incipit utrum filiatio num.* 9. Est enim præsumptio legis liquidissima probatio, ut inquit *glos.* & *Bald. in l. si tutor Cod. de pericul. tutorum* in numeris citatis per *Tiraquel. dicto numer.* 33. & tradit plura *Beroi. d. quæst.* 90. *ex num.* 6. *Iason. l. licet Imperator. num.* 8. ubi latè declarat *col.* 2. *ff. l.* 1. Proinde si quis ad titulum *emphyteusis*, solvat alteri unicam, & uniformem pensionem, quotannis per decem annos præsumetur concessa emphyteusis licet instrumentum emphyteuticum non ostendat, juxta *l. cum de in rem verso. ff. de usuris*, & tradita per *Iason.* & alios *in l. si certis annis C. de pactis*, quia lex ita præsumit, ut perceri. ibi & placet illud dictum *Baldi* quanvis ab eo discedat fragili fundamento *Iaf. in l. certi condictio in princip. num.* 21. *versic. accedit, & illud, ff. si cert. pet.* * & idem *Iason. l. sciendum num.* 17. *ff. de verborum.* (post *Roma. in l.* 1. *C. de milit. testamento*, nec obstat si dicatur illud per scripturam probari, quod potest legi oculo corporali *l.* 1. *in princ. ff. de ijs quæ in test. dele.* unde non videbatur valere legis præsumptio, quando lex scripturam requirit, ut alias (non contra *Baldum*, sed in eadem materia) tetigit *Iaf. l. si pluribus n.* 13. *ff. de legat.* 1. nam respondeo, quod lex nostra nõ ita scripturam requirit, quod excludat aliã probationem legis, qualis est ejus præsumptio, qualis item confessio, seu juramentũ, ut supra diximus, sed hoc præcipuè intendit, ne testibus probetur, ut ex ejus serie patet.

Undecimo, memorandum est ad prædictam *legem Regiam, d. tit.* 45. *in novis tit.* 59. 34
quod non excludit probationem mixtam, hoc est illam, quæ fit per testes & instrumentum simul, ut puta: si promittat quis sarcire damnum & interesse, & quantitatem damni probaverit per testes, valebit enim talis probatio testium, licet excedat quantitatem legis, quia iste casus mixtus, non comprehenditur in statuto, vel lege, non admittente probationem ultra certam quantitatem, nisi per testes, ita docuerunt *Iacobi Butri.* & *Bart. per glos.* ibi *in verbo, conjunctim, in dicta l. certi condictio*, §. *quoniam*, *numer.* 4. ubi *Iason. numer.* 91 dicit, quod illam decisionem sequuntur omnes indifferenter, allegatur *glos. in l.* 4. *ff. pro socio*, *text. in cap. series* ubi *Anton.* & *Imol. de test. lib.* & *in cap. auditis*, ubi idem Doctores *de integ. rest.* sequitur *Felin. in cap. cum Ioannes num.* 4. *de fid. instr. facit*, quia sub dispositione simplici, non comprehenditur mixta seu qualificata, *cap. statutum*, *juncto cap. licet canon. de elect.*

elect. li. 6. & hanc opinionem, multis argumentis testatus esse receptam, comprobat *Andre. Alciat. in dicto §. quoniam ad finem, super verbo, idem quæri. pag.* 147. adjiciens, quod & si privatæ scripturæ, quæ non omnino fide deficeret, jungerentur testes idem foret dicendum ex *d. cap. series conjunctis*, quæ tradit *Alex. conf.* 36. *lib.* 5.

Sed tamen idem Alciatus eam opinionem mixtæ probationis non probat, quia etiam in probatione mixta, viget eadem ratio subornationis testium, sed tamen illud non est efficax argumentum, quia ratio legis excludentis probationem testium, non est solus timor subornationis, ut supra dixi.

Ego dicerem communem sententiam esse veram, non ex ratione, qua ipsa nititur, quod sit probatio mixta, quam lex non excludit, quia imò maximè eam exclusit, dum solam instrumentalem petit, juxta regulam *l. maritus Cod. de procura.* Sed ex eo quod in specie proposita, de illo qui resarcire damnum promisit, raro potest quantitas damni illati aliter probari, quam per testes, nec enim tempore confectionis scripturæ, adhuc damnum aderat, & ignorabatur quantum foret, & cum fuerit incertum, non erat quid partibus imputaretur, & hoc est quod eleganter scripsit *Angel. conf.* 200. *incipit. in civitate Lucana, col. ultima.* ubi scribit, quod si lege municipali probatio non admitteretur nisi per instrumenta, sufficeret factum ipsum principale per instrumentum probari, cohærentia autem, & reliqua liquidantia factum, per testes, cujus consilij me minit *Jason. dicto §. quoniam numer.* 102 confert id quod tradit *Hippo. de probat. num.* 55. & ita praxis observat, & ego non semel vidi, & facit *d. l. Regia, §.* 12. *in novis dict. tit.* 59. *§.* 12. *incip. outro si sendo* * & hoc argumento consensum domini ad alienandam emphyteusim, dicunt quidam etiam stante jure Regio posse probari per testes, & ita vidi judicatum.

Unde, eadem ratione, etiam conditio scripturæ, potest per testes probari, quod sit jam purificata, ut sic in ea procedatur summarie, juxta *l. Regni tit.* 16. *libr.* 3. *in novis lib.* 3. *tit.* 25. cum alioquin, processus illius, *l.* non servetur super non puris & liquidis, ut per *Bart.* & communem, ut latè tradit *Covarr. lib.* 2. *resol. cap.* 11. *D. Anton. Menes. l.* 1. *ff. de leg.* 2. *num.* 47. ultra quos *Ant. Massa. in libello de forma obligationis cameræ*, & optimè *Alc. conf.* 87. *Cov. conf.* 223. *n.* 4. *li.* 2. *& in conf.* 112. *lib.* 1.

Illud vero quod *Alexand.* scripsit *consil.* 36. *lib.* 5. sufficere, testes scripturæ privatæ conjungi, non puto verum, nec quod ita judicaretur stante nostra *lege Regia, dict. titulo* 45. *in novis dicto tit.* 59. ex rationibus jam dictis.

Duodecimo, intelligi debet supra dicta lex Regia, quando agitur inter ipsos contrahentes, quibus imputandum est, de conventione excedente quantitatem à lege præfinitam, scripturam publicam non feciſſe: cæterum quoad tertium, qui non fuit in culpa, quominus scriptura conficeretur, non habet locum lex illa, immò poterit per testes probare conventionem, seu solutionem inter alios facta, quamvis scripturam non offerat, & ita deducitur *ex Imol. in l. fi. ff. à qui. appe. non liceat col.* 9. *n.* 4. *versi. adverte tamen, Ang. in l. si unus §. ante omnia*, quem sequitur ibi *Jas. nu.* 4. *ff. de pactis*, idem *Jason. in dict. l. certi conditio, §. quoniam nu.* 10. *ff. si cert. pet.* ubi multis in simili confirmat, post *Imol. Cle. 1. de re jud. arg. gl.* ibi *in verbo, contra se, facit*, quia scriptura privata, licet confessata sit ab scribente, non præjudicat tertio, ut late *Paris. consi.* 19. *n.* 46. 47. *Vol.* 3. nec instrumentum, ut per *Rut. conf.* 115. *n.* 5. *li.* 5. & certe ita nuper obtinui in causa magni momenti: volebat enim quidam tertius mercator probare, quod *Titius* debitor jam solverat *Sempron.* quantitatē quamdam illi debitam per scripturam publicam, ut sic præferretur in certa summa, de qua contendebat cum *Sempronio*, qui in illa volebat anteferri, dicens, quod sibi adhuc non erat soluta quantitas contenta in scriptura & quod non poterat admitti probatio solutionis, nisi per aliam scripturam: fuit tamen judicatum in magno Senatu, quod ille tertius admitteretur ad probandam per testes, solutionem jam 35

factam

factam inter alios, quia non poterat huic tertio aliquid imputari, quod de solutione scripturam publicam non fecerit, quia forsan illi alij inter se colluserunt, scripturam non faciendo, ut tertium fraudarēt, & hoc valde nota, quia fuit laudatū in senatu.

36 Decimotertio, dicebat *Salyc. l. si quis argentum, §. fin.* per illum *text. in verbo, monumento, Codic. de donat.* quod licet lex nostra Regia requirat scripturam; poterit tamen pars producere testes in judicio, non ut ex his debitor condemnetur, sed ad finem, ut ex probatione testium cogatur instrumentum facere, quemadmodum quis regulariter, tenetur facere de cōtractu à se celebrato *l. 2. Cod. de discusso. lib. 10. Bald. l. instrumenta, num. 4. Cod. de fideico. in lib.* quo confecto poterit condēnari, quam limitationem refert (non tamen ponit pro constanti;) *Alexand. dicto §. quoniam, numer. 4.* Sed tamen eam sequitur *Cæpola. cautela. 250. incip. statuta quando.* Verumtamen expresse tribus fundamentis reprobat *Iason. num. 14. in d. §. quoniam, & Dec. cap. 2. de prob. col. penult. in medio,* & cum ratione; quia per hanc limitationem fieret manifesta fraus legi & expresse ista limitatio reprobatur per aliam *legem Regni titul. 36. §. 2. lib. 4. in nov. li. 4. tit. 19. §. 2.* ubi clare disponitur, quod sicuti non possum probare per testes illam conventionem, quæ excedit quātitatem legis, ita similiter nec per probationem testium cogere adversarium, ut faciat mihi scripturam de ea conventione quanvis offeram testes, qui dicant inter nos convenisse, post celebratum contractum, ut conficeretur scriptura de illo: quia (inquit *lex*) si hoc permitteretur, facile per indirectum fieret fraus legi excludenti probationem testium hoc casu: cum tamen non sit fraudanda lex per indirectum, *l. non dubium C. de legi. l. Seius & Augurius ff. ad l. fal.* unde *Salyc.* inventio ex illa lege Regia manifeste corruit. Item ex alia *d. tit. 45. §. 3. in no. d. tit. 59. §. 4.* quæ nec in judicio admittit non offerentem scripturā, ubi ad probationem ea requiritur, & hoc ipsum voluit *Alexand. l. fin. numer. 21. C. de edic. Hi. Had.* dum loquitur in casu, ubi scriptura non requiritur ad probationem. Unum tamen est notandum: quod isto casu (quando pars non intendit conventionem probare: sed quod adversarius promisit, aut inter eos convenit, quod conficeretur scriptura de contractu jam celebrato) admittit *lex Regia, dicto §. 2.* ut conventus vocetur ad judicium responsurus an convenerit de scriptura facienda, nec ne, quod est notandum, ad interpretationem *dicti tituli 45. §. 3. in novis d. tit. 59. §. 4.* ubi cavetur, non admittendum in judicio non offerentem scripturam publicam, nec adhuc decernendam esse citationem. Illud enim intelligi debet quoad probandam conventionem, secus verō quoad confessionem conventionis de scriptura facienda, nam quoad hunc effectum tantum negandi simpliciter, vel confitendi ita convenisse, bene poterit decerni citatio, & adversarius ad judicium vocari, quod puto notandum ad praxim.

Prædictis autem consequens est, ut id ipsum dicamus, si quis promitat dare alicui aliquod instrumentum (in quo tamen continetur obligatio excedens summam legis,) quia similiter fieret fraus legi per indirectum, quia traditio talis instrumenti, induceret obligationem illius quantitatis *arg. l. labeo*, & ibi *nota. ff. de pactis*, cum traditis per *Alciat. reg. 1. præsumpt. 33. & Rebuff. 1. tom. pag. 73.*

Adde insuper, quod in contractibus, ubi scriptura est de substantia, quemadmodum quando in celebrando ipso contractu, quod fieret in scriptis, conveniret, juxta *not. l. contractus Cod. de fide instrum.* vel in emphyteusi Ecclesiastica, ut utrumque probatur, *dict. tit. 36. in prin. & §. 1. in novis dicto tit. 19. in princ. & §. 1.* Tunc nec ad solam confessionem, vel negationē de faciendā scriptura pars ad judicium vocaretur, ut probat *Ord. tit. 36. §. 2. in no. d. tit. 19. §. 2.* ibi *de que á escriptura não for de substancia*, quod tu etiam nota.

Item hic adde, quod si pars confiteatur, se promisisse scripturam conficere, 37 tunc cogetur conficere, ut *dict. §. 2. & in novis dicto titul. 19. eod. 2.* & illa scriptura

quæ conficeretur, debet habere omnia pacta, & conventiones quæ de consuetudine solent apponi, secundum *Alex. & Iason. l. ex ea parte in fine ff. de verborum*, nec mirum, quia quis intelligitur contrahere secundum consuetudinem, *l. si fundus venierit, ff de evictio.* ubi latè *Albe. & Alexan. cons.* 41. *in fin. lib.* 7. *Felin. cap.* 1. *num.* 22. *de sponsa.* & alibi doctores.

Decimoquarto, limitatur *dicta l. Regia* 38 (& hæc limitatio sæpe accidit in practica) nisi instrumentum, quo actus vel conventio debebat probari, sit deperditum, tunc enim communis est doctrina; testium probationem admitti æque ac instrumentorum, & eandem fidem facere *l. testium, in fin. Cod. de testibus* ubi pulchre *Bar.* & omnes *l. sicut iniquum*, ubi idem *Bar.* & alij, *l. emancipatione C. de fid. instr. cap. cum olim* 1. *de privileg. Abb. & Felin. num.* 14. *cap.* 2. *de prob. lex Regia lib* 3. *tit.* 46. §. *pe. in no. l.* 3. *tit.* 60. §. 6. & hoc sane, sive scriptura sit de substantia actus, sive de necessitate probationis, ex mente communi omnium in locis præcitatis. Verumtamen hæc doctrina non sic simpliciter est accipienda, sed tribus concurrentibus.

Primo etenim debet probari veritas eorum, quæ in instrumento continebantur, quod aliàs appellatur probatio actus gesti, seu actus, vel contractus celebrati, alibi verò appellatur probatio facti. Secundo probari debet tenor ipsius scripturæ confectæ. Tertio, amissio ejusdem scripturæ, seu casus amissionis, quæ tria aliàs *Bart.* magis Laconice loquens, *in dicta l. testium col. fin.* appellat factum, scripturam, & casum, & his probatis per testes eadem fides adhibebitur ac ipsi instrumento, ut docuit ibidem *Bart. in dicta l. sicut iniquum* tradit *Hippol. de prob. numer.* 39. sed plenius idem *Hippol.* in illo loco *num.* 333. ubi idem dicendum ait in testamento perdito *num.* 334. & in instrumento raso reformando *numer.* 336. & in instrumento libertatis & legationis *num.* 337. sed & idem in actis publicis deperditis, de quo ibi *num.* 339. & hoc ipsum in privilegio amisso, quod petitur renovari probat *text. in dicto c. olim* 1. ubi dd. communiter.

Sufficiet autem quando hæc tria probari debent, vulgaris probatio duorum testium fide dignorum, ut docuit *Bart. dict. l. testium in fin. Paul. in dicta l. sicut iniquum num.* 3. post *glos.* ibi, quam in hoc singularem dixit *Raven. in d. cto cap. cum olim*, alioquin si solum tenor scripturæ confectæ, & casus amissionis probarentur, non autem factum & res gesta, seu (ut alijs verbis doctores dicunt, veritas contentorum in ipsa scriptura perdita) tunc non sufficiat probatio per quoscunque duos testes vulgares, sed per valde idoneos, qui clare & aperte, de tenore instrumenti deponant, juxta *text. in dicto capit. cum olim* 1. *de privileg.* quem sic intelligunt *Anton. & Abbas* ibidem *num.* 8. *ad fin. Bart. dicta l. testium num.* 11. *& in dicta l. sicut iniquum numer.* 1 *Afflict. decis.* 274. *Alciat. reg.* 3. *præsumption.* 31. *num.* 3. *Carol. Rui. cons.* 179. *num.* 5. *li.* 1. optimè *Ripa* (quia controvertit allegationem *text. d. x. cum olim*) *in l.* 1. *nu.* 81. *ff. si cer. pet.* & ibi quoque latissimè *Purpurat. ex num.* 177. ubi ponit quinque notabiles declarationes in materia, præter *Ioan. de Prato num.* 61 & alios. Sequitur *Decius cons.* 82. *visu processu num.* 3. *Alex. cons. l.* 196. *viso testamento. n.* 9. *lib.* 2. *& in cons.* 117. *num.* 7. *lib.* 7. latissimè *Andre. Tiraq. in 2. ret act. §.* 1. *glos.* 7. *num.* 56. Et in hoc casu id ipsum voluit *l. Regia li.* 3. *tit.* 45. §. *pen. in novis dicto tit.* 60 §. ibi (*per homens discreto. & entendidos, que declaradamẽte digam o teor do dito instrumento, & como foi notado & perdido*) quanvis *Dec. in c.* 2. *num.* 14. *vers.* 3. exigat indistincte testes peritos ad probationem instrumenti perditi & novissimè *Anton. Gomez. l.* 41. *Taur. n.* 3. & alij quod non est verum indistincte, nisi hoc tantum casu, quo tenor instrumenti duntaxat, & ejus amissio probari debent, non verò veritas rei gestæ, & ita intelligi debet, quod in hac materia tradit pulchre *Alciat. pag.* 24. & ibi *Purpur. in d. l.* 1. *si cert. pet.* & quod generaliter scripsit *Vberti. Zucar. in l. fin.* 156. *C. de ed. Diu. Had. tol.* & omnes illi congesti per *Tira.* ubi supra, atq; ita tenẽdum, quanvis *Æmil. Ferret. in Authentica, si quis in aliquo,*

num

num. 32. *C. de eden.* satis pertinaciter contra communem teneat, instrumento perdito, amissionem, & debitum, ipsum probandum legitimè, nec admittendam probationem per testes de tenore instrumenti, sed non recedas à communi.

Dicentur autem testes idonei & periti in hoc casu, qui falsitatem & vitium scripturæ, & contenta in ea usu vel arte cognoscere possint. *Bart. l. 2. §. 1. ff. de in. iur. Alex. in l. 2. col. pen. C. de bon. poss. sec. tab. Decj.* (declarans quomodo deponere, & interrogari debeant) *in cons. 82. col. 2. Ripa. in d. l. n. 82. ff. si cer. pet.* & ibi *Purpur. num.* 182. & tales sunt magni Doctores & advocati, & notarij experti in actione forensi, ut voluit *Bar. in dict. sicut iniquū, Felin. in cap. sicut n. 3. de rej ud.* Hæc autem qualitas peritiæ, non est ab extra probanda, sed erit satis, si judici ex interrogationibus, vel aliàs constet, ut optime advertit *Alciat. in dicta l. 1. super verb. Celsus* ait, *in fine*, quidquid aliter Doctores ibi, & *Purpur. n.* 181. ubi aliam qualitatem, de bonitate hujusmodi testium, non putat necessario probandam, cum sufficiat generalis juris præsumptio, & sat in recte.

Sed & fœmina potest tenorem instrumenti probare, ut comprobat idem *Purpur. num.* 180. & *Ripa. num.* 82. *dicta l.* 1. quo loco etiam notanter scribit, quod si vir illiteratus deponat de tenore instrumenti, erit suspectus de perjurio, ex *Angelo in Authent. de Tabellion. col.* 3. tradi latè *Felin. dicto cap. sicut num.* 5.

Adde præterea, quod non sufficiet tenorem scripturæ per testes singulares probare quinimo debent esse conformes ut optimè scribit *Aflict. dec.* 302. *num.* 6. juxta quæ omnia restringi, limitari, & declarari debent *dicta l. sicut & l. emancipatine, cum sua glos. & l. Regia* ubi supra *in novis dicto* §. 6. ubi supra.

Sane si testes non fuerint quales nuper diximus, tunc semiplena tantum probatio ex eorum dictis nascetur, ut omnes agnoscunt, & probat *dicta l. Regia* §. *penult. ad fin. in novis dicto* §. 6. *ad fin.* ut supra quæ semiplena probatio suppleri poterit juramento partis, secundum *Paul. in dicta l. sicut, post glos. & in dicta l. si de possessione C. de probat.* ubi *Bald. & in dicta l. sicut Purpur. in d. l. 1. n. 77. in fine* Proinde admoneo, ut semper pars, quæ nititur tenorem instrumenti deperditi probare post testes productos petat, ut sibi juramentum deferantur in supplementum probationis, quo melius sibi caveat, nec hujusmodi petitionis obliviscatur, quia juramentum suppletivum non defertur, nisi petente parte, ut est magis communis opinio, secundum *Jason. in rep. l. admonendi, n.* 316. *ff. de jurejuran.* imò, & ante conclusum in causa ut per *Jas.* ibi *num.* 318. *Hippo. l. maritis num.* 23. *ff. de quæst.* quidquid dicat *Cat. verbo juramentum, pag.* 276. quod nota, quia propter non petitionem hujusmodi juramenti, vidi in practica causam satis arduam collabi.

Adde insuper, quod si culpa, aut negligentia adversarij scriptura sit de perdita, tunc in odium adversarij dolosi, seu culpabilis sufficient testes licet non tales quales esse debere, nuper diximus: & ita probatur *in dicto* §. *pen.* ibi. *Por azo, ou culpa da parte*, facit *l. si de possessione C. de proba.* cum ibi notatis.

Ex prædictis insurgit unum satis notandum, ut scilicet duo testes probent testamentum in quo requiruntur septem testes vel instrumentum in quo forsan ex statuto vel consuetudine requiruntur quinque, quod ita in testamento adnotarunt *Alexand. & Jas. in l. 1. Cod. de bono poss. sec. tab. Ioan. Baptis. in Rep. l. admonendi, num.* 91. *ff. de jurejuran. & Jas. consil.* 61. *num.* 5. *lib.* 1. & plures citans *Carelian. Cotta in suis memorab. verbo. inimicitia, pag.* 251. *col.* 1. & hoc est favore amissionis contingentis ex casu, & sine culpa partis, ut scripsit *Anton. in dicto cap. cum olim* 1. *n.* 21. *col. fin.* post antiquiores.

Cognita sic qualitate testium, qui debent probare tenorem amissi instrumenti, si ulterius quæsieris, quid veniat in probatione illius tenoris? respondeo, in primis probandum scripturam fuisse confectam, in tali loco, tali die, anno, & mense, & de omnimoda litterarum similitudine,

ut sic sit salva facultas, reprobandi scripturam *l. optimam Codic. de contr. & com. stip.* denique omnia illa sunt probanda, quæ in scriptura publica pro substantia, & necessario requiruntur, de quibus seriatim *Abb. Felin. & Dec. in cap. 1. de fide inst. num. & Cass. de Burgund. fol* 387. *colu.* 3. *in princ.* ubi duodecim requisita cumulavit & *R. Præsul. Covarr. in quæst. practica* 20. *in princ.* & præter eos leganter *Petrus de Bell. apertica in rep. l. comparationes ex n.* 12. *C. de fid. instrum. glos.* & omnes *in l.* 3. *Cod. de tab. lib.* 10. *Ordinat. li.* 1. *tit.* 59. *& in novis l.* 1. *tit.* 79. §. 5. ibi *o dia mes, & anno*, & quod hæc substantialia necessario probari debeant, consulit *Alexand. consi.* 196. *vol.* 2. *Purpur. Ripa, & Alciat.* ubi supra, & adhuc clara ratione, hoc esse necessarium convincitur, quia si instrumentum exemplatum non facit fidem sine his substantialibus, ut post antiquos tradunt latè *Dec. Curti. Alciat. Ferret*, & alij *in Authent. si quis in aliquo Cod. de edend. scrib. in cap.* 1. *de fid. instrum.* plenius *R. Covar. in q. pract.* 21. *numer.* 4. quanto minus facient testes de prædictis non deponentes. Item si duodecim solemnia exiguntur, ut extrahatur instrumentum in publicam formam ex prothocolæ, nota ij mortui qui illum non extraxit, ut plenissimè tradit *Afflict. in Const. Neapol. li.* 1. *rub.* 73. *ex num.* 59. quanto fortius, ubi tantum ex dictis testium pendemus.

Dixi autem de substantialibus instrumenti deperditi testes deponere debere, quia de quibusdam quæ solent aponi, nec sunt de necessitate publici instrumenti non curandum, nec non est necessum dicere, quod instrumentum perditum, habebat invocationem nominis Domini, quia id non requiritur necessario, secundum *Felin. dicta cap.* 1. *num.* 2. *Carol. Rui. in rub. ff. de no. ope. num.* 5. *Afflict.* ubi supra *num.* 19. Nec obstat *tex.* §. *si qua vero in Authen. ut præpon. nom. Impe.* ponderatus *ab Alexand. dicta rubrica num.* 12. *Barb. in rubrica de fid. inst.* nam omissis responsionibus parum aptis *Decij dicto cap.* 1. *num.* 6. *Carol.* ubi supra, legendus est secundum versionem *Haloandri consilit.* 47. & ita communi sententiæ non repugnabit cui concinit *Ordin. lib.* 1. *titul.* 59. §. 4. *in novis li.* 1. *titul.* 78. §. 4. quæ hoc non exigit.

Sed & de testium subscriptione non est opus deponere, quia non est necessaria in instrumentis, sed tantum inscriptio, idest, nominatio secundum communem *ex Bar.* ubi supra *num.* 93. *Afflict.* ubi supra *numer.* 28. *Covarr. d. cap.* 20. *Abb. Dec. n.* 12. *dict. cap.* 1. *Paul. l. contractus num.* 6. *Cod. fid. instr. Alex.* & alijs *in l. juris gen.* §. *quod fere num.* 7. *de pact. Dec. num.* 18. *Parisi.* 34. *in cap. quoniam de proba. & l.* 54. *tit.* 18. *part.* 3. jure tamen nostro Regio, bene est necessum, ut *d. tit.* 59. *& in nov. d. titulo* 78. §. 1. & 2. quæ fuit opinio glossatorum, quas citat *Covar.* ubi supra *num.* 4.

Prædictis consequens est, ut si forte ex statuto, vel consuetudine, exigebantur in confectione instrumenti, tres vel quinque testes, testificari debeant illi testes de tenore, quod scilicet idem numerus testium intervenit in instrumento deperdito, & ita docent *glos. Bald. & alij in d. dicta l.* 2. *Codic. de bo. poss. secun. tab. Afflict.* ut supra *decis.* 274 proinde si tractetur de probando testamento amisso, debent illi duo testes, qui ad ejus tenorem probandum admittuntur specifice deponere, quod testamentum illud deperditum habebat septem testes, vel quinque secundum *l. Regni.*

Similiter debent testes deponere, quod instrumentum illud deperditum, erat autenticum sine vitio & rasura, & nulla ex parte ejus fides vacillabat, juxta *l. fin.* & ibi tradita *C. de edic. diu. Hadr. tol.* & ita probat in specie *tex. in dicto cap. cum olim* 1. & *Afflict.* ubi supra *d. decis. num.* 3. & 302. *n.* 5. *Rip. dicta l.* 1. *ff. si cert. pet. num.* 84. ubi quoque *Alciatus num.* 24.

Sed adhuc deponere debent, quod recognoscunt litteram illius notarij, ut in *Authent. de instrum. caut. & fid.* §. *si quis igitur vult. caute. Decius in cap. translato col.* 3. *num.* 8. *consil. Ripa. dict. l. num.* 84. *ad fin.* ubi quoque *Purpur.* 177. *Afflic. dec.* 302. *num.* 5.

Nec mireris omnia ista necessario esse probanda, nam alioquin aperiretur locus multis

multis fraudibus, quia quivis allegaret instrumentum deperditum, ut redemptis testibus, quidquid vellet probaret vel ne falsitas instrumenti amissi posse deprehendi, & est occurrendum litigantium calumnijs, & quamvis probatio prædictorum omnium sit difficilima, & pene impossibilis: quia quo tempore instrumentum deperditum legebatur â testibus postea deponentibus, non cogitabant de ejus amissione: & ideo non tam perspicaciter solemnia instrumenti perquirebant nec omnia memoriæ commendabant, ut sic firmiter possint de illis testificari, attamen huic difficultati, sucursum est juramenti suppletivi probatione, cum alijs adminiculis, ut purgit *Purpura in dicta l. 1. n. 177. in fin.* & alij non diffitentur *in dicta l. sicut inquum, cum glos. C. de fid. instrum.*

Ex quibus omnibus jam intelliges doctrinas aliorum doctorum latius loquentium, & cumulantium plurima in hac materia, alijs atque alijs verbis, ut videre est per *glos. fin. in dicto cap. cum olim in 1.* & plenius per *Anton.* ibi *num. 4.* multo plenius per *Afflict. dicta decis. 274. Ripam* & alios *in dicta l. 1. Anton. Gomez in l. 14. Tauri*, in idem reincidere cum doctrina *Bart.* loquentis unico verbo de scriptura, seu tenore, sub quo continentur omnia illa quæ sigillatim probari doctores postulant.

Porrò si quæseris qualis debeat esse probatio perditionis scripturæ (quod est unum de requisitis necessarijs) dic quod debet probari casus amissionis, an videlicet naufragio, incendio, vel hostili aut latronum incursu, aut alio casu, absque culpa & dolo illius qui allegat amissionem, instrumentum perierit, juxta notata. *l. fin. Cod. de fid. instrum.* qua in re stabitur juramento amissionem allegantis, si modo aliquæ cõjecturæ casum amissionis, præcedant quarum judex prius cognitionem habebit, quemadmodum docuerunt *Innocenc. Ioan. Andr. Anton. & Abbas num. 10. in dicto c. cum olim*, sic declarando *gl.* ibi & *Afflict. decis. 274. n. 6. Guid. q. 244. n. 1. Purpura in dict. l. 1. num. 179.* nec enim facile casum allegantibus, & conquerentibus credendum est, ut inquit *Imperator in d. l. sicut iniquum.* Potest enim, ut jam dixi, perditio instrumenti allegari dolose, ne falsitates in judicio deprehendantur, atque ita declarari debent, *dicta l. sicut, & l. emancipatione Cod. de fid. inst.* cum aliis.

Verumtamen hoc ultimum requisitum, de probando casu amissionis scripturæ, tunc demum obtinet, quando scriptura est de essentia actus, ut in sententia, *in gratia Papæ*, in emphyteusi Ecclesiastica, secundum jus Regium, vel quando expresse seu tacite, actum est inter partes, ne contractus aliter valeret, quam in scriptis, & in alijs plerisque casibus.

Item obtinet, quando scriptura requiritur de necessitate probationis, veluti in emphyteusi attento jure communi, secũdum meliorem sententiam, de qua supra & attento jure Regio, si est emphyteusi, sæcularis, ut etiam supra diximus, & in alijs fermé casibus enumeratis per *glos. cap. 1. §. postquam de censibus lib. 6.*

Sed si non requiritur pro substantia, vel de necessitate probationis: intervenit tamen ad habilitandam probationem, ut est regulare, tunc profecto non est necessum probare perditionem scripturæ, vel quod fuerit sine falsitate, & vitio: etiam si conventio in scripturam fuerit redacta, sed satis est probare veritatem rei gestæ, quia cum per testes potuerit probari, nihil debet obesse, quod fuerit confecta scriptura, & minus apte, juxta vulgarem regulam quod solemnitas non necessaria, si minus apte interveniat, non vitiat actum *l. una Cod. de rei uxor. act. glos. §. multis, verbo, in transitu, inst. de liberti*, & istud est de mente communi omnium *in dicto c. olim. & trad. Afflict. decis. 274. col. fin. & Purpuratus dict. l. 1. n. 178.* quamvis ipsi non ita hoc declarent, nec loquãtur etiam in casu, quo scriptura requiritur de necessitate probationis.

Posttremò item meminetis, quod si probetur per testes instrumentum, fuisse â parte surreptum, certe de tenore staretur juramento creditoris adversus surripientem *l. si de possessione*, ubi *Paul. num. 3. Cod. de probat. Bart. & Paul. n. 2. dict. sicut & in l. testium Cod. de testibus Felin. cap.*

ſicut, de re judi. Ferret. in Authen. ſi quis in aliquo n. 36. *Cod. de edend.* & ita debet explicari *Paul. l. fin. n.* 4. *Cod. poſtulam*, & idem multo magis ſi quis laceret inſtrumentum, quod adverſa pars in manu habebat; ſtabitur enim, ſuper contentis in inſtrumento, juramento partis cui illud præjudicium fuit illatum, ut (poſt *Ludo. Roma*) ſcribit *Iacob. Ptolome. in rep. d. l. admonendi, n.* 83. *per text. in dicta. l. ſi de poſſeſſione Bald. l. debitores Cod. defid. inſtrum. Ioan. Andre cap. accepimus eodem titul.* facit *reg. text.* ubi latè *Iaſ. in l. ſi quando, C. und. vi.* Iuxta quod etiam declarabis *l. Regiam in d. §. penultim.*

Sed & in hac materia, illud non eſt omittendum, quod ſi inſtrumentum deperditum reformetur ex depoſitione teſtium legitime, ſecundum ea quæ diximus, & citatis citandis, habebit executionem paratam in locis ubi inſtrumenta ipſa ex lege vel conſuetudine, paratam habuerint, & ita *Angel. in l. fin. col.* 2. *C. de edic. diu. Hadr. tol. argumento gloſ.* ibi communiter approbatæ, verbo depoſitionibus, ubi inſtrumentum factum ex depoſitionibus teſtium atteſtantium de teſtamento nuncupato, habet executionem paratam, ergo nimirum ſi & ſcriptura deperdi, & legitimè reformata: ſecus verò ante reformatam ſcripturam deperditam, quia tunc non audiretur allegans, & volens, etiam in continenti, probare perditionem ſcripturæ & petens inſimul, quod procedatur via executiva, ſed eſt neceſſarius libellus, & ita procedit doctrina *Bart. in l.* 1. *in fine principij, & §. & cū de hæreditate, in finiſſ. de ijs qui in teſt. del.* quem ſequitur *Felin. in cap ſicut col.* 3. *verſi. prima declaratio, de re judic.* & ita tandem [poſt habita diſtinctione *Alexand. dict. l. fin. nu.* 21.] hunc articulum reſolvit *Xuar. in l. poſt rem judicatum. ſuper declar. l. Regni ver.* 3. *& principaliter limito. ff. de re jud. n.* 5. *& 6. ex pag.* 592. & videtur ſine dubio veriſſima ſententia *ex l. noſtri Regni dict. tit.* 46. *§. pen. in novis dicto l.* 3. *tit.* 60. *§.* 6. ibi *faça fe aſsi como ſe o dito inſtrumēto foſſe produzido.* Iuxta quod declarabit omnino *l. Regni tit.* 16. *in princ. lib.* 3. *in novis libr.* 3. *titul.* 25. per quam inſtrumentis publicis ſtatuitur proceſſus ſummatus decem dierum, ut æque procedat, ſi propria inſtrumenta producantur, vel reformata legitimè ex depoſitionibus teſtium, quia fuerunt caſu deperdita & amiſſa, ut nuper reſolvimus. Conſilium eſt igitur, ut pars adverſa prius citetur ad reformationem ſcripturæ deperditæ, ſecundum *Bart. & Bald. in l. nuptiæ ff. de tit. nupti. Borrium deciſ.* 37. *n.* 6. *& Caſſan. de Burgund. fol. mihi* 387. *num.* 6. & ea reformata petatur executio.

Ex prædictis omnibus jam ſatis liquet, quid dicendum ſit in noſtra materia, ſi emphyteuticum inſtrumentum ſit deperditum: conſtat enim probari poſſe teſtibus duobus vulgaribus deponentibus de veritate contractus, & tenóre ſcripturæ atque amiſſione, alioquin ſi veritas contractus nequeat probari, quia teſtes non interfuerunt cum celebrabatur, & tenor ſolum probandus ſit, tunc teſtes debent eſſe periti: & ea omnia exprimere quæ ſupra diximus, & ita reſolves hunc articulum, quanvis *Iaſon. l.* 1. *num.* 64. *&* 65. *Cod. iſto titul.* non dilucide explicet, & referat *Salycetum* aſſerentem, quod ad probandum tenorem inſtrumēti, emphiteutici deperditi requiritur probatio quinque teſtium regātorum, id enim omnino falſum eſt jam dictis.

SUMMARIA.

1 *EDere inſtrumenta actori, an reus teneatur? & n.* 4. *proponitur oppinio contraria communem.*

2 *Edere inſtrumenta emphyteutica, an emphyteuta teneatur & n.* 4. *& oſtendere poſſeſſiones pro quibus ſolvit, & earū cōfines & qualiter hoc intelligatur, num.* 9.

3 *Inveſtitur eam feudi, an teneatur vaſſallus domino, & cōfines feudi oſtendere?*

4 *Inſtrumenta cōmunia reus teneatur edere, & quotupliciter dicātur communia.*

5 *Titulū ſuæ poſſeſſionis, an quis cogatur oſtēdere, explicata reg. l. cogi C. pet. hær.*

6 *Fiſco vel Eccleſiæ, an edere cogatur adverſarius inſtrumēta emphyteut. vel alia.*

7 *Edere, an teneatur emphyteuta inſtrumēta, ad replicationem, & an generaliter fiat editio ad replicandum.*

9 Em-

10 Emphyteuta, vel feudarius negantes emphyteusim, si communicantur de mendatio, an amittant jura sua.
11 Mētiatur, si in precio emphyt. vel falsū cōmittēdo, cōtendat, emphyt. esse perpetuā, cum sit temporalis, an amittat emphyteu.
12 Emphyteusim si quis confiteatur, nec tamen ostendat instrumentum, præsumitur finita, & an possit expelli.
13 Edere instrumentum cum cogitur emphyt. an dominus cogatur jurar. de calumn.
14 Edere an reus officio judicis cogatur, quando actor allegat amissionem instrum. & alia non suppetit probatio.
15 Edere emphyt. non tenetur, quando allegat amissionē, & quid in hoc præsumatur.
16 Emphyteuta edens, an possit petere à domino partem pretij, quo chartam illam à notorio redemit.
17 Edere, an teneatur emphyt. quanvis dominus posset se ex libro notarij informare.
18 Edere non tenetur emphyteuta, qui allegat se titulo juris munitum.
19 Editionem facere, quibus juris remedijs compelli possit emphyteuta.
20 Princeps, an cogere possit dominos terrarum, & vassallos, ut titulos suarum terrarum, & jurisdictionem, exhibeant.
21 Princeps habet intentionem fundatam in jurisdictionalibus, circa omnia quæ continentur sub finibus sui imperij.
22 Possessio nulla etiam (immemorialis) nec consuetudo juvat in hoc Regno, quoad jurisdictionalia, & num. 24.
23 Domini terrarum, & communitates, an habeant intentionem fundatam in jurisdictionalibus adversus subditos.
25 Possessio, etiam immemorialis, non juvat possessorem malæ fidei.
26 Differentia juris, circa jurisdictionalia inter Regnum Lusitaniæ, & Castellæ.
27 Spoliati si fuerint domini terrar. à Præside provinciæ, jurisdiction. suis, an statim restituātur licet titul. cōfestim nō ostēdāt.
28 Iure Regni, an cessēt illæ difficultates de cōcessione castri, an cēseatur cōcessa jurisd.
29 Princeps, an habeat intentionē fūdatā, quoad supremā potestatē jus reddendi, & justitiā exequēdi, & an hoc præscribi queat.
30 Præscribi, an possit ne appellet, ad principem.
31 Princeps, an possit concedere privato suam supremam jurisdictionem.
32 Princeps, an habeat intentionem fundatam contra omnes in juribus Regalibus, & quæ sint jura regalia & quæ Principi reservata remissivè.
33 Iura Regalia videntur Principi, quasi in specie concessa eo ipso, quod creatur Rex.
34 Iura Regalia, an videantur concessa, eo ipso, quod quis creatur dux.
35 Regalium simpliciter concessione facta, an veniant omnia jura Regalia, & an quibusdam expressis sufficiat dicere, & cum alijs juribus quibuscunque.
36 Iuræ Regalia, vel principi reservata, an præscriptione immemorialis possint acquiri, & quid de jure Regni.
37 Princeps, an habeat intentionē fundatā, circa loca inculta, & à nemine possessa.
38 Civitas vel castrum, an habeat intētionē fūdatā, circa omnia loca à nemine possessa quæ reperiūt. intra limites sui territ.
39 Princeps, an habeat intentionem fundatam in agris incultis, & à nemine possessis, existentibus tamen intra territorium alicujus villæ, vel civitatis.
40 Cōcesso castro cū suo territorio, an veniāt isti agri inculti, & à nemine unquā possessi.
41 Princeps, an possit revocare feudum, quod ipse dedit.
42 Civitas, villa, vel castrum, an habeant intentionem fundatā, quoad loca pascua.
43 Dominus Castri, vel villæ, quoad jurisdictionem, qualiter possit pascuis uti, & quid de jure Regni.
44 Dominus districtus, an habeat intentionem fundatam, quoad bona particularium, intra limites territorij existentia.

Quæstio Octava An emphyteuta teneatur ēdere instrumentum emphyteusis directo domino, & quando dominus habet intentionem fundatam contra vassallos & in quibus rebus?

SU-

SUPERIORI quæstioni vicina est hæc quæ sequitur, an emphyteuta teneatur ostendere domino directo emphyteuseos instrumentum, & confines emphyteutici fundi: pro quo solvit pensionem?

1 Videbatur non teneri ex regula generali, quod reus conventus non tenetur edere actori sua instrumenta, ad fundandam intentionem, *l. qui accusare. l. fin.* (secundum communem sensum) *Codic. de edend. c. 1. cum mater. de prob. Bover. sing. verbo, edito. n.* 3. quia nimis grave est, ut exhibeat arma cum quibus sibi bellum inferatur, *l. nimis grave C. de testibus* qua ratione, & alijs hanc regulam fulciunt *Emilius Ferret. n.* 36. & plenius ante eum *Alc. in l. 1. pag.* 92. & 93 *C. de edend.* ubi novissimè *Iulius Rondelinus col.* 96. cum seq. atque adeo, ut etiam si summariæ, & de plano cognoscatur, ac sola facti veritate inspecta adhuc reus édere non tenetur. *Bart. in Extravag. ad reprimendum, verbo, figura. Jason. & Alciat. pag.* 92. *in dicta l.* 1. imò & si causa depositi tractaretur, ut *d. l.* 1. quia licet causa depositi sit nimis privilegiata *l. penult. Codic. de posit.* ad probatio depositi non ita, sed & si sint acta publica, adhuc reus non tenetur edere nisi originale sit deperditum ex *Alexand. l.* 2. *num.* 4. *Cod. de edend.* quidquid dicat ibi *Deci. num.* 17. imò, & plerique dicunt, non incidere in peccatum, si reus instrumenta non edat ex quibus veritas negotij constet, ut ajunt *Anton. & Imol. in dicto cap.* 1. *uterque n.* 5. *Jason. dicta l. qui accusare numer.* 3. *Ripa l.* 1. *num.* 5. *Cod. de edend.* quod indubitabile videtur in casibus quibus quis non tenetur edere, quia legi adheret, cujus authoritas excusat maximè cum non sit improbata jure *Canonico cap.* 1. *de prob.* & vix posset practicari in hac materia remedium denunciationis Evangelicæ, quanvis *Anton. & Abbas in dicto cap.* 1. *num.* 20. *Alexand. dicta l. fin. n.* 15. admittant quomodo enim conscientiam adversarij malè effectam & læsam in edendo (lege non jubente èdere) poterimus probare? quia secreta conscientiæ solus Deus novit, & quod ait *Alciatus in l.* 1. 8. *causa, Cod. de edend.* delato jurejurando probationem fieri posse, non videtur tutum, sed de his satis.

Item non videbatur emphyteuta cogendus ostendere titulos suæ emphyteusis, ex alia regula, qua cautum est neminem cogi suæ possessionis titulum ostendere, *l. cogi Cod. de pet. hæred. cap. uno, ut Eccles. benefi.* & ubique doctores. * Etiam fisco ut *l. est decretum ff. de jure fisci Bart. & Plat. l.* 1. *Cod. de conductor. & locato præd. fisca. lib.* 11.

Sed his minime obstantibus receptius 2
est emphyteutam cogi èdere sua instrumenta emphyteutica directo domino, & illi suos titulos ostendere, & possessiones pro quibus solvit, atque earum confines quod si non fecerit, poterit judex decernere finitam esse emphyteusim, & consolidatam cum directo dominio, ita loquendo in Ecclesia respondit *Bald. consi.* 225. *quæstio est de terra lib.* 1. ubi loquitur tam de edendis instrumentis, quam etiam de declarandis confinibus possessionum, sequitur *Alciat. in l. fin. in fin. Cod. de edendo. Specul. de loca. §. nunc aliqua vers.* 141. & *vers.* 59. & 60. tenet *Jason. post Specul. & Angel. l.* 2. *numer.* 175. *Codic. de jure emphyteut. Bald. in lectura antiqua, & Jason. nu.* 8 *in l. si legatum, ff. de edend. Plat. in l.* 1. *C. de administ. Reipub. lib.* 11. *col.* 2. *Abbas consil.* 74. *duo principalia, col.* 2. *lib.* 1. *Paris. de reintegra: feud. fol.* 19. *num.* 2. *Rebuff. 2. tom. ad ll. Galliæ, tract. de const. reddit. pag.* 428 *numer.* 12. & hanc sententiam receptiorem esse scribit *Alciat. l.* 1. *Cod. de edend. pag.* 101. 6. *casu* * Suffragatur dictum *Baldi in l.* 2. *col.* 2. *Cod. quom. & quando judex,* ubi ait quod qui prætendit titulum in re aliena, quam fatetur alienam, cogitur ostendere titulum suæ possessionis, sequitur *Alvarot. cap.* 1. *col. fin. de controv. in vestitu,* & dicit valde signandum, & ex doctrina *Innocentij* confirmat. *Pala in cap. per vestras §. sed est pulchra dubitatio numer.* 48. *fol.* 132. *col.* 4. in parvis unde qui fatetur se emphyteutam alterius necessario cogitur ostendere illi titulum emphyteusis, quod etiam optime scribit *Petrus Belluga in Speculo Principum fol.* 146, *numer.* 17. *vers. si autem privatus*

post

post 10. *Fabrum* §. *præjudiciales num.* 34. *de actio. Chassan. de Burg. rub.* 3. §. 1. *glos. fin. ad fin. & in* §. 4. *in glos. aperst. in princip. & num.* 6. & 7. atque ita quotidie judicatur.

Accedit, quod etiam dominus potest 3 agere vassallum, ut demonstret sibi investituram feudi, ut *in cap.* 1. *de controv. investit. & confines feudi*, ut dicit *glos. in cap.* 1. §. *illud quoque præcipimus, de prohi. feu. alie. per Federi.* ubi latè *Andr. Isernia*, * *in* §. *insuper num.* 14. & *in cap.* 1. *de contro. inter mascul. & fœmin. de benefi. Pari. de reintegra. feud. fol.* 32. *num.* 9. *Bald. in cap. Vassallus si feudum, in tit. si de feud. fue contro.* & ibi *Iacob. bello Bald.* ubi optimè declarat *nu.* 7. *in* l. 2. quo & quando judex. * Idem *Baldus l. instrumenta num.* 9. *Cod. de fideico.* quem sequitur *Deci. consil.* 61. *col.* 3. & benè *Claudius Marme. in rep. l. naturaliter*, § *nihil commune, num.* 82. *ff. de acq. posse. & scribis infra q.* 38. *concordia* 22. (*Roma. consi.* 163. *constitutio curiæ col. fin.* remissive *Iason. l.* 2. *Codic. isto titul. num.* 175. & 173. *in fine*, *Alciat. in l.* 1. *Cod. de edend. pag.* 101. *in* 6. *casu*, nam qui dicit se vassallum, debet ostendere feudum, quia vassallus sine feudo esse non potest, ut *cap.* 1. *in fine de vassallo, qui contra constit. lotarij*, &c. & ita planè *Afflict. in dicto cap.* 1. *de contro. investi. numer.* 35. *versic. octav. Fallit. & num.* 36. & in emphyteuta similiter, quod teneatur ostendere rem, pro qua solvit pensionem domino, idem *Afflict.* ibidem *in vers. nono fallit*, ubi plura jura allegat ad hoc, si verò non ostendat & probet confines, tunc res omnes ipsius solventis emphyteuticæ præsumuntur, ut citando *Specul. & Albe.* firmat *Iason. dicta l.* 2. *nu.* 173. & *Alciat. in l.* 1. *pag.* 101. *Cod de edendo.* * & *in reg.* 2. *præsumpt.* 3. *falen.* 3.) in feud. *Bald. cap.* 1. *col.* 1. *de vassa. qui contro. constit. lot.*

Nec obstat prædictis, quod reus con- 4 ventus regulariter, non tenetur edere instrumenta actori, nam potest jure defendi contrarium, ut satis constanter fecit *Emilius Ferret. in l.* 1. *ex num.* 37. *Codic. de edendo*, quo loco respondet omnibus argumentis receptæ opinionis, & forsan rationem habet: quia consideratis fallentijs, quas ad eam regulam tradunt *Paulus dicta l.* 1. *col.* 2. *Iason. col.* 2. *in fi.* & 3. ubi *Ripa ex num.* 6. collegit sex causas, ex quibus etiam reus conventus cogitur edere, & octo causas melius & elegantius, ibidem *Alciatus ex pag.* 94. ad quas reducuntur, 14. fallentiæ, quas tradit *Socin. reg.* 112. & duæ quas tradunt *Iason. l. fin. num.* 2. *vers. limita nisi* ubi quoque *Alciat. Codic. iuo titulo de edendo.* certe regula ferè ad nihilum reducitur, & satius esset ex omnibus fallentijs regulam constituere, & uno tantum, vel duobus casibus, in quibus regula subsistinetur eam limitare, maximè, quod illa regula communis, quanvis juris & æquitati consona dicatur ab *Antonio Imperatore, in l. qui accusare, Cod. de edendo*, certe non videtur, sed plena iniquitatis & injustitiæ, quatenus permittit reo cellare sua instrumenta, ex quibus veritas potest manifestari, & jus suum cuique, tribui qui est finis juris civilis. Nec enim minus est occultare veritatem, quam dicere falsitatem *l.* 1. *cum glos. ff. ad le. Cor. de fal. c.* 1. *de crim. falsi.*

Sed quia, (ut dixi) non est recedendum 5 à receptis sententijs, melius respondetur illam regulam fallere hoc casu, quia instrumentum emphyteuticum, est commune ratione communis utilitatis, quæ utrinque versatur, secundum ea quæ diximus supra *q.* 2. *n.* 2. & omnia instrumēta quæ fiunt pro utilitate plurium intelligūtur, inter illos esse communia, & debent edi, ut est *text. in l. Prætor ait*, §. 1. *ff. de edend.* & ibi notant *Ang.* & omnes post *Innoc. in cap.* 1. *de prob.* ex quo intelligis non solum instrumenta edenda, quando sunt communia ratione proprietatis, ut *in l.* 5. *ff. fami. herci. notat & in cap. Si perpetuus de fid. instr.* vel communia ex natura negotij, ut libri rationum alicujus contractus, inter aliquos celebrati, *arg. l. quædam ff. de edend.* tradit *Socin. dict. reg.* 112. *numer.* 9. & 10. *Bover. singu. verbo, edito.* Sed, & si sint communia ratione communis utilitatis, ut in instrumēto emphyteutico quod est notandum ad illam materiam: quanvis, & aliam rationem

pro

pro editione emphyteutici instrumenti, portat *Alciat. l. 1. Cod. de edend. pag. mihi* 101. Porrò si instrumenta contineant utilitatem unius tantum, vivendus est *Curs. dict. l. 1. num.* 15.

6 Non obstat item alteram regula, quod nemo cogitur ostendere titulum rei quam possidet *l. cogi. Cod. de petit. hæred.* quia illa etiam regula fallit 20. casibus quos congessit *Matthæ. Afflict. in cap. 1. de contro. invest. ex nu.* 39. ubi hunc casum de emphyteuta, & feudatario [quod teneantur copiam suæ investituræ, & emphyteutici instrumenti facere, & rem pro qua soluunt ostendere, ponit pro octava & nona fallentijs, & comprehenditur hic casus in limitatione generali de actore habente intentionem fundatam, ut statim dicam. Quartam verò fallentiam, quod in beneficialibus cogitur quis ostendere titulum suæ possessionis, explicat elegantissime, ut omnia solet. *Præsul. Covar. in reg. possessor. 2. par. §. 10. numer. 9. fol.* 72. qui concinit alia fallentia quam posuit *Curs. Iunior. cons. 90. nu. 2. lib.* 2. quando videlicet jus commune resistit tali possessioni. Sed & aliam limitationem adde, quando actor habuerit intentionem contra talem possessionem, ut tradit *Pala* (omnino videndus) *in rep. cap. per vestras* §. 48. *n.* 49. & 47. ubi etiam, *nu.* 48. adducit quædam dicta *Baldi*, & *Innocentij*, quæ valdè conferunt ad propositum. *fol.* 32. *in parvis*, cui convenit hic noster casus de emphyteuta recognoscente dominum, ut teneatur illi ostendere suos titulos, habet enim tunc dominus fundatam intentionem contra eum, quo casu cessat *regula, dicta l. cogi. Paris. de reintegra. feud. fol.* 19. *n.* 14. *Platea. in l. 1. Codic. de admi. Reipub. lib.* 11. *col.* 2. *Bald. l.* 2. *n.* 8. *Cod. qu. & quando jud.*

7 Ex quibus relinquitur superior conclusio firma, atque ita indubitabilis, & multo magis si proponamus emphyteusim esse fisci, cujus favore receptum est, edenda esse instrumenta ab adversario, non solum emphyteutica, sed & alia quæcumque ad suam causam pertinentia, *l. nec quisque*, ubi *P. Castal. post alios, ff. de edendi.* alioquin subtracta creduntur, *l.* 2. §. *divus. ff. de jure fisci. Bover. in sing. verbo, editio, nu.* 8. latè *Ripa. in l.* 1. *num.* 11. *versic. quarta causa Codic. de edend.* ubi *Alciat.* etiam *pag.* 99. *versi. quartus casus. Purpur. num.* 2. ubi fatetur esse communem, & defendit *Ludovicus Gozadi*, ibi *ex num.* 9. quidquid patum caute scribat *Paris. de reintegra, feud. fol.* 17. *num.* 7. quo argumento idem in Ecclesia & alijs pijs causis receptius est ex *Ias. Ripa, Purpurat. Alciat. in d. l.* 1. *Soc. regul.* 112. *post Panor.* & alios communiter *in cap.* 1. *de proba.* si modo fiscus, & Ecclesia aliunde probare non possent, ex *Panor. dicto cap.* 1. *cui accedunt Alciat. & Ripa*, ubi supra *num.* 4. & probat *text. dicta l.* 2. §. *divus ff. de fisci*, & ita tenendum, quamvis *Ripa* hoc privilegium fisco nuncupatim concessum, invitus ad Ecclesiam trahat, & *Alciatus in l. justum Codic. edend. pag.* 169. nec fisco editionem faciendam concedat: nisi cum de bonis vacantibus agit, vel aliàs, de re numaria ex causis relatis *in l.* 1. *ff. de jure fisci.* quæ opinio semper mihi placuit, & optima ratione fundatur, de qua per eum. Sed tamen crebrior sententia, quæ in praxi servatur, tenenda est, qua retenta, nulli dubium, quod emphyteuta Ecclesiæ eidem teneatur edere instrumenta emphyteusis quam Ecclesia habet, cui sententia convenit doctrina *Innocent. in cap. ad nostram de jurejurando* ubi eleganter dixit, eum qui tenet rem cujus proprietas est Ecclesiæ, cogi ostendere titulum possessionis, meminit *Afflict. dict. cap.* 1. *de contro. invest. num.* 36. *fallen.* 3

Item, & 2. prædicta communis opinio absque dubio procedet in omnibus illis casibus, quos supra *numer.* 4. remisivè memoravimus, in quibus reus edere sua instrumenta actori tenetur; multo enim fortius tenebitur edere emphyteuta domino directo in eisdem casibus.

Unde ad replicationem fundandam sine dubio tenebitur emphyteuta edere domino instrumenta. Nam si tenetur edere ad actionem, multo fortius ad replicationem, cum præsertim actor in replicando vices rei sustinet, *l.* 1. *de exceptio* & ita receptius generaliter, in quibuscumque casibus, ad replicationem teneri reum actori

tori èdere instrumenta quam opinionem defendit *Andra. Alciatus l. fin. verbo originem Codic. de pactis*, à qua non esse recedendum ait, & bene, nam praxis eam admittit, quanvis aliqui in contrarium disputent, quo circa emphyteuta non est dubium, quod ad replicationem teneatur èdere, similiter, & censita, & feudatarius, quas quæstiones ponit, sed non resolvit *Pariſ. de reintegr. feu. cap. an vaſſallus num. 15. & 16. fol. 19. col. 3.*

9 Verùm predicta communis opinio multipliciter debet declarari, & 1. procedit quando emphyteusis non negatur: vel aliàs constat vasallũ seu emphyteutam esse, voluit *Alciat. l. 1. 6. casu Cod. de eden. per gloſ. dict. cap. 1. §. illud de probi. feud. alienat.* per *Feder. & in l. 2. verbo, jurata, Cod. quando, & quib. quart. part. deb. lib. 10. Platea in l. 1. Cod. de admimſt. reipub. lib. 11. col. 2.* Habet enim tunc dominus directus fundatam intentionem contra illum, ut dixi *ſupra numer. 6.* alioquin si neget se emphyteutam illius qui hoc postulat, certè non cogetur èdere: nec copiam suorum instrumentorum facere, per regulam, *l. qui accuſare, & l. fin. C. de eàend, & l. cogi. C. de peti hæred.* ita *Angel. l. Prætor aut. §. 1. num. 1. ff. de edendo* post. *Bald. in lectu. antiqua in l. ſi legatum, ff. illo tit.* ubi quoque idem tenet *Iaſon. nu. 8.* idem *Iaſon. l. 2. num. 175. Codic. iſto titul. Rebuff. ad ll. Galliæ, 2. tom. tract. de conſtit. redit art. 2. gloſ. una num. 12. Boer. de conſuetud. feud. §. 12. & 14.*

10 Quod si dominus directus conveneat emphyteutam negantem de mendacio, vel etiam vasallum, eo ipso amittetur feudum, vel emphyteusis, ut est *text. in §. fin.* & ibi *Afflict num. 1. in titulo de lege Coradi. & text. in cap. Vaſſallus ſi feudum* ubi etiam *Afflict. numer. 1.* declarans, *& num. 11. in titulo ſi de feudo fue. controver. Afflict. cap. de controv. inveſti. numer. 35. in fin. Iaſ. l. 2. C. de jur. emphyt. nu. 85. & 86. 87. Pariſ. de reinteg. feud. fol. 19. nu. 15. Ripal.* quod te mihi, *num. 51. ff. ſi cert. pet. & in l. privilegian. 25. ff. privi. cred.*

11 Accedit, nã & vasallus occultans protocolum investituræ feudum perdit, ut per *Afflict. in dicto cap. vaſſallus ſi feudum nu. 14.* ubi etiã declarat, quomodo probetur talis occultatio, quibus cõcinit, quod & si duntaxat in pretio mentiatur, ut solvat minus laudemium, amittit emphyteusim, ut per *Iaſ. l. 2. n. 21. C. iſto titulo* & plenè *Lud. Gozad. conſi. 47. viſis inſtrumentis, num. 7.* & idem si falsum committendo, asserat emphyteusim esse perpetuam, cum re vera sit temporalis, ut nuper me advocante fuit judicatum in Senatu. Caveant igitur emphyteutæ, ne jus emphyteuticum negent, quia in promptu sui utilis dominij periculum incident.

Imò verò, licet quis confiteatur emphy- 12
teusim, neget tamen se habere emphyteuticum instrumentum: ex hoc ipso, poterit in continenti per dominum expelli: quia præsumitur emphyteusis finita *arg. l. ſi ſervus, C. quod cum eo.* ita notabiliter scripsit *Bald.* (quem refert & sequitur ibi *Angel.*) *in dict. l. prætor ait §. 1. n. 1. Iaſ. dict. l. 2. n. 175. & in d. l. ſi legatum, n. 10. D. Segura in l. Imperator, fol. 65. colu. 4. in princ. ff. ad Trebe.* cujus sententiæ non meminit *Alc.* (aliter hanc rẽ definiens) *in l. 1. pag. 101. verſi. quod ſi juratus C. de edendo Pariſ. de reintegra feud. fol. 19. colu. 1.* nisi, qui negat se habere instrumentum, allegaverit se per 30. vel 40. annos canonem emphyteuticarium solvisse: quia tunc præsumetur emphyteusis perpetua secundum eundem *Angel. & Iaſonem* in locis citatis, *& in l. 2. quæſtion. 6. Plate. l. 1. Codic. adminiſtr. reipub. lib. 11. in fin. & Panorm. conſi. 74. duo principalia, col. 2. lib. 1.* ubi saltem hoc casu inquit se *Baldo* non consentire, & certe non videtur *Baldus* rectè docuisse præsertim circa instantaneam expusionem, propter non ostensum statim titulum emphyteusis, imò & illud quod *Angel.* & alij scribunt de præsumpta emphyteusi, pleniori indiget discussione: nec enim puto sic docendum, ut dicam in quarta parte.

Secundo principaliter declara prædi- 13
ctam communem sententiam, dummodo dominus, qui petit instrumentum emphyteuticum sibi edi, juret prius de calumnia, hoc est, se non malo animo, & ca-

lumniandi gratia petere, sed juris sui conservandi, ac tuendi. ita enim loquitur *Specul. de emphyteusi, versicul.* 141. *Paris. de reintegra feud. dict. fol.* 19. *col.* 1 *Iason. d. l.* 2. *numer.* 175. *& in dicta l. si legatum. n.* 8. & est necessaria declaratio, ut lite præcidantur: quia facile, ostensis instrumentis, excogitabit dominus directus [ut sæpe evenit,] ac machinabitur causas, ad expellendum miserum emphyteutam, cõfirmatur hæc praxis ex eo quod interpretes nostri, in alio articulo, concludunt de actore, qui allegat se instrumentum amisisse: nec aliunde suppetere sibi probatio-
14 nem, nisi reus èdat: inquiunt enim officio judicis reum èdere cogendum, si modò actor juraverit se non calumniæ causa æditionem pètere, quod ita communiter receptum firmat *Alciatus l.* 1. 8. *casu. C. de edend. Dicimus cap.* 1. *de probation. nu.* 31. *ad fin. Rota nova* 213. *aliàs* 218. voluerunt *Paul. numero.* 4. *Socin. l.* 1. *numer.* 10. *Alex. l. fin. num.* 22. *Socin.* 7. & ibi *Iason. numer.* 3. *Codic. eod.* quidquid contradicant *Abbas numer.* 12. *Aretin.* latissimè, *& Felin. col.* 6. *fallen.* 5. *in dicto cap.* 1. *Ripa dicta l.* 1. *numer.* 9.

15 Tertio declara, nisi emphyteuta alleget instrumentum emphyteusis amisisse, nec enim tenebitur èdere, quod non habet si modo id non de industria, & consulto factum sit, quod in dubio credendum est, ne præsumamus in malum, *juxta regulam estote misericordes de reg. jur.* in antiquis & maximè in facto antiquo, & quando quis jurat se non habere, ut *Parid. de re integra. feud. fol.* 19. *numer.* 6. Nam si de industria, & data opera amissum instrumentum probetur, aut occultatum: stabitur juramentum damnum ob eam rem passi, ut diximus *quæstione supra proxima fol.* 42. *col.* 3. ubi videas: & sicut incidet in pœnam caducitatis *arg. l. si de possessione Codic. de probat.* cum notatis per *Paul. l. fi. num.* 4. *Codic. de postul.* Quando autẽ verũ fuerit instrumenta emphyteusis non dolo, non malignè deperdita, emphyteuta intenderit probare tenorem suæ emphyteusis, seu investituræ, poterit utique, secundum ea quæ diximus, *quæstione* supra *proxima n.* 38. & si dubitetur, non de veritate emphyteusis, sed quæ species concessionis fuerit ex qualitate solutionis presumemus formam concessionis, ut ait *Bald. l. si certis annis col.* 3. *Codice de pactis, Ias. l.* 2. *Codice isto titulo numero* 174. conferunt, quæ tradidimus supra *quæst.* 1. *n* 9. tradidit *Paris. de reinteg. feud. fol.* 23. *n.* 2.

Quarto declara emphyteutam qui suum 16
emphyteuseos instrumentum èdere cogitur, posse â domino directo petere partem pretij, quod solvit notario pro illo instrumento, id quod generale est in omnibus casibus in quibus fit editio proprij instrumenti, ut voluit *Alciatus l. qui accusare* super *verbo alienorum, pag.* 161. *Codic. de edend, Alexand. l.* 2. *num.* 4. *Cod. isto tit. arg. l. fin. Codic. de bo. author. jud. pos.* esset iniquum, ut instrumentum à tabellione propria mercede redemptum, quis gratis alter èdat, sed id in foro postulari non video, quod fortassis erit, quia instrumenta è libro notarij abstracta modico pretio constit.

Quinto intellige, emphyteutam êdere 17
cogi suum instrumentum, licet maximè dominus directus possit ex protocollo notarij, seu libro publico, quod vulgo appellatur *Notarium*, de emphyteutico contractu plene informari & de jure suo certior fieri hæc enim est omnium mens communis in locis citatis, alioquin si aliunde non posset de jure suo, instrui, quam ex instrumento emphyteutæ, tunc alia juris ratione cogeretur empyteuta êdere sicuti quivis alius ex traditis per *Alciat*, post alios *in l.* 1. *in* 8. *casu Codic. de edend.*

Sexto declara, nisi emphyteuta jussus 18
êdere emphyteutica instrumenta, asserat se duntaxat titulo juris esse tutum ex tempore longissimo quæsito, vel alleget præsumptam emphyteusim: tunc enim non cogeretur èdere instrumentum, quia præscriptio tantum tribuit, quantum expressa conventio cum omnibus necessarijs qualitatibus tribueret, ut habetur post *glosam l.* 1. *Codice de servit. Socinus consilio* 47. *libr.* 3. *quæstione* 4. *Tiraquel. de primogen. quæstion.* 30. *numer.* 2. similiter 19
& præsumptio juris æquivalet probationi

per

ni per instrumentum, ut diximus *quæst.* supra *proxima num.* 33. *l. quicunque* ubi *glos. juncta l.* 1. *C. apoch. pub. li.* 10. latè *Alciat.* & addit *de præsumpt.* 3. *par. n.* 3.

19 Sed opportunè jam quæritur, quo jure editio petatur, & quibus remedijs in foro agendum sit contra emphyteutam detractantem editionem, quaque pœna sit ille afficiendus? & ea de re adeundus est præ cæteris *Andreas Alciatus post Ripam*, & alios *in l.* 1. *pag.* 105. *Cod. de edend.* & idem ipse circa remedia contra detrectantem *in l. fin.* super *verbo, fundari, pag.* 193. *Cod. eodem*, ubi in nostra materia, inquit, quod si emphyteuta domino directo instrumento nolit edere, poterit judex finitam esse emphyteusim judicare, *ex Bald. consi.* 225. *volu.* 1. quod sane post indictam comminationem intelligendum est. Sed & poterit comminari, ne amplius illi instrumento fides detur, juxta doctrinã *Innocent. cap. G. perpetuus de fid. instr.* quam latissimè exornat nova additio *Mathæi in sing.* 40. *ex num.* 22. & in nostris terminis dixit *Bald. cap. vassallus, de contro. investi. Paris. de reintegr. feud. fol.* 19. *num.* 19. sed usitatior est prior comminatio, & de his hactenus.

20 Illud nunc videamus, an jure faciat Princeps seu Rex, citando Ducem, Commitem, seu Baronem, aut alium vassallum, ut castrorum seu terrarum, quas possidet titulos exhibeat; & *Bart.* post *Andream Barulum l. prima* per illum *text. C. de conduct. procur. rerum fisca. libr.* 11. scripsit, prædictos non cogi titulos suarum possessionum exhibere, sequitur *Jason. l.* 2. *num.* 176. *Cedic. isto titulo. Palatios rubios.* ubi plures eandem opinionem secutos refert *in rep. cap. per vestras* §. 48. *incip. sed est pulchra dubitatio, numer.* 46. & 47. *fol.* 132. *col.* 4. *de donation.* alibi verò *Panor. in cap. nimis de jurejurand.* scripsit quod Reges, Duces, & alij domini temporales, non habent intentionem suam fundatam super rebus singularibus extantibus in eorum dominio, nisi aliter probent: unde consequens est non teneri titulos earundem rerum, quas possident exhibere, accedit id quod allegando alios scribit *Rebuff. ad ll. Galliæ de constit.* reddit *artic.* 2. *glos. una. n.* 24. *pag.* 429. non valere præceptum *Baronis*, vel alterius domini præcipientis singulis subjectis, ut recognoscant terras omnes, quas in territorio habent esse de ejus superiori domino, & forsarí feudales, vel emphyteuticas, quia non habent intentionem fundatam in dominio singularum rerum in particulari. Sed quia hic articulus lentius examen requirit, aliquot adnotatis illum examinabo.

Prima conclusio generalis sit, quod respectu jurisdictionis, Princeps seu Rex, habet intentionem fundatam, ut omnia quæ continentur sub finibus sui Imperij, vel Regni subsint ejus jurisdictioni, ita procedit, & intelligitur doctrina *Hostiensis in capit. si diligenti de præscriptionibus* quem sic idem declarat *Tancredus, not.* 2. & latissimè *Henricus Zoch. Bart. l.* 1. *in fin. ff. de jurisdictione*, ita etiam tenet *Chassan. in consuet. Burg. rubric.* 9. §. 4. *n.* 5. *versic. aliquando & tertio fol.* 303. *col.* 4. *in fin. Montalvus in l.* 5. *tit.* 28. *part.* 3. *Alciat. l.* 1. *num.* 15. *ff. de acq. possession.* & vir doctissimus *Franciscus Avilensis, Monbeltran. in suo libro Prætorum cap.* 1. *num.* 47. & *num.* 13. *Palat. in dicto* §. 48. *n.* 47. sed & *Petrus Avendanius* Iurisconsultus præclarus *in lib.* 1. *de exequendis mandatis, Regnum Hispaniæ, capit.* 4. *num.* 3. & *num.* 5. *versic. & in quantum, text. cap.* 1. §. *judices*, §. *ad hoc. de pace jura. firmam. glos. verbo, districtu in clem. pastoralis de re judic.* notatur *in l. bene Cedic. quando præscrip. & in l. de precatio ff. ad l. Rhodi.* & stat ratio in promptu, quia de jure regimen reipublicæ manet uti in fonte, & origine apud Principem, juxta *cap. in apibus 7. quæst.* 1. & à Principe tanquam è fonte manat, ac derivatur jurisdictio in alios, ut *Alex. l.* 1. *nu.* 35 *Bald. l. mere ff. de jurisd. & in d. c.* 1. §. *injurio in prin. c. col.* 4. *de pac. jur. fir.* latè tradit *Th. Grem. voto* 28. *Felin. in rub. de appell. num.* 4. *Soares alleg.* 7. post *Alex. cons.* 16. *lib.* 5. *Avilen.* ubi supra *num.* 13.* & sicut radij solis non possunt à sole separari, ita nec jurisdictio à Rege, ut per *glosam dicta l.* 4. *titul.* 1. *libr.* 2. *ordinat.* post *Montalv.* qui ita loquitur *in*

reperto. verbo jurisdictio, fol. 64. col. 4. & nec minimum jurisdictionis potest quis habere sine Regis authoritate, ut ait glos. dicta l. 4. unde ex prædictis palam est quod Princeps habet intentionem fundatam, contra omnes, qui prætendum habere jurisdictionem in suo Regno, & poterit jure optimo dominos terrarum, & castrorum, jurisdictiones exercentes compellere, ut ostendant suas donationes regales, seu tit. earumdem jurisdictionum, nec debet audiri advocatus contrariũ asserens, ut inquit Bor. decis. 8. & loquens de Regno, & Principatu Castella. Avend. d. c. 1. n. 7. * Palat. in c. per vestras, §. sed est pulchra dubitatio n. 47. vers. hoc procedit fol. 132. col. 4. ubi bene confirmat,) & Covar. in q. pract. 1. n. 9. ubi latè comprobat * & est optima l. 4. tit. 1. lib. 2. Ord. Castellæ ubi disponit quod etiam prælati habentes jurisdictionem in aliquo loco Regis tenentur ostendere titulum illius, quia Rex habet intentionem fundatam, quantum ad jurisdictionem etiã contra illos, c. quo jure 8. dist. & jurisdictio totius Regni spectat ad Regem l. 6. & 7. tit. 7. lib. 1. Ord. tenet etiam P. Belluga in speculo Princ. rub. 24. fol. 129. n. 8. ubi dicit post Bald. & alios quos allegat quod Princeps in omnibus Regnis suis est Monarcha, & dominus, quoad jurisdictionem generalem, & protectionem] id quod in isto inclito Regno Lusitaniæ compertissimum est, adeo etenim Rex noster invictissimus habet intentionem fundatam, circa concernentia jurisdictionem, quoad omnia sita intra fines Regni, ut nulla possessio etiam immemorabilis in contrarium sufficiat, imó sit damnata, & reprobata penitus, ut statuit expressa l. Regni lib. 2. tit. 26. §. 53 in novis lib. 2. tit. 45. §. ult. proinde in isto Regno cessant omnia quæ de præscriptione jurisdictionis, attento jure communi, & Regio Castellæ, tradunt latè idem Covar. in reg. possess. 2. par. §. 3. & Petr. Avend. lib. 1. cap. 1. & Avilen. dicto cap. 1. ex num. 8. plenius P. Belluga in speculo Principum rub. 22. fol. 109. cum seq.

Cui assertioni consequens est, ut domini terrarum aut cõmunitates, non habeãt in 2
tentionẽ fundatam in jurisdictionalibus adversus suos subditos & in rebus situatis intra suum territorium, nisi tit. damnationũ, privilegia seu sententias latas in supremo Senatu ostendant illarum jurisdictionum quas sibi competere aiunt, & ita in Regno judicatur quotidie quidquid jure communi, plures citando, scribat Avilens. d. lib. 1. c. 1. col. 2. in fin. cum seq. Abb. & alij c. si diligenti de præscrip. imò verò magis pœnis afficiuntur, atque adeo jurisdictionum privatione, qui sine Regia donatione & legis timis titulis jurisdictionem aliquam exercent, ut probat dict. l. Regia dicto tit. 26. §. 53. in novis dicto tit. 45. §. 55. licet maximè illi possessores causentur se consuetudine, aut immemoriali possessione illarum jurisdictionum munitos, cum ea damnata & reprobata sit à l. & consequenter non prosit data n. incapacitate possidentis, 24
nulla præscriptio juvat possessorem, ut tradunt Ioan. And. & Monac. c. 2. de præscri. lib. 6. cum multis alijs quos refert & sequitur Bald. de præscriptione 2. part. 3. partis princ. vers. 6. quæro num. 23.

Præterea in regno, quoad jurisdictionalia, quicumque non habet tit. à Rege cen- 25
setur esse male fidei possessor, quod patet, quia pœnis legis afficitur, at possessio malæ fidei neminem tuetur, ut in reg. possess. lib. 6. etiam immemorialem possessorẽ, ut est glo. & ibi Francus col. fi. in cap. 1. verbo, nisi de præscript. lib. 6. Aflict. decis. 368. Anto. c. decis. 4. num. 7. & est communis opinio secundum Alexand. in l. cum aliquid Codic. de jure delib. quam cum pluribus, & contra plures, tutatur Episcopus Segobiens. vir omni laude dignus in eadem reg. possess. 2. part. §. 8. num. 4. Et hæc ita in hoc Regno Lusitaniæ.

Sed in Regno Castellæ id ipsum est, ut non præsumatur pro dominis terrarum, nec pro communitatibus, quod habeant intentionem fundatam, in jurisdictionalibus in suo territorio: differunt tamen quia in Principatu Castellano, sufficit an obtinendam jurisdictionem consuetudo centenaria, aut etiam quadraginta annorum, ut plenè tradit Pet. Avend. vir in praxi peritissimus, dicto tractatu de exequen. mandatus, cap. 1. fol. 10. & Covarruv. d.

reg.

reg. possessor. 2. par. §. 3. At in hoc Regno Lusitaniæ, nec consuetudo aliqua, nec possessio, quantunvis immemorialis sufficit, imò sunt expressè per legem reprobaræ, nec aliquis in jurisdictionalibus habet intentionem fundatam, nisi ipse Princeps quia est caput Regni & justitiæ, & ille qui ab eo causam habuerit, hoc est expressum *tit. privilegij, seu donationis*, aut sententiã latam in senatu à judice causarum, & jurisdictionis Regalis, qui solus est judex competens *lib.* 1. *tit.* 7. *Ord. in no. li.* 1. *tit.* 8. Imò & si a Regijs magistratibus quis fuerit spoliatus possessione jurisdictionis, cujus statim non ostendit titulum Regium, non restituitur, quia quando lex reprobat possessionem,* sive titulo) & cum decreto irritante, ut facit lex nostra Regia, non datur restitutio propter infectam & damnatam possessionem, ex *Rot. antiquiori.* 4. & *antiq.* 56. & *nova* 16. *sub titul. de restitut. spol.* & ideo est quod in beneficijs reservatis non datur restitutio spoliato, quia effectus possessionis sunt cassati, & infecti, juxta illas *decisi. & Abbas cap. in literis nu n.* 23. *de rest. spol. Æneas de reserva. effecta* 10. *Navar. cap. accepta. oppo.* 10. *de rest. spol.* communis secundum *Ripa. in* §. *nihil commune num.* 82. *Ant. Gab. lib.* 5. *de rest. spolia. concl.* 1. *num* .68. quidquid *Aret.* ibi *col. pe.* Accedit quod tenens feudum, cujus possessionis est incapax, quia manceps, vel alias inhabilis potest spoliari possessione ipsius nisi in promptu ostendant dispensationem, ita *Iser. in summa de violent. l.* 1. *ad fin. Avil. li. præto. c.* 1. *fol.* 12. *col.* 2. * facit quia in ijs quorum possessio non potest haberi nisi à superiore, quæstio possessoria dicitur habere ad mixtam causam proprietatis, ut ait *Bellamera decis.* 49 *in cipit, agens possessorio*, ponit exemplũ, *Parisius. cons.* 98. *n.* 16. *lib.* 2. in aliquot feudalibus, & in emphyteuticis rebus Ecclesiasticis, & in hoc Regno est optimum exemplum in jurisdictionalibus, cæterum in hujusmodi possessorijs habentibus mixtam causam proprietatis, non habet locum regula spoliatus ante omnia, ut per *Bal. Alexand. fallen.* 4. *in dicto* §. *nihil commune per text. l.* 2. §. *quondam, ff. de interdictis*, & in feudis scribit *Afflict. in const. Neap. in rubrica. ut nullus offic. cog. aliquẽ ad ostens. titul. suæ possessionis numer.* 3. unde necessum est ijs ut quis ostendat titulum verum, aut saltem coloratum secundum *Beroi. quæst. famil.* 4. *numer.* 5. aliàs non restituetur contra spolium Principis, facit item, quia quando jus commune non solum facit contra spoliatum petentem restitutionem possessionis, sed adhuc stat pro possessione spoliantis, non fit restitutio spolij, ut est *text.* secundum communem intellectum, *cum glos.* ibi *verbo, eundẽ clericum in cap. ad decimas, de rest. spol. lib.* 6. *Iason.* §. *nihil commune numer.* 47. & *Ripa* ibi *numer.* 78. Doctor *Navar. dict. oppo.* 10. *numer.* 21. & alij relati ab *Anton. Gabri.* ubi supra *nu.* 107. atqui petit restitutionem possessionis jurisdictionis non ostenso titulo hauet jus Regni contra se (quod apud nos jus commune est secundum *Palat. in rub. fol.* 1. *col.* 4.) & sic se ipsum excludit à possessione titul. & Rex à quo petit restitutionem habet idem jus pro se quia habet intentionem fundatam jure Regio in jurisdictionalibus, ut diximus supra *n.* 21. igitur non debet restitui.

Sed ex prædictis consequitur de jure Regni cessare omnes controversias interpretum digladiantium, an concesso Castro à Principe censeatur concessa jurisdictio, merum, vel mixtum imperium, quam rem distincte resolvit. *R. Præsul. Segob. in q. pra.* 1. *num.* 10. usque ad finem distinguendo an sit annexa jurisdictio castro, necne. vel tanquam membro alterius villæ aut communitatis: cessant enim illa omnia inspectis legibus, & stilo Regni, secuudum quem nisi de expressa concessione jurisdictionis constet, nunquam censebitur concessa, nec poterit donatarius ea uti, & ideo donationes Regiæ nuncupatim in donationibus castrorum, aut villarum, de jurisdictione, & mero, & mixto imperio mentionem faciunt, cum alioquin non venirent, & hoc jure utimur. 28

Cõsequitur item ex prædictis, multo magis sine dubio. Principem habere fundatam intentionem in suo Regno quoad supremam potestatem jus reddendi, & justitiam 29

exequendi, ut voluit *Gloſator Montal. in l. 2. tit. 7. lib. 1. for. in gloſ.* præſcribitur contra Regem, *col.* 1. & 2. *Monbeltranus in d. lib. Prætorum, cap. 1. num.* 14. nec mirum, nam licet de jure communi, juriſdictionalia poſſunt præſcribi, ut latè *Bald. in rep. l.* 1. *Codic. de emancip. libe. Innocent. cap. cum dilectus, de cap. mo. Covar. & Avend.* latè ubi ſupra, & plures quos congerit *Monbeltran. dicto cap. 1. num.* 8. at certè ſuprema juriſdictio nullatenus poteſt præſcribi, *argum. l. competit. Codic. de præſcript.* 30. *annorum* tradit *Ioan. Andr. cap. 1. de cler. ægrot. lib. 6.* & inde eſt quod non poteſt præſcribi ne appelletur ad Principem, quia
30 hoc ad ſummam juriſdictionem pertinet, ut ait *Bald. Authen. quas actiones num.* 4. *verſ. Codic. de Sacroſ. Monbeltra. dicto cap.*
31 *1. n.* 11. imò nec Princeps poterit, licet maximè velit, concedere privato ſuam ſupremam juriſdictionē, ut per *Baldum l* 1. §. *in initio, ff. de offic. præfec. urb. nu.* 6. *Bar. l. prohibete* §. *plenè, ff. quod vi aut clam.* quia eſſet imperium eviſcerare, & deſtruere, ut aliàs dixit *Bald.* (*de Principe donāte claves ſui imperij*) *in c. licet cauſam, num.* 7. *& in tit. quid ſit inveſti. lib. feud. de prob. &* 2 *Hiſpa. dicto c.* 1. *num.* 10. unde conſequens eſt quoad ſupremam juriſdictionem, Princeps habeat fundatam intentionem contra omnes in ſuo Regno, nam ſi nec præſcribi contra Principem, nec donari à Principe poteſt, certè apud neminem niſi penès Principem conſiſtere poteſt * optimè reſolvit *Per. Bellugin ſpeculo Principum ac juſtitiæ rub.* 1. *de curia num.* 6. ubi latè inter alia allegat ad hoc *text. ſingularem in l. legatus ff. de offic. procon.* & quod ſcribit *Bald. in tit. de nova forma fidelita.* & Princeps nequit à ſe expropriare illam ſupremam juriſdictionem: unde licet Comes aut Baro juriſdictionem habeat altam, & baſſam, ut doctores locuntur in ſua Baronia, aut Comitatu quod nos dicimus merum, & mixtum imperium, tamē non eſt verum quod dominus Rex nullam juriſdictionem habeat in eis, ut per eundem *in rub.* 24. *fol.* 129. *num.* 7. *ad finē & fol.* 113. *n.* 59. cum ſequentibus, & eſt ſine dubio verâ hęc illatio maximè *jure Regni lib.* 2. *tit.* 26. §. 53. *in novis lib.* 2. *tit.* 45. §. 8. ubi in juriſdictionalibus, nemo habet intentionem fundatam niſi Rex ipſe, & dicetur in exordio *dicti tituli in novis dicto titulo* 45. *in fine principij. Que a mais alta ſuperioridade, & Real ſenhorio q̄ o Rey tem em todos ſeus ſubditos, & naturaes eſtantes no Reino* sēper in omnibus cēſetur reſerva a.

Secunda concluſio, in juribus regalibus 32
Princeps ſeu Rex, habet intentionem fundatam, ut niſi vaſſallus oſtendat titulum, ſuæ poſſeſſionis, poſſit ſtatim expelli, nam cum ea ſoli Principi competant, ut *in tit. quæ ſunt Regalia lib feudorū, & lege Regia lib. 2. tit.* 15. *in novis lib.* 2. *tit.* 26. meritò quiſquis ea poſſidet, debet *titul.* ſuæ poſſeſſionis exhibere, ex his quæ diximus in ſuperiore concluſione: alioquin expelli *Lucas de pena*, latè *in l. quicunque C. de fund. limitro. lib.* 11. *& Frāciſ. Avilenſ. Mōbeltran. in dicto cap.* 1. *num.* 18. * & ante cum optimè *P. Belluga in ſpeculo prin. rub.* 28. *de præconijs factis de docēdo titulos poſſeſſionis, numer.* 15. *verſ. nunc. pone fol.* 246.) bene comprobatur ex ſcriptis per *Curſi. Juni. conſil.* 90. *numer.* 2. *lib.* 2. *Palat. in cap. per veſtras*, §. 48. *ex num.* 47. *Jura* verò *regalia*, 25. enumeratur *in d. tit. quæ ſint Regalia*, ubi *Præpo. Afflict.* & alij & habetur 1. *Reg. cap.* 8. & per *Bald. in tit. epiſcopum vel Abbatem in princip. col.* 2. & plura alia in prędicta *lege Regia.* Quæ verò ſoli Regi ſeu Principi competunt, vel ſunt reſervata congeſſit *gloſ. cap. quod translationē de offic. legati*, alia multa *ſpecul. tit. de legat.* §. *nunc videndum eſt*, alia etiam poſuit *Bald. l. reſcripta, Codic. de princib. impe. offeren. col.* 3. *& in l. imperium. numer.* 4. *ff. de juriſd. omni jud.* ubi *Ludo. Roma* poſuit quinquaginta caſus *Boſſius titul. de regalibus n.* 29. Sed & *Afflict.* poſuit 126. caſus *in dicto titul. quæ ſunt regalia ex numer.* 1. * explicat *P. Belluga in ſpec. Principum rub.* 28. *fol.* 145. *nu.* 8. Poterat etiam addere omnia privilegia fiſci, quorum 75. ipſe conglomeravit *in cap.* 2. *numer.* 15. *de fratri. de novo benefi. inveſti.* & alia propemodum infinita quæ poſt *Bald. l.* 1. *Codic. de hære. velac. vend.* congeſſerunt *Luca, & Laudem, & Boſſius in*

ſuis

suis tracta. de fisco, & Princip. & Restau. Castal. de Imperat. Dueñas latè *in reg.* 174 Sed est labor inanis congerere, quæ specialiter Principi competunt, cum possibile sit, sub potestate Regis cadere universa, præsertim cum ipsi interpretes tam juris civilis, quam Canonici, tantum principibus tribuant, ut supra jus, & contra jus posse dispensare pro libito, dicant: imò, & mutare quadrata Rotundis, insanientium magis, quam juris prudentum loquella videtur. Præterea inconcinum est, dum de juribus Regalibus agitur, conglomerare omnia quæ Princeps potest, ut faciat *Afflict.* ubi supra quia non omnia quæ Princeps potest, sunt jura Regalia. Sed de illa tantum de quibus *in tit. quæ sint Regalia*, alia enim ad potestatem Regiam pertinent, non ad jura Regalia. Competunt verò illa Regalia sicuti Imperatori, per *cap. 1. quæ sunt Regalia*, ita cuilibet Regi in suo Regno, ut per *Bald.* & Doctores *in d. cap. 1. quæ sint Rega. Corset. de potestate Regia* 33 *q.* 49. cum sequentibus videntur illi quasi in specie concessa, eo ipso quod creatur Rex, ut per *Bald. d. c. 1. vers. ulti. nota. Corset.* ubi supra *Ægidium Bossium tit. de Regalijs, pag.* 970. ubi adhuc addit, quod 34 etiam eo ipso quod quis creatur Dux, competunt illi Regalia, & omnia alia Principi reservata in eo Ducatu, quam sententia indistinctè non puto veram nisi cũ erigitur quis Dux vel Rex, & non recognoscit superiorem alioquin si quis creatur Rex vel Dux à Papa, vel Imperatore, non crediderim, saltem in creatione Ducalis dignitatis, illa concessa, quidquid dixerit *Felin. cap. cum nobis col. 2. num. 6. vers. tertia declaratio. de præsump.* ubi alios citat. *Iacobinus in sua investitura feudali col. 1. vers. dubitatur, & col. seq. Bossi.* ubi supra & iterum *num.* 23. etenim cum soli Principi competant, & requirant specialem concessionem, ut *cap. 1. quæ sint Regalia*, certè non transeunt cum Ducali dignitate, cui non insunt, nisi exprimantur cum possit illa dignitas consistere etiam sine juribus Regalibus in eo loco, & sine illis quæ sunt specialiter Principi reservata, accedit quod scripsit *Albe. l. fin. in fin. Codic. de jur. omni jud. Lauden. de Princ. cõclus.* 115. quod in concessione Castri, cum omni jure quod ibi habet Rex, non videntur concessa jura, quæ habet tanquam Rex conferunt quod speciali nota digna, si non exprimantur, ommissa videntur, *l. item apud labeonem, §. hoc edictũ, ff. de injurijs,* 35 *cap. si adversus de hæret. c. sedes de rescrip. cap. quamvis* 1. *de præb. lib.* 6. latissimè *Nicont. alleg.* 30. *nu.* 14. & generalis concessio non extenditur ad ea quæ exigunt specialem concessionem *cap. quod translationem de offic. legati, text. & Alvarot. in generali notab.* 1. *si de feudo fue. cõtro. inter do. & agnat.* & in terminis de Regalibus, *Albe. l.* 1. *in fin. ff. de offic. ejus.* Sufficiet autem in genere concessionem fieri de Regalibus etiam sine specifica enumeratione Regalium, ut Regalia veniant *ex Bart. l.* 1. *Codic. de. vacan. libr.* 10. *numer.* 11. recepto à *Plat. Reb.* & alij ibi, & *Bos.* optime declarante, ubi supra *num.* 23. *Isernia rub. quæ sint Regalia, num.* 8. *lib. feud.* & est de mente communi ibidem, & tenet *Cuma.* (ubi ponit notabiles declarationes in hoc) *in consi.* 162. & idẽ si in concessione Castri adjiciatur clausula, quod Princeps sibi, vel suis, nihil in eo retinet, excepta justitia sanguinis, ut pulchre consuluit *Iason. consi.* 45. agredior primam, *vol.* 1. *ex num.* 4. Item sufficiet si expressis quibusdam Regalibus dicatur, & cum alijs juribus quibuscumque, ut per eundem *Bos. num.* 24. & *Afflict. c.* 1. *d. capita. qui curi. vend. num.* 33. post *Lud. Roma. consil.* 271. Oportet ergo, ad hoc ut Regalia veniant, quod de Regalibus fiat mentio: & similiter ut Principi servata veniant, quod de illis mentio fiat: nec aliter censetur cõcessa, ut per *Boss.* ubi supra *num.* 26. & ita habet stilus concessionum Principis hoc Regno, & nec appellatione Regalium veniunt reservata, nec è contra. Cognoscũtur autem reservata Principi per unum signum, quod ponit *Felin. cap. nobis, num.* 6. *vers. demum nota de præscriptio.*

Ex quibus omnibus consequitur * ve- 36
ram esse supra positam 2. conclusionem tam in juribus Regalibus, quã in alij Principi reservatis, Principem habere intentionem

tionem fundatam, ut si quis titulum donationis expressum de his non ostendat, possit expelli, * nisi tamen limita immemoriali possessione se tueatur, * (in illis tamē juribus Regalibus quæ possessione immemoriali possunt acquiri.) *Chassan. fol.* 304. *num.* 11. *Bossi de Regal. num.* 21. quia talis possio vim tituli habet *cap. super quibusdam, §. præterea de verborū significatione l. hoc jure, §. ductus aque ff. de aq. quot. Rosing.* 289. *Corset. in sign. verb. præscriptio,* cum pluribus congestis per *Di. Covar. reg. possessor. 2. part. §. 7. numer.* 3. *& §.* 5. *col* 3. *P. Avenda. lib.* 1. *de exequen. mand. c.* 1. *fol.* 11. *Ripa l. rem quæ, num.* 50. *ff. aquir. poss.* nec ad talem præscriptionem requiritur Principis scientia, ut per *Felin. dicto cap. cum nobis numer.* 2. *Iason. l. Imperium num.* 21. *ff. de jurisdict. omn. jud. Dec. cons.* 85. *n.* 1. latè *Aymon. de antiq. temp.* 4. *par. num.* 133. & contra plures *Menesi. in l.* 1. *Codic. de servit. num.* 51. quanvis quidam dicant, nec immemoralem adversus Principi reservata sufficere, *ex gloss. verbo, non obstante in cap.* 1. *de cler. ægrot. lib.* 6. *singulari,* secundum *Perusi.* ibi *numer.* 4. *Abbas dicto cap. cum nobis* 2. *Barb. de præst. Card.* 1. *part. q.* 2. *col.* 1. quæ opinio potest defendi, quando consuetudo fuerit reprobata à lege, nam & futura improbatur secundum *Felin. cap.* 2. *n.* 11. *de probat.* licet immemorialis sit secundum *Rochum de consuetud. fol.* 54. *ampli.* 4. atque ita intelligetur *text. dicto cap. uno, licet aliter Abbas, & Felin.* ubi supra, sed cum hodie jura Regni, tam in Regalibus, quā in Principi reservatis, sit damnata possessio, & cōsuetudo, licet immemorialis, * eorum qui terras seu jurisdictionem habent à Rege, nisi de prædictis juribus, seu tributis donationem, vel sententiam, aut terræ forum [quem vulgo appellamus *foral*] ostendat ut *lib.* 2. *tit.* 26. §. 53. juncto §. 42. & juncto *titul.* 15. *§. fin. lib.* 2. *in novis lib.* 2. *tit.* 45. §. *ult.* juncto *tit* 27. §. *ult.* jam sequitur, nullo jure vassallum se posse in his defendere, nisi expressum eorum titulum exhibeat. * Et sic jure Regio cessat eo casu prædicta limitatio de possessione immemoriali. Adde verò quod in hoc articulo de Principe cogente vassallos ad ostensionem titulorum de Regalibus quæ possident, *Petrus Belinga in dicto Specul. Princip. rubr.* 18. §. *per quam num.* 15. *fol.* 146. distinguit, an vassalli prætendant se possidere hujusmodi regalia ex concessione Principis seu logis. consuetudine, & tunc non cogantur ostendere titulum juxta Regulam *l. cogi. C. pet. hæred.* imò si Princeps ea velit sibi avocare debeat, ordinarie agere data facultate defensionis, *l.* 1. *defensionis facultas Codic. de jur. fis. lib.* 10. & allegat, *not. per Bart. in l.* 2 *Codic. de privileg. divu. Augu.* aut verò vassallus fatetur se habere hic regalia in emphyteusim, vel feudum, & tunc teneatur ostendere titulum, juxta ea quæ supra scripsimus *numer.* 2. attamen prædicta distinctio in primo membro, dum excusat donatarium jurium Regalium ab ostensione tituli non placet, quia ut dixi. Princeps in ijs habet intentionem fundatam jure communi quod maximi momenti est *arg. cap. ordinarij de offic. ord. cap. ad decimas de rest. spoli. lib.* 6.

Tertia conclusio Princeps habet intentionem fundatam, circa loca omnia deserta ac nunquam culta, quæ sunt in Regno extra limites tamen alicujus territorij, tum quia Rex est, tum quia vacantia sunt, & vacantia ad Regem pertinent *cap.* 1. *quæ sint Regal. l.* 1. *C. de bo. vacāt. lib.* 10. *& de omni agro. deser. li.* 11. *tit. Ord. li.* 2. *tit.* 15. *in no. tit.* 27. *Avend.* ubi supra *n.* 5. Proinde siquis hæc loca occupaverit, non faciet sua, voluit *Bald.* quanvis in contrariū à plerisque allegatur, *in rub. de præscri. nu.* 6. *Avend. dict. cap.* 4. *fol.* 42. *vers. hodie* verò. Licet contrarium voluerit *Bart.* ut expendit ibi *Ias. numer.* 31. *in l. rem quæ nobis ff. de acq. pos. Aretin.* & alij statim citandi. Secus autem erit, si hujusmodi agri reperiantur intra fines alicujus territorij, ut dicam in conclusione statim sequenti, quidquid controvertat *Ripa, dicta l. rem quæ num.* 37. *& l.* 1. *eo titul. numer.* 14.

Quarta conclusio, civitas vel villa habens territorium, seu ut vulgo dicitur terminum designatum ab antiquo, vel à Rege habet fundatam intentionem, quoad omnes terras, & loca sita intra illos limi- 38

tes,

tes, quæ non reperiuntur à privatis occupata: sed deserta & inculta, ut præsumantur esse ejusdem villæ seu civitatis, sub cujus limitibus reperiuntur ad omnium vicinorum communem utilitatem, quod ita bene probat. *Ordin.lib.4.titul.67.§.pen. & l novis li.4.tit.43.Paul.l.1.ff.acq.possess. lect.antiq.Iason.dicta l.rem quæ nobis nu. 31.Chass.Burg.rub.9.§.4.n.4.* scribit latè *Socin.consi.86.n.6.li.1.* facit *text.l.1.vers. cum urbem,ff.de offic. præfec. urbis, Soci. consi.127.n.2.vol.1.* scribit *P. Avend. d. cap.4.fol.40.num.5.& 39.col.4.* ubi addit, quod non solum habet eo casu communitas fundatam intentionem quoad dominiū, sed etiam quoad possessionem ex traditione *Paul.Castr. in l.1.ff.de acq. possessio.* ubi voluit hoc ipsum obtinere in terris incultis, & à nemine possessis, ut præsumantur ejus villæ, aut civitatis sub cujus limitibus & territorio reperiuntur, probat *Iure Consi.in dicta l.1.ff.de acq.possessio.* cum innuit à sensu contrario alia bona præter ibi enumerata, esse in bonis alicujus, quo circa si non reperiuntur pænes privatum, certè præsumantur esse in bonis illius reipublicæ, sub cujus territorio sunt, bona etenim, que reperiuntur intra fines alicujus territorij, vel sunt ipsius universitatis, vel particularium, ut est *text.* & ibi *Bald. in l.1.§.item si quis, qui mo. feud. ami. cap. cum Bertoldus versi.universitate de re jud.* & ideo si non apparent esse privatorum, necessario debet præsumi, quod sunt illius reipublicæ, intra cujus limites existunt, * & fundata ejus intentio *arg.l. fin.quemadservi. ami.* ubi *Bald.& Dec.dicto cap. cum Bertoldus* nisi quatenus reperiatur à privatis requisitum. Rex autem seu Princeps in ijs non habet fundatam,quia ejus intentio respectu jurisdictionis, duntaxat, non autem respectu dominij territorio fundata est, ut *cap. si diligenti,* & ibi *Abbas 2. nota.de præscriptione Bart.l.1. in fin. ff.de jurisdict.* nisi totum territorium sibi fuerit vectigale nam quoad illud tributum seu vectigal habebit, item intentionem fundatam in qualibet parte etiam inculta herbida, *arg.l. quæ de tota ff. de rei vend.* nisi privilegium, aut exemptio in contrarium ostendatur; & dicimus *in q.51.*) accedit * ex opinione *Pauli*,& aliorum vulgaris regula,illud quod est intra fines meos,meum esse præsumi: ad hoc enim fines constituuntur, ut sciatur quid cujusque est, *l. si fines Codic.de evictio,l.æde sacra §.1.ff. de contra empt.***text.cap.fin.de offic. Archid.* ibi, *cum monasterium intra metos sui Archidiaconatus sit situm, text.c.de Xenodecbijs de relig.domi.*) *Bald.in rub.C.de contra empt.q.23. Socin.cons 181.vol. 2.* & in dicto *consi.6.num 5.& 127.lib.1. Aymon.cōs. 105.num.1.& 82.Affl.dec.decis.83. num.2. Parisi. cons.4.numer 1. li.4.*& quod est intra Regalia, præsumitur esse de Regalibus. *Andr.Isernia cap.1.n.5. de contro. inter mascul.& fœmin.* latè *Parisius consi.27. n.13.& 14.li.1.* denique, satis quis habet fundatam intentionem in eo quod includitur intra fines, ut per *Decium consi.271. col.3.n.1.& in fin.& n.2.** *& in cons. 517. col.fin.Corne.cons 247.n.10. lib. 2. Iason. in prælud.feudi num. 52.Socin. cons 166. num.3.lib. 2.Deci. cons.528. lib.2.Parisi.* late *consi. 27.col.2. lib. 1. Socin. de consil. 127.num. 2. vol. 1.* ac proinde nimirum si & civitas, seu villæ habeant intentionem fundatam super terris sitis in suo territorio vel curti (ut alij locunt) quæ à nemine reperiuntur occupata: quem admodum voluerunt *Paul. & alij,* ubi supra, cui opinioni post longam disputationem, accedunt *Socin.in dicta l.1.* & ibidem *Alciatus num.15.16.* & idem *Alciatus l. silua cedua.§.novalis,ff.de verborum significatione,* quidquid in hac quæstione controvertat *Hermanot. Dec.in rep.dicta l.1. ex n. 24.* & ibi *Ripa num. 14.& in l. rem quæ nobis num.37.ff.de acq.possess.*ubi *Aret.col. 1.& Aret.in dicta l.1. num.6. col. 1.* contra *Paulum* ex professo tenens, & ita consuluit *Mantua, in consil. suo 15.* Nec obstat quod limitatio territorij, seu termini assignati alicui villæ, vel castro, aut civitati, respicit jurisdictionem, ex qua non refertur ad dominium rerum peculiarium ibi existentium *cap. 1. §. Item si quis, 2. respon.qui mo. feud.ami. Oldra.* qui plura jura citat *consi. 177.* factum tale est ad finem. Nam omissis, quæ huc argumento respon-

respondet *Socinus dicta l.* 1. & refert controvertendo, *Hormanot.* ibidem *n.* 26. *vers. sed contra n.* 27. respondetim ipse, quod limitatio territorij dati alicui civitati, licet jurisdictionis limitandæ causa principaliter fiat, attamen etiam concessionis dominij illorum agrorum, atque communis utilitatis causa, non minus principaliter fit, *arg. l. in agris, ff. de acq. re. do.* *ubi assignatis agris dicitur sciri quidcuique datum quidque in publico relictum sit, unde significat *text.* id quod non probatur alteri datum, censeri in publico relictum: & hæc videtur intentio juris, saltem in isto Regno, ut insinuat *lex Regia, lib.* 4. *tit.* 67. *Das sesmarias,* §. 11. *incip. E determinamos,* ibi *Que sam dos termos das villas, & lugares dos nossos Reinos, &c.* & clarius *in* §. *pe. eo. tit. in no. tit.* 43. §. 11. *& 12. idcirco Pauli, & eorum qui illi accedunt opinio, atq; conclusio, potius placet* * ut scilicèt fundata sit intentio civitatis in terris quæ sunt inculta intra ejus territorium, nisi ab alio qui vult civitatem excludere probetur dominium rei quam vult excludere ab ipsa universitate, & hanc dicit verissimam, & indubitatã resolutionem *Marcellus in rep. dictæ l.* 1. & sequitur *Gregorius in glos. l.* 9. *titul.* 25. *par.* 3 & dicit *Anton. Gomez in dicta l.* 45. *n.* 1. quod ista opinio videtur sibi verior, & securior in conscientia & justitia, & ita est saltem attento jure nostro Regio, ut jam dixi, licet attento jure communi, *Moder. Parisiens.* articulum istum per plures casus distinguant, & tandem concludant opinionem *Pauli* procedere in castro, vel civitate quæ esset domina territorij, vel jurisdictionis & territorij, secus jurisdictionis tantum, in quo tandem concludit *Soci. in dicta l.* 1. *num.* 27. & sequitur *Curs. Iun. consi.* 158. *num.* 25. *lib.* 2. *Socin. consi.* 86. *in causa communitatis, col.* 2. *vers. tertia conclusio lib.* 1. quasi *Paulus* locutus fuerit in Rege vel Principe domino alicujus territorij non solum jurisdictionis, vel in aliqua republica seu civitate domina alicujus territorij non solum jurisdictionis, ut sunt aliquæ civitates Italiæ; juxta quem sensum cum in Regno nulla civitas, vel villa sit domina territorij sui, nunquam haberet intentionem fundatam in istis herbidis, & incultis nisi haberemus *legem* Regiam *dicto* §. 11. *in novis dicto titul.* 43. §. 11. contrarium suadentem. Et retenta opinione *Pauli.*

Ex ea primo infertur, principem non habere intentionem fundatam in ijs locis 39
quæ sunt in territorio alicujus civitatis, vel villæ etiam incultis & à nemine unquã possessis, quos (*maninhos*] vulgo appellamus, ut illa possit alicui concedere in præjudicium illius villæ, vel castri, in cujus territorio existunt, idque probat *text. d* §. 11. licet si illa loca culturæ videantur pro futura possint in culturam dari (quod vulgo licitur *desesmaria*) ab ijs officialibus, qui huiusmodi rei curam habent, & sunt præfecti agrorum, vulgo *sesmeiros* appellamus ut *dicto tit.* 67. *in novis dicto tit.* 43.

Secundo deducitur, in concessione cur- 40
tis, seu villæ, aut castri, cum suo territorio facta â Rege vel Imperatore alicui vassallo, non comprehendi, non solum loca & agros ipsius communitatis vel particularium, sed adhuc nec ista inculta, & à nemine unquam possessa, quæ reperiuntur intra fines ipsius territorij, seu termini, quoniam illa censentur esse ipsius communitatis ex prima concessione termini quam fecit Rex ipsi castro, seu oppido, & princeps non videtur concedere vassallo, id quod prius alteri reperitur concessum, juxta celebre dictum *Bald. in cap* 1. *de capit. qui curiam vendi. per text.* ibi *Aret. consi.* 15. *col.* 3. & alios inferius referendos, nec in dubio quis videtur donare, nisi jus illud tantum quod habet in re *l. uxor patrui C. de lega. l. si domus* §. *fi. ff. de leg.* 1. *l. qui tabernas, ff. de contr. emp.* cum multis similibus, & ita potest defendi opinio *Aretin. l.* 1. *num.* 6. *ff. de acq. possessio, & in dist. consil.* 15. *ut in l. rem quæ nobis* asserentis quod vacua, & inculta loca non veniunt in donatione facta ab Imperatore, de villa seu curte, sed quod sunt in nullius bonis, & fient occupantis. Procedit enim illa prima sententia, quando fuerint talia loca reperta sub limitibus, & territorio illius villæ, seu castri concessi, sunt enim illius communitatis, & ideo tanquam alterius nõ venient

nient in concessione. Verificabitur ergo concessio castri cum suo territorio, in jurisdictione tantum, jam quod terræ reperiuntur esse cõmunitatis limitatæ, & ideo non videntur alteri donare, ex supra allegatis,& *ex reg.l. perfecta Codic. de donatiò*, quæ sub modo *l. cum te, C. de donat.annup.* ubi nec obtentu rescripti Principis, donatio perfecta potest revocari, citat pluta jura *Tiraq. l. si unquam verb. libertis n.* 17. *text.* optimus, & ibi *Bald.* & alij *in c.* 1. *de natura feudi*, quo probatur feudum semel concessum revocari non posse ab ipso Principe, qui dedit absque feudatarij culpa optimè *Bart.l. fin.* per illum *textum C.de loca. præd. fisca.libr.*12. *Paul. l. digna vox n.* 6. *C. de legibus.* saltem illæsa conscientia, ut per *Iserniam, dist. cap.* 1. §. *fin. col.* 4. *de capitaneo. Lucam in l.qui fundos Codic. de omni agro deser. lib.* 11. & dicam plenius infra in quarta parte. Quibus consequens est, quod donatarius non habet intentionem fundatam quoad terras, quæ continentur sub limitibus castri donati: imò ipsa communitas villæ, vel castri: ut etiam colligitur ex traditis per *Ias. l. quominus, colu.* 2. *ff. de flumi.* & scribit *Matthæ. Afflict.in cõst.Regni lib.*3.*rub.*37. *n.*6.* & inde etiam consequitur adversus *Aretin.* & alios sequaces quod illa loca inculta, & à nemine unquam possessa non fient occupantis, ut bene probat *Alc.* post alios *in dict.l.*1.*ff.de acq.possesso n.*15. *& Iason. in dict.l. rem quæ nobis num.* 31. contra id quod sensit *Bart.* ibi *& Bald. in rubr. de præscript. nu.*6. imobilia quæ nunquam apparet fuisse culta nec extant signa antiquæ culturæ censeri in nullius bonis, & primo occupanti concedi, id enim verum esse non potest in territorio limitato in illo etenim Princeps, vel civitas aut villa domina territorij habent intentionem fundatam, & sic non possunt dici in nullius bonis nec primo occupanti concedi. Sed & ex prædicta opi. *Pauli* simpliciter accepta conjuncta *l. Regia in novis d. tit.*43.& alia *Castellæ* 9. *tit.*25.*part.* 3.ibi: *y los montes* consequitur quod si Rex aliquem locum erigat in villam, vel civitatem cum limitato territorio censetur tacitè illi cõcedere,etiam illa inculta & herbida, ut sint in dispositione, & usu ipsius, licet attento jure communi concessio territorij limitati respiciat duntaxat jurisdictionem, ut supra diximus, *cap. si diligenti*, & ibi *Abbas not. de præscription.& de jure castrum*, vel civitas, nihil corporale habeat deputatum, quod sit de ejus pertinentia quod à lege aut consuetudine, aut hominum dispositione reperiatur datum, seu concessum,ut est celebre dictum *Innocent. in cap. cum ad sedem de restit. spolia num* 2. *in fin.* in hæc verba, *castro autem nihil. corporale novimus deputatum à jure quod sit ejus pertineus, sed tamen ab hominibus, & eorum statutis consuevit, & castro certum territorium assignans, sibi in jurisdictione, & dote debeat respondere*, sequitur *Abbas* ibi *col.* 2. post, *Ioannem Andr. in novella domini, cap. si civitas de sentent. excommunic.lib.6.Greg.l.9.tit.*25.*part.*3.

Tertio sub infertur, universitates ipsas, seu communitates, habere intentionem 42
fundatam, quoad pascua sita intra earum territoria, ut sint sub earum dominio, juxta *l. omne territorium C. de censibus*,&alia jura, & authoritates, quas citat *R. Præsul Covar. q. pract.*37. *col.*2. ubi plenè de materia pascuorum publicorum, & inde consequitur donatarios terrarum, sub ea formula concessionis, de qua diximus in illatione præcedenti, nihil quidquam posse disponere de pascuis publicis, quia sunt communitatum antequam fierent eorum donationes. Item sequitur multo minus posse de pascuis disponere, si duntaxat habeant jurisdictionem civilem, seu criminulam, vel utramque, quia ex dominio jurisdictionis, non infertur ad proprietatem pascuorum, ut tradunt *Socin. n.* 27. *Hormanot.* & alij *in l.* 1. *ff. de acquiren.possess. Socin. consil.*95. *col.* 4. *lib.*3. latè *Covar. in reg.peccatum.* 2. *part.* §.1.*n.*8. Et hoc ipsũ in pascuis voluit idem *Covar. dicto capit.* 37.*col.*2.illud duntaxat domino jurisdictionis tribuens, ut tanquam unus ex incolis possit pascuis uti, quod antea scripsit *Betran.* quem citat *consil.*1. *lib.* 3. & alibi ut per eum * & latissimè comprobat *Greg. in alleg.*9.*super glos.tãbien a los pobres*,qui omnium

omnium comulatissimè materiam tractat & omnes casus discutit.

Proinde in locis ubi statuitur unicuiq? incolarum, certus numerus pecorum seu animalium, ad pascendum in publicis pascuis, quos appellant *Baldios* ut aliàs, in aqua ex flumine publico dividenda ad irrigandos agros inquit *text. in l. Imperatores, ff. de servit. rustico*) non habebit illius jurisdictionis, seu castri dominus, nisi tantum, quantum unus ex incolis quanvis in Regno Castellæ, ex usuforensi receptum sit dominis jurisdictionis, tot animalia mittere in pascua publica licere, quor licet mittere duobus incolis, seu habitatoribus illius loci ex traditione *Collectarij in cap. ad quæstiones numer. 5. de rerum permut.* quam ipse *Cavar.* uti authoritate legis carentem improbat. Sed non est illa praxis adeo irrationabilis, aliquid enim plus deferendum eit domino castri, seu jurisdictionis quam uni ex incolis, * ex traditis per *Sanct. Thom. 2. 2. q. 61. artic. 2.* Verum tamen hæc quæstio hodie cessat in isto regno, cautum est enim *per l. 32.* editam in Curijs habitis *anno 1525.* in oppido nuncupato *Turrium novarum*, & rursus Eboræ, *anno 535. & in extravaganti 3. titul. 6. part. 4. in novis lib. 5. titu. 87. §. 2.* ne quis præses alicujus castri vel arcis, quos vulgò appellamus *Alcaides mores* seu eorũ locum tenentes, ne vè aliquis miles ordinum militantium religiosarum, in civitatibus, villis, aut locis, & eorum terminis, in quibus habent suos præsidatus, seu præceptorias vulgò nũcupatas *Comendas* nullatenus possint pecora aut armenta habere, nisi habeant terras proprias suarum commendarum, aut præsidatuum, in illis etenim terris duntaxat, poterunt pecora mittere [per missa tamen taxatione præsidis Provinciæ) quod salubriter cautum est, propter multa damna, quæ incolæ ab hujusmodi potentibus viris patiebantur, ut constat *ex petione populorum cap. 209.* qua ratione idem dicendum in dominis jurisdictionum eàrundem villarum, seu castrorum, & quãvis *d. l. 32.* de istis nũcupatim non loquatur, communi tamen interpretatione & usu ita intelligitur.

Ex prædictis consequitur, dominos terrarum non posse in agris cõmunibus quos dicimus *baldios* prohibitionem pascẽdi ponere, vulgo dicuntur *Coutadas. Pertran. consi. 1. lib. 3. & consil. 37. lib. 1. Afflict. in constit. Neop. rub. 85. num. 3. lib. 1. Aven. d. c. 4. fol. 52. versi. & ideo.* Jure verò Regio hoc maximè prohibetur quibuscũque personis, ne prohibitionem in pascuis venationibus, aut piscationibus, ullo modo faciant, ut habetur *lib. 5. tit. 111. in novis d. tit. 91.* ex qua lege cessat apud nos, illa celebris quæstio, quam erudite cõtrovertit *R. Præsul. Cova. q. pract. 37.* an in proprijs partis, dum vacant à semine, liceat prohibitionem pascendi ponere, quod appellamus *Coutadas* nemini enim hodie licet, etiam in proprijs, nisi ex speciali privilegio, ut *dicto tit. 111. in novis dicto tit. 91.*

Quinta conclusio, quoad res singulares existentes in regno, à particularibus possessas, Princeps, aut Rex non habeat intentionem fundatam de jure communi: & inde est quod nec donatarius terrarum, aut castrorum, quoad res singulares ibidem habitantium, & multo minus fundatam habent ipsæ villæ aut communitates. In quam conclnsionem vulgo allegatur * *glo. in probæ. ff. vete, verb. sanctionẽ*) *Hostiens. in cap. nimis de jurejur. Guylle. de Monte Lauduno in Clem. Pastoralis, de re jud.* & in Ducibus, & dominis temporalibus firmat *Hostiens. Abb. in cap. si diligenti. de præscript. n. 2.* & ibi quoque *Felin. col. 2. vers. ad illud Chassa. in consuet. Burg. rub. 9. §. 4. n. 6. vers. aliquando, & quarto, & n. 8. Ripa in dicta l. rem quæ nobis numer. 37. Socin. cons. 127. nu. 5. li. 1. Guylle. c. Raynu. verbo, & uxorem, num. 310. & Mod. Paris. Avend. de exequendis mandatis lib. 1. cap. 4. n. 6. Glosator Montal.* quam refert & sequitur *Francis. Avilen. lib. 1. Prætorum cap. 1. nu. 14. & 15.* differt enim jurisdictio ab ipsis terris particularium, ut per *Bald. l. à procuratore, Codic. mandati*, & nuper diximus, voluit quoque id ipsum, quod in hac quinta conclusione asserimus *Petrus Avend. lib. 1. exequend. mandatis capit. 4.* licet omnia præsumantur Principis, & aliàs Imperator appellet se mundi dominũ

l. de-

l. deprecatio, ff. ad l. Rhod. de jact. illud est quoad protectionem, & jurisdictionem, non quoad particularia *gl. pæn. l. Barbarius, ff. de offic. præto.* ut est communis *Resta. Castal. de Imperato. q. 25. Curs. l. 1. de jurisdictione n. 108.* Latissimè *D. Ant. Menes. l. altius, n. 5. Codic. de servit.* quod, & aliter latissima tradidit *Covar. reg. peccatum. §. 9. fol. 73. vers. Ex quibus deducitur limitatio adscripta Hostiens. in cap. si diligenti, de præscript. & Fab. l. 1. de summa. Trinit. n. 8. in fin.* quod communitas, seu domini temporales habent intentionem fundatam, quoad res sitas intra limites sui territorij, ut id non intelligatur quoad res à particularibus possessas, quia in his minimè: ex jam dictis facit *text.* & ibi tradita *l. ex hoc jure*, ibi, *distincta domina, ff. de just. & jure l. 1.* & ibi *doctor. ff. de acq. possess. Mod. Paris.* ubi supra.

Sexta conclusio, si agri alicujus districtus, seu territorij: ut in plurimum sint tributarij, seu pensionarij, ad aliquam censum, seu tributum nomine feudi, vel emphyteusis, aut aliàs: tunc dominus territorij habebit intentionem fundatam adversus duos, vel tres, qui prætendant agros suos esse libros: & nihil debere nec esse annexos alicui oneri, ut etiam illi censeantur esse ejusdem qualitatis, cujus, & universum territorium allegatur ad hoc *Joan. Fab. in l. 1. C. de Sum. Trinit. col. 3. vers. sed tu poteris dicere quod quilibet*, &c. ubi scripsit, quod qui se fundat in toto territorio, habet intentionem fundatam in qualibet parte territorij, cum ejsdem qualitatibus, ubi allegat aliqua jura. Sequitur *Chassan. de Burg. fol. 304. vers. aliquãdo & 5.* * Tradit *Cursius Junior de feudis 2. part. quæstion. 6. numer. 40.* (suffragatur argumentum sumptum de toto ad partem totius legis *quæ de tota ff. de reivend. c. si diligẽti de præscript.* & quod ibi *Hostiens.* Secus autem si nulli sint homines, vel sint pauciissimi solventes tributum, vel censum, tunc enim dominus adversus alies non habebit intentionem fundatam, quia ex parte non arguitur ad totum, & omnis res præsumitur libera, & allodialis, nisi probetur tributaria *cap. jus gentium 1. dist.* notata per *glosam cap. quanquam, de censibus lib. 6. Guille. cap. Raynuntius: verbo, & uxorem ex numer. 297. Chassan. de Burg. rub. 7. §. 6. fol. 251. colu. 3.* unde nulla res præsumitur feudalis nisi probetur, ut dicit *Bald. cap. cæterum in fin. de judic. Jacobin. de feudis, super verbo, dictique Vassalli col. 4. Afflict. decis. 277. numer. 6. & 7.* quo circa dominus jurisdictionis eo casu non habet intentionem fundatam, asserendo rem esse feudalem, vel emphyteuticam, censitam, aut tributariam, nisi probet hoc speciatim ex sententia prædictorum, & *Rebuff. ad l. Galliæ de constit. redditus artic. 2. glos. una num. 24. pag. 249.*

* Adde septimam conclusionem in titulis dignitatum, Regem habere fundatam intentionem contra magnates Regni, ut ostendant illi titulos suorum Ducatuum, Marchionatuum, Comitatuum, seu Baroniarum, quia hujusmodi dignitates, non quæruntur successione hæreditaria, sed Regis beneficio tribuuntur *l. sacrilegij*, ibi, *vel dignitatibus, C. de diver. script.* à quo ita colligit *Xuar. l. quoniam in prioribus limit. 11. dubio 1. Codic. de inoffic. testa.* & ita optimè resolvit *D. Anton. Menes. l. altius num. 7. Codic. de servit.*

* Adde ulterius octavam conclusionem, quod in civitatibus villis, & castris Regni Rex habet intentionem fundatam non solum quoad jurisdictionem, de qua non est dubium, ut diximus supra *numer. 21.* sed etiam quoad earum dominium licet ab alio possideantur, nam ex quo est annexa illis jurisdictio, in dubio præsumuntur esse Regis ut consuluit *Bald. consil. 159. lib. 3.* unde qui volet excludere Regem debet ostendere titulum, vel immemorialẽ præscriptionem *l. 3. titul. 13. lib. 3. ordinat. Castellæ*, & ita voluit *Gregor. lib. 1 tit. 18. par. 2. in glos. 1. in fine*: cui opinioni non facile accedo, quia ex jurisdictione ad dominium rei non rectè infertur, ut scripsimus dicto *numer. 21. & in quinta conclusione*, & docent *glos.* & Doctores *in l. bene 1. Zenone C. de quad. præscript. Bart. l. 1. §. per hanc ff. de reivend. capit. 1. §. fin.* & ibi *Bald. qui mo. feud. imitat. & ita Gregorio*

gorio non videtur consentire *D. Menes. l. latius num. 6. C. de servitutibus.* Postremo adde quod similiter Rex habet intentionem fundatam in arcibus, & castellis quæ sunt in civitatibus, & villis, ad earum defensionem: sunt enim illius cujus est ciuitas, & villa, & etiam omnes munitiones bellicæ ibi extantes, *ex Bald. cap. 1. §. si quis de manso col. 2. de controv. investitu.* quasi accessoriæ, & pertinentes, atque ita tenet *Gregor. dicta l. 1. in glos. Castillos.*

SUMMARIA.

1 *INstrumentum emph. an probet dominium, & n. 3. & an per instrum. antiquum, n. 5. & limitatur n. 15. 16. & 18.*
2 *Verba enunciativa scripturarum qualiter probent, & de intellectu, l. optimam Cod. de contra, & com. stipul. & n. 6.*
6 *Emphyteusis, & locatio, an possint fieri de re aliena ab alio possessa.*
7 *Dominum quibus modis probetur remissivè, & ejus propatio difficilis, n. 8.*
9 *Instrumentū locationis, an probet dominiū locantis, & an probet possessionem n. 10.*
11 *Solutiones pensionū per instr. probatæ, an probent dominium, & an relevent recipientem ab onere probandi jus in proprietate, si de petitorio agatur.*
12 *L. fin. Cod. de reivend. limitata.*
13 *Pensionum solutio, an probet possessionē rei, non solum contra solventem, sed & contra tertium & n. 14.*
17 *Bart. l. ad probat. C. locati declaratur.*
18 *Recognitio soli directi domin. an sufficiat ad illius domin. probat. & quid si sit persona in quā ipso jure transfertur dominū, n. 19. & quid si ad sit clausula constit. 20.*
21 *Fines antiqui emphyteusis, an probentur per instrumenta, & n. 24. & quid si sint enunciativa inter alios n. 22.*
23 *Clem. 1. de prob. limitata.*
25 *Fama, an & qualiter probet dominium.*
26 *Libris antiquis, circa fines, qualiter credendum sit.*
27 *Annalibus antiquis, circa jus patronatus, an sit credendum, & an litteris in marmore templi incisis. n. 28.*
29 *Libris laudemiorum Ecclesiæ, an credatur contra solventes.*
30 *Liber gabellarum, in quo reperitur solutio gabellæ an probet contractum inter partes.*

Quæstio nona, an instrumentū emphyteusis, probet dominiū cōcedentis, quid in instrumētis locationū, vel alijs antiquis circa confines?

SUpra proximis quæstionibus accedit hæc opportunè, an instrumentum emphyteusis probet dominum illius, qui in eodem instrumento dicitur esse dominus, & emphyteusim concessisse adversus *Titium*, qui in eodem instrumento dicitur ab eo accepisse. Et videtur quod probet, quia contractus emphyteuticus præsuponit dominum concedentis *l. 2. & l. fin. C. de jur. emphyt. l. 1. ff. si ager. vectig.* unde qui accipit in emphyteusim, videtur omnino fateri concedentem esse dominum quasi necessarium antecedens, seu suppositum contractus, quia qui vult consequens videtur velle necessarium antecedem, *l. ad legatum, l. ad rem mobilem, ff. de procur.* Præterea verba etiam enunciativa, quæ reperiuntur in contractibus, probant inter ipsos contrahentes, donec contrarium probetur *l. optimam, C. de contra. & com. stip. l. cum aliquis de ju. delib. c. cum venerabilis de excep. l. contrahitur, ff. de pign. cap. omnes 27. q. 2.* & hoc sane quando illa quæ enunciativè dicuntur in scriptura, sunt necessaria in contractu de quo agitur ut ait *Ant. cap. illud de præsump. Matthæs. sing. 70.* aliàs 80. Nota quod *Deci. capit. cum causam num. 3. de probat. Alexan. consil. 136. col. 1. lib. 1. Deci.* latè *cons. 389.* visa longa serie *mimer. 9.* & plure, alij relati per novum. Addit *Mathæs. d. sing. 80.* & præterea *Jas. l. jurisgen. §. quod fere n. 3. ff. de pact. Decius* latè *in Auth. siquis in aliquo n. 34. Jacob. n. 15. C. ed end.* ut autem emphyteusis celebretur necessum est, præmittamus concedentem esse dominum, igitur, &c. Et ita, quod ex contractu emphyteutico celebrato, tanquam super re Eccle-

siæ,

siæ, probetur Ecclesiam esse proprietariam, seu dominam, docuerunt *Bald. & Imol. l. cum tale, §. fin. ff. de cond. & demonst. per tradita in l. cum falsa, Cod. de jur. & fac. ignor. & in l. qui rem, C. locati. & l. plures apothis. Codic. de fid. instr.*

3 *Sed his minimè obstantibus contrariū verius est, ut videlicet ex instrumento investituræ, non probetur dominium concedentis emphyteusim, vel feudum, non solum contra alios (qui est casu sine dubio, quia res inter alios, &c.) sed nec contra ipsum recipientem, seu conducentem ab Ecclesia, seu alio particulari. Ita Dynus, & Bart. in l. legata inutiliter, col. 2. ff. de adim. leg. argu. illius text. & l. ad probationem, Cod. locati. Alexand. post Bart. in l. si alienam, ff. de solut. matrim. n. 3. Joan. Fabr. § æque si agat, versic. 4. quæritur inst. de act. P. Jacobin. in sua praxi in fine primi libelli. Lison. l. 2. numer. 178. C. isto titul. Aret. in l. si aliquam rem ff. de acq. poss. ff.* ubi *Ripa nu. 39. in fin. Claud. Marmer. in rep. l. naturaliter, §. nihil commune, numer. 25. ff. acquir. poss. Joan. Rymin. consil. 410. nu. 3. volu. 3. & in cons. 93. num. 18. lib. 1. & num. 25. Alexan. cōsi. 43.* visis, & ponderatis *num. 7. lib. 4. & consil. 22.* viso processu, *col. 1. num. 4. eo lib.* ubi testatur hanc esse communem sententiam rursus eandem communem esse profitetur *Carol. Ruy. consil. 191. præmittendum est n. 17. lib. 1. num. 18.* inquit ab hac opinione non esse recedendum, * tenet idem *Ruy. consil. 47. numer. 6. libr. 1. Barba. in consil. 50. col. 11. lib. 1. Aret. consi. 15.* reverendissimè pater. *& in l. rem quæ nobis, col. 4. ff. acq. poss. ff. Curs. Jun. consi. 41. num. 8.* ubi dicit, quod ista est vera communis conclusio, *Socin. consil. 89. num. 16. & 18. lib. 1.* Innititur autem hæc recepta sententia ratione mihi parum concludenti, ex regula generali, quod inducta ad diminutionem, non debent operari, contrarium effectum: proinde concessio in emphyteusim, quæ includitur ad diminutionem utilis dominij, quod transfertur in accipientem, non debet operare dominium, seu probationem dominij in concedente, si alium de non probatur, ista enim ratio, licet persuasiva, non est efficax: quia concessio emphyteusis non fit ad diminutionem juris concedentis, nec partes istud agunt, aut intendunt, sed fit ad rem meliorandam pro domini, & emphyteutæ, communi utilitate, ut diximus *q. 2.* nec ex hoc jus dantis censetur diminutum propter recognitionem, & solutionem pensionis. Melior ergo videtur ratio prædictæ communis sententiæ: quia dominium non pendet ex assertione concedentis, rem emphyteusim, vel recipientis, nam, & aliena res po- 4
test in emphyteusim concedi, sicuti, & vendi. *l rem alienam, si contra empt. similiter, & locari, l. si urbana prædia. ff. de cond. ind.* quamvis ab alio sit possessa, *l. nemo C. locati.* quia consideratione, & ratione dissolvuntur argumenta ex adverso adducta, & hac ratione utitur *Rimi. d. cons. 93. n. 25. & d. cons. 410. n. 4.* licet, & rationem communem referat, * pro ea tamen est *text.* clarus, & ibi doctores *in l. ad probationem, Cod. de probatio. text. cum glos. verbo locasset,* & ibi *Abb. num. 5. in cap. cum venerabilis de relig. dom. & in cap. cum veniisset col. 4. de rest. spolia.* tradit *Guill. cap. Rayn. verb. & uxorem num. 445. cum seq.*

Qua retenta infertur primo, quod etiam 5
si instrumentum investituræ, seu emphyteusis sit antiquum, imò, & hominum memoriam excedat, adhuc ex eo non probabitur emphyteusis seu feudum: licet enim antiqua instrumenta probent dominium, etiam inter alios, ut tradunt *Bald.* & alij *l. cum aliqui Cod. de jur. delib.* at instrumentum concessionis emphyteuticæ, licet valde antiquum, non probabit dominium concedentis secundum communem, quia cum talis concessio tendat ad diminutionem juris concedentis, certè non potest inducere probationem dominij, quod est argumentum, & æque militat ratio, sive instrumentum, sit antiquum, sive modernum, & ex hac ratione ita consuluit *Carol. Ruyn. consil. 161. numer. 17. & 18. lib. 1.* & satis voluit *Specul. de emphyteusi, vers. 57. numer. 2.* cum ait, quod si antiqua chartula dicit, quod Ecclesia concessit Petro in emphyteusim, rem quam nunc habet Martinus

non probabit talis chartula dominium contra *Martinum*: quod bene notandum ait *Felin. cap. cum causam, num. 3. vers. ideo eleganter de probat.* quidquid de instrumētis antiquis locationum, in contrarium scribat *Aymon.* plures citando, *cons. 54. nu. 11.* Proinde vulgaris traditio interpretum post *Bald. in dict. l. cum aliquis de probatione dominij per antiqua instrumenta limitari debet*, circa confines antiquos: vel attenta communi ratione, debet intelligi ut non procedat in instrumento emphyteuticæ concessionis, licet nimis antiquo: quamvis *Felin. dicto cap. cum causam, n. 3. vers. intelligo ut puto*, velit quod si investitura esset in forma instrumenti, & esset antiquissima bene probaret dominium Ecclesiæ, quod cum superioris sententiæ rationibus in hac materia non congruit.

Secundo infertur, quod, & si maximè verba instrumenti, quantumvis enūciativa, probent inter ipsos contrahentes, ut in allegata *l. optimam*, non sic erit instrumento investituræ, vel emphyteusis: quia non probabit dominium concedentis etiam adversus recipientem, attenta ratione communi, & id planè agnoscunt *Bart. Dyñus Alexand.* & alij qui communem sententiā sequuntur novissimè *Carol. Ruyn. dicto consil. 161. numer. 13.* & erit hæc singularis limitatio ad *l. optimam*, ultra tres alias, quas eleganter scribit novus addit *Mathesil. dict. sing. 80.* quarum alteram, de enūciatione ejus rei quæ non pendet à volūtate partium, ponit optimè *Alciatus consil. 9. numer. 12.*

6 Tertio infertur, quod si quis privatus, aut Ecclesia agat reivēdicatione, & ad probationem in dominij (prout requiritur, juxta, *l. in rem actio, ff. de reivend.*) offerat instrumentum emphyteuticæ concessionis factæ à se vel antecessoribus suis, non ideo obtinebit: quia ut resolvimus *numer. 3.* & tradit novissimè *Marcus decision. 615. num. 31.* instrumentum emphyteusis non probat dominium concedentis emphyteusim nisi aliunde probetur per illos mo-
7 dos, quos scribunt *Bart.* & alij *l. rem quæ nobis quæst. ultim. ff. de acquir. possess.* ubi *Iason. numer. 27. & 28. Bart. Bald. Angel. l. quidam in suo, ff. de cond. instit. gloss.* & Doctores *in l. proprietatis Bald. & Salic. l. cum res, Cod. de probat. Bald. l. cum super, l. indicia, C. de reivend. Canon. in cap. illud de præsumpt. & in cap. cum causam de probat. Socin. consil. 54. num. 3. Vol. 3.* latè *Paul. Paris. consil. 104. numer. 9. & 103. lib. 1. & numer. 169. & cons. 115. num. 8. & lib. 1. & consil. 5⁻. numer. 44. libr. 4. Guido. sing. 484.* novissimè *Claud. Marme. in rep. l. naturaliter, §. nihil commune ex numer. 19. ff. acq. possess. Rimi. cons. 93. lib. 1.* & alij passim. Qui tamen omnes fatentur valde difficilem esse dominij probationem, ut ante eos dixit *glos. l. etiam §. 1. verbo, deberet, ff. de petit. hæred. text. cap. sæpe de rest. spol.*

Quarto infertur similiter ex superiore conclusione, per instrumentum locationis non probari dominiū locantis: Unde si instrumentū dicat, quod à te conduxi talē rē 9
tuam, nō probatur dominium, ut est *text. in c. inter dilectos*, ubi notat *Felin. 8. de fid. instr. l. ad probationem*, ubi docuit *Bald. in fin. vers. quæro si instrumentum, Codic. locati*, & utrobique Doctores communiter, *Paris. consil. 27. numer. 25. & consil. 104. numer. 81. lib. 1. Alexand. consil. 12. volum. 4. & consil. 136. viso, col. fin. lib. 1. & consil. 202. super causa volu. 2. Abbas cōsil. 34.* illa quinque dubia *col. penult. volu. 2. Gabri. Sarai. in Addit. Mathæs. sing. 80. in fin.* Et convincitur illis rationibus, quibus vulgo receptum est dominium non probari ex instrumento emphyteusis, siquidem magis arguit emphyteusis, dominium concedentis, quam locatio, & verba illa sunt enūciativa, quæ non operantur, nisi circa valorem actus, qui geritur, hoc est locationis, non circa dominiū de quo principaliter non agebatur tempore locationis. Unde si postea, de dominio principaliter agitur, non proficiunt illa verba enuntiata in instrumento, juxta doctrinam *Ant. in alleg. c. illud, de præsump. & Mathæs.* ubi supra, & quæ latissimè circa illam doctrinam scribit *Aymon. de antiqui. tempor. 1. part. ex numer. 57. & 58.* ubi, & hanc nostram illationem tradit.

Quocirca dubium mihi videtur, quod

ait

ait *Alciat. consi. 9. nu. 10.* post addit. *Bald. in dicta* l. *ad probationem*, sufficere verba illa ad præsumendum locatorem esse dominum, quousque de vero dominio conductoris probetur. Id enim repugnet textui dicta l. *ad probationem* ibi, *ad probationem rei propriã, sive defensionem*, & cõtrarium voluit *Ryminald. d. consi. 410. n. 4. lib. 3.* ibi, *nec verè nec præsumptivè.*

10 Imò nec per instrumentum locationis, probata possessio rei videtur: cum, & de re aliena, & ab alio possessi fieri possit locatio, l. *nemo, Codic. locati* quod tamen est intelligendum secundum *Felinum dicto capit. inter dilectos, nu. 8. Socinus consil. 89. numer. 18. libro primo Parisius dicto consil. 104. num. 81.* si contra tertium possessio allegetur, si inter ipsos contrahentes agatur: quia tunc conductio possessionem probat, secundum *Rot. antiq. 87.* incip. *nota quod instrumentum, per* l. *prædia. ff. acquirenda possess.* quod ego puto valde notandum ad declarationem communis sententiæ, quæ docet, conductionem rei esse modum fictum transferendæ possessionis, l. *quædam mulier, ff. de reivendicat.* & latè commentatur *Anton. Gomez* l. 45. *Tauri, num. 66. & Rebuff. ad leges Galliæ, 3. tom. pagin. 235. num. 97.* id enim accipiendum est, nisi conductio duntaxat per instrumentum probetur, tunc enim manet possessio instrumentalis. & inefficax dicta lege *prædia, & Alexand. consil. 10. numero tertio libr. 4.* & est justa ista distinctio quam facit *Rota*: quia sola confessio traditionis in instrumento reperta non debet nocere tertio, nisi de vera possessione conducentis probetur, ut aliàs in clausula constituti contra tertium, latè probat *Tiraquellus de constituto 3. part. limitat. 1.* & inferius iterum dicemus.

11 Adde præterea, quod, & si per instrumenta alicui tanquam locatori, vel dominio directo plures solutiones factæ probentur: imo, & sit in possessione recipiendi pensiones, non idcirco dominium locantis, seu emphyteuticantis, probatum censetur adversus hujusmodi solventem, quando de dominio principaliter agitur ut tradit *Felin. cap. cum Bertold. num. 36. de re jud.* * *& in c. inter dilectos n. 8. de fid. instr. Afflict. decis. 325. n. 1. & 2. post Bart. l. quamvis 1. §. conduct. ff. acq. possess.* quia pẽsionũ solutio nõ est actus inducẽs trãslationum dominij: nec hoc ulla lege cautũ reperitur, * & actio ad pensiones potius dicitur oriri ex contractu, seu ex stipulatione vera, vel ficta quam ex dominio, ut per *Bald. l. solent §. non vero n. 6. ff. de officio præcon.* unde ex præstatione pensionum nõ elicitur vera probatio dominij, unde infertur, quod si quis per plures annos solvat Ecclesiæ, vel alteri privato, pensiones pro re aliqua tanquam locata, vel emphyteutica, vel libellaria: & Ecclesia sit in quasi possessione percipiendi illas pensiones, si contingat de proprietate tractari, & solvens dicat illam rem non esse emphyteuticam vel libellariam, illa quasi possessio solutionis pensionum, non proderit Ecclesiæ, nec revelabit eam ab onere probandi jus in proprietate. Licet enim possessor reveletur ab onere probandi, *l. fin. C. de reivendi.* quamvis nullam tenendi causam habeat (ut inquit illa lex) illud sane est intelligendum nisi agatur de petitorio incorporalium, & stet juris præsumptio contra possessorem: tunc enim possessio non relevat ab onere probandi, juxta *glosam 1. in leg. sicuti, §. sed si quæratur ff. si servit. vendi.* (quæ sic debet intelligi) secundum *Paul. ibi numer. 8.* at in casu nuper posito quasi possessio pensionum, est quodammodo quædam servitus: & in quasi possessione servitutum stat juris præsumptio contra possidentem, quia res omnia præsumitur libera, & absque nexu servitutis & superioritatis, *l. altius Codic. de servitut. Bald. capit. 1. in princ. col. pe. de controver. investitu. Afflictus*, latè *decis. 277. numer. 6. & 7.* incip. *an testes*, ergo merito, licet Ecclesia sit in quasi possessione perceptionis non ex eo excusabitur ab onere probandi, si sibi quæstio proprietatis ab eodem solvente moveatur, & ita elegantissime scripsit *Paulus in dicto §. sed si quæratur, numer. 8.* qui tamen limitat, nisi illa quasi possessio esset longi temporis, tunc enim adver-

satio onus probandi incumberet *per l. si coloni, C. de agricol. & censit, lib. 11. sequitur illam Pauli sententiam. Felin. latè c. cū Bertoldus n. 28. de re jud. Alc. consi. 9. nu. 9.* ubi aliter declarat, nisi ultra solutiones, etiam de recognitione constiterit, qua re paulò inferius *num.* 18.

13 Quamvis autem (ut, & hoc obiter dicamus) ex solutionibus pensionum, ut nuper diximus, dominium non probetur: at certè bene probabitur, quasi possessionem rei illius esse translatam ad eum cui hujusmodi solutiones fiunt, si modo titulus habilis ad translationem dominij præcedat, ut est *text.* notandus secundum *Raven. & Abbat. ibidem nu. 11. c. cum venissent*, ibi, *perceperunt annuam pensionem, de rest. spol. ubi Anton. nu. 13. Card in fin. Anchar. n. 6. &* non alibi repertus secundum *Bald. ibi nu. 5. * Abb. c. 2. de consuet. num. 7. Firmianū in tract. de Gabellis 8. part. 2. membr. q. in fin. probat Alexand. in l. quamvis, §. si conductor, ff. de acq. possess. & in cons. 10. colum. 2. n. 3. lib. 4. per no. l. litibus Cod. de agric. lib. 11. Felin. dicto cap. cum Bertoldus. nu. 25. de re jud. Roderi. Soares*, latissimè per multa jura, *in l. post rem judicatam limit. 2. numer. 3. pag. 589. ff. re jud. Alciatus* ubi supra *Anton. Gom. l. 45. Tauri. n. 67. & nu. 193. vers. sexto modo*, & est ratio secundum *Abb.* ubi supra *nu.* 13. *& Felin.* dicto loco, quia ex tali actu perceptionis pensionum fingitur apprehensio rei in utilitatem illius cui solvitur, quod ipsum in solutionibus pensionum factis hæredi ejus, cui antea solvebantur, dicendum est, ut est *text. juncta glos. fin.* & communi omnium sententia, *in l. qui universas, §. quod per colonum, ff. de acq. possess.* & bene explicat *Ant. Gomez dicto nu.* 67. & 68. sunt tamen addenda, quæ tradit *Afflict. decis. 325. Alexand. consi. 12. num. 4. 5.*

Ex quo consequitur, quod si is spoliatus sit habebit interdictum recuperandæ, vel uti possidetis si inquietetur, & satis probabit suam possessionem, probatis solutionibus pensionum, ex sententia communi. Inde etiam sequitur hanc possessionem prodesse ad probationem dominij incidenter deducti infertur enim ex possessione probatio dominij, quando de dominio non agitur principaliter, *l. quidam in suo per gloss.* ibi *ff. de cond. inst.* & alibi ut per Ripam *in l. si rem aliquam num. 52. ff. de acq. possess. Rimi. consi. 168. num. 9. lib. 1. & consi. 397. num. 17. lib. 2. Alexand. consi. 103. nu. 7. & Parisius cōsi. 115. num. 8. lib. 1. Berē. §. nihil commune num.* 23.

Adeo autem solutio pensionum probat possessionem illius cui solvitur, ut non solum id verum sit contra solventem (qui casus est sine dubio) sed adhuc etiam contra tertium, & quoad omnes, ita mirabiliter *Bald. in alleg. cap. cum venissent, num. 5. sequitur Felin. dicto capit. cum Bertold. num. 25. voluit Bald. l. Pomponius* per illū *text. ff. quibus modis usufruct. amit.* & in dicta *l. ad probationem C. locati. column. 2. Boerius decis. 105. num.* 14. latissimè de- 14
fendit *Soares dicta limit. 2. num. 2.* quod tamen intelliges, nisi alius sit in possessione, tunc enim perceptio pensionum non probabit possessionem contra illum tertium anteriorem possessorem, quod ita voluit *Abbas in dicto cap. cum venissent, nu. 12. Bart. Imol. Alexand. & Aretin. in l. qui universas, §. quod per colonum, ff. de acq. possess.* dilucide *Alexand. in l. quamvis, §. si conductor. num. 6. eodem tit. post Bar. n. 1.* & omnes ibi *Felin.* plures citans in dicto *c. inter dilectos num. 8. vers. & non solum locatio, de fid. instr. Soares dicta limit. 2. nu. 4.* & plene *Tiraq. de jur. constitut. possessor. 3. part. limit. 1. nu.* ubi plures citat, sed ultra eum *Boerius* ubi supra, *Socin. consil. 106. incip. libenti animo, lib. 3. eleganter Afflict. dec. 325. n. 1. & 2.*

Verum hæc omnia quæ hactenus re- 15
solvimus, ut ex instrumentis locationum, seu investituram emphyteuticalium, non probetur dominium concedentium, (quorum res esse asseverantur, etiam adversus recipientem, ne dum contra alios) ita primum limitanda sunt, ut procedant quando possessor convenitur actione reali rei-vendicationis, & de probatione dominij principaliter tractatur, & ita plane loquuntur doctores, quos citavimus supra *numero tertio*, alioquin si agatur actione personali, puta ex locato contra conductorem,

vel

vel condictione *ex lege si quis conductionis Codic. locati*, vel *ex l. nec creditores. C. de pign. act.* vel si agatur condictione *ex lege Zenonis* pro emphyteusi, tunc certe ex talibus instrumentis benè probatum censebitur dominium adversus recipientes: quia ab ijs dominij quæstio restricari non potest, per notata *in l. ita, ut vel fur, cum l. commodare*, ubi novissimè *Petrus Costalius ff. commoda, & in l. si alienam*; ubi late *Alexandr. ff. sol. matr.* & ita plane hanc materiam resolvit *Bart. in dicta l. legata ff. de adim. leg. Alexand. consil. 12. viso processu n. 4. & consil. 43. visis n. 7. lib. 4. Soci. consi. 89. nu. 11. lib. 1. Aretinus l. si aliquam rem, ubi Ripa n. 39. in fin. ff. acq. poss. quanvis, Ryminald. consi. 410. n. 3.* patum advertenter dicat dominium per investituras non probari, sive agatur reivendicatione sive ex contractu.

16 Secundo principaliter limita prædicta nisi cum instrumento locationis, seu emphyteusis, concurrerent ulterius aliqua adminicula: quoniam tunc, & dominium & possessio locantis, seu emphyteuticantis, probatum censeretur: ne dum contra recipientem, sed etiam contra alios. Allegatur ad hanc limitationem *Bart. in l. ad probationem C. locati*, ubi docuit, id quod dicitur ex locatione dominium locantis nō probari, intelligendum fore de locatione sola, non verò si alia concurrant. Pone enim (inquit) quod ego locevi fundum Titio, & ipse tanquam meus colonus laboravit longo tempore, & probo titulum: certe ex hoc probabitur possessio, & per consequens præscriptio, & sic dominium, quod secundum ipsum est perpetuo manti tenendum. Sequuntur eam doctrinam *Alexand. consi. 12. viso processu, n. 3. lib. 4. Dec.* latè *consi. 146. pro tenui. n. 14. vers. & licet per instrumentum locationis Soci. consil. 89. in causa agitata num. 11. l. 1. Carol. Ruinus. consi. 161.* præmitendum est *lib. 1. nu. 1. in fin. & num. 20. Paris.* latè *cons. 104.* in præsenti causa *ex num. 82. lib. & in consil. 27. num. 25. lib. 1. Felin. cap. inter dilectos n. 8. vers. item secus de fid. instrum. Soc. cons. 187.* vers. *secundo principaliter, volum. 2. & consil. 11. num. 6. & consil. 106. numer. 1. & 2. lib. 3. Alciat. consil. 9. col. ultim.*

Sed certe non videtur adeo singularis illa limitatio *Bart.* nam si cum titulo, quis per alium, tanquam conductorem, longo tempore feudum coluit: jam dominium non ex locatione probatur, sed ex longi temporis præscriptione cum tit. Aliud tamen singularis ex eodem *Bart.* colligitur quod dominium alicujus rei probaturus (quemadmodum is qui reivendicatione agit) si solum legitimam præscriptionē probaverit, obtinebit quod ex mente *Innocent.* deduxit *Panor. cap. cæterum colu. penult. de judic.* sequutus est *Felin. in rubrica de præscrip. col. 3. in princi.* & plures *ut per Paris. d. cons. 104. num. 94. cum seq. lib. 1. immemores tamen Bart. in d. loco.*

Sed ut ad eum regrediamur: non existimes de longo tempore, & titulo loquutum, cum aliquo peculiari juris mysterio, sed exempli gratia loquutus est in ea præscriptione longi temporis: quia titulum exigit, *l. diutina. l. super longi, C. de præscrip. longi temporis* idem omnino dicturus in præscriptione longissimi, quæ titulum non exigit, *l. omnes, l. sicut C. de præscri. triginta annor.* & si res cum Ecclesia ageretur in quadragennaria, juxta *capit. de quarta, de præscript.* explicuit *Ruyn. dicto consec. 161. num. 20.* ubi quoque declarat non esse satis colonum fundum coluisse, nisi quoque appareat, & de fructibus respondisse, quod *Bartol.* satis intendit, licet non expresserit. 17

Item adverte, quod, & si *Bart.* strictim loquatur, interpretes tamen ad alia adminicula extendunt: ut scilicet sufficiat adminiculum perceptionis fructuum, seu mercedis, aut pensionum, vel alia instrumenta locationum enunciativa, vel libri censuales Ecclesiæ. & vox, & fama publica, ut ex *Alexand. Dec. Paris. & Socin.* in locis citatis colligitur, quæ omnia ad emphyteusim applicabis. Imò, & si non ostendatur instrumentum emphyteusis cum his adminiculis: sed solum probetur emphyteutica solutio, longo tempore facta alicui, probabitur directum dominium ejusdem ut tradit *Decius consil. 14. col. 3. in princ.* & tradunt *Moderni Galli.* * *post Bald. l. 1.*

num.

num. 15. *de fidrico. Abb. consil.* 64. post principi. *lib.* 1. *Decius consi.* 146. *lib.* 2. *Felin. dicto cap. cum Bertol. n.* 28. *text. l. lutibus, C. de agricolis lib.* 11.

18 Tertio adhuc prædicta limitabis, nisi interveniat expressa recognitio dominij in instrumento: ea enim sola sufficiet ad probationem dominij directi. *l. censualis*, ubi est casus secundum *Bald.* ibi, *C. de donat.* & quamvis hæc conclusio valde dubia sit, & ad unguem ad partes disputata per *Guiaon. in decis. Delphyn.* 272. *incip. utrum dominium* * post *Specul. de emphyteusi n.* 66. *cum sequent.* (attamen ea est in praxi magis recepta opinio, ut ex sola, & simplici recognitione, probetur dominium adversus recognoscentem, & judicetur cõmissum: non solum adversus ipsum, sed etiam adversus tertium possessorem, & ita servat stylus, & consuetudo Curiarum teste *Guidon. ubi supra, col. ultim.* qui asseverat quod tempore suo vidit, ultra centum sententias quibus fuit ita judicatum. Sequitur *Alciatus consil.* 9. *column. ulti.* ubi alios citat, probat, & declarat *Jacobinus de feudis*, verbo *dicitque vassalli, numer.* 21. *fol. mihi* 92. *col.* 4. * Adde *Guill. cap. Raynu.* verbo, *& uxorem*, ubi pulchre ampliat, & quid quando fit recognitio cum clausula prout sui prædecessores fecerunt, & non apparet quomodo *n.* 447. & quid è contra, an talis recognitio probet directum dominium contra dominium *n.* 450) Et practicabis hoc modo, ut in primis probetur quod recognoscens erat dominus rei recognitæ, quo tempore in instrumento confessus est se habere rem à Titio directo domino: hoc etenim probato, & ostenso instromento recognitionis, censetur probatum dominium Titij, * & ad prædicta adde *Roland. consil.* 2. *numer.* 110. *& Mod. Parl.* ubi dicunt quod si quis scienter rem suam tanquam domini recognoscat in emphyteusi, vel feudum res efficitur emphyteutica, vel feudalis, secus si errando putans rem esse Ecclesiæ cum sit sua de quo etiam late, & eleganter *P. Belluga in speculo Princip. fol.* 84.

Sed confestim objicies, hanc limitationem ex diametro pugnare cũ cõmuni sententia, & regula. Quid enim est aliud accipere rem aliquam in emphyteusim quam recognoscere te in dominum directum: & tamen supra diximus communis receptum esse, quod datio in emphyteusim non probat directum dominium, non solum contra alios, sed nec quidem contra recipientem. Verum ut ista componas, dic quod regula, & communis opinio procedit quando simpliciter offertur emphyteuseos instrumentum, & vult quis probare se dominum ex illo solo actu emphyteuticandi tunc enim verum est dicere per instrumentum emphyteusis dominium non probari nisi, & alia plura concurrant. Caterum si non solum offeratur instrumentum, sed adhuc amplius probetur, eum qui in emphyteusim accepit, & dominium recognovit directum, tempore recognitionis dominum esse, certè ex tali recognitione dominium directum, adversus recognoscentem, & quoscunque alios probabitur, & ita procedit hæc limitatio de recognoscente aliquem in dominium, quam tu ulterius intellige in hunc sensum: non ut ex tali confessione, seu recognitione, inducatur traditio, & transferatur dominium: siquidem non numeratur inter modos, quibus nobis dominia quæruntur, & traditionibus dominia rerum nobis quæruntur non nudis pactis, vel recognitionibus, *l. traditionibus Codic de pactis*, nec quis potest nuda tantum voluntate abdicare à se dominium, *l. si quis* 31. *§. differentia, ff. acq. possess. l. non statim, ff. de pecul.* sed ut inducatur tantum præsumptio fundum esse illius, in cujus favorem fit talis recognitio, seu confessio, arg. *l. publia. § fin. ff. depositi* ubi confessio non obligat, sed probat obligationem *l. generaliter C. non num. pecu. glos. l. ff. de interrog. act.* & hic est sensus *Bart. l. cum falsa Codic. de jur. & fac. ignor.* quem sequutus est *Dec. dicta l. traditionibus n. m.* 6. *& novissi. D. Ant. Menes. l. cum falsa numer.* 5. *vers.* 4. conclusio, nec meminit (licet eundem sensum tenuerit) *Guid. dicta q.* 172. *col.* 3. *ad finem.*

Et inde sequitur, quod si recognitio, 19
seu confessio directi dominij, fiat in favorem talis personæ ad quam privilegio juris,

ris, dominium sine traditione transfertur, quemadmodum Ecclesia, Civitas, Hospitalia, pia loca villa, seu castrum, l. *fin. Cod. de Sacrosanct. Eccles.* conjuncto *Bart.* ibi *n.* 9. *Paul. n.* 8. *Iason. num.* 15. vel etiam Princeps, ut est de mente illorum, quo ad eam l. citat *D. Covar. reg. possess. fol.* 27. *col.* 2. tunc sine dubio dominium ex sola recognitione probabitur. Nam cum hujusmodi fictæ personæ, dominium rerum sibi donarum relictarum, aut venditarum, sine traditione acquirant, ut dicta l. *fin.* & l. 1. *tit.* 1. *partit.* 1. nimirum si in earum favorem recognitio emphyteutica dominium probet, quod satis dixit *Guido dicta quæst.* 272. *ad fin.* & eo non relato *D. Menes. dicta* l. *cum falsa, vers. secunda conclusio*, licet simpliciter contradixerit *Rymin. cons.* 191. *n.* 19. *lib.* 1. quem tamen explicabis juxta prædicta.

20 Nec si in recognitione, adsit clausula constituti, vel alia translativa possessionis, proderit ad probationem dominij, quia ficta traditio, licet possessionem transferat, l. *quod meo*, l. 3. *in princip. cum glos. & Doctores, ff. de acq. poss. ff.* ar certè non necessario dominium transfert, l. *si aliquam, ff. de acq. poss. ff.* l. *qui rem*, C. *locati, & ita Bart. dicta* l. *cum falsa*, cōmuniter ibi receptus, licet *Guido*, ubi supra dicat casum recognitionis non esse dubium, quando adjecta fuerit clausula translativa possessionis in quo quidem decipi videtur ex nuper dictis. Unus tamen casus est sine dubio, si in judicio dominus sciens recognosceret alium in dominum, l. *certum*, §. *sed si fundum, ff. de confess.*

21 Quarto limita, nisi agatur de probandis antiquis confinibus rei emphyteuticæ quia tunc per instrumenta antiqua probabuntur *Bald.* per illum *textum cap. cum causam de probat. Hip. de probat. n.* 192. *Cumanus eleganter cons.* 158. *col.* 1. & 2. In his enim probandis non requiruntur plenæ, nec perfectæ probationes: sed sufficiunt semiplenæ præsumptivæ, & conjecturales, *dicto cap. cum causam.* ubi *Bald. col.* 3. & *Felin.* latè, & idem *Felin. in c. de quarta numer.* 27. *de præscript. Ias. in* l. *ex his limit.* 4. C. *testa. milit. traditur in* l. *in naturalibus, ff. fini. regul. Card. Clem.* 1. *opp.* 3. *de probat. Affict. decis.* 177. tradunt *Angel. Imol. & Roma. l. sciendum, ff. de verborum. Abbas cap. super eo de parochijs. Corneus cons.* 333. *numer.* 8. *lib.* 1. *Socin. cons.* 66. *numer.* 2. *volum.* 2. *Deci. consil.* 42. Pro facultate, *numer.* 8. & *consil.* 146. *numer.* 14. *Paris.* ubi quam plures refert, *consil.* 27. *in præsenti consultatione nu.* 15. & 16. *lib.* 1. *Socin. consil.* 86. & 127. *vol.* 1. tradit *Alciat. lib.* 5. *parer. cap.* 13. & quanvis *dict. cap. cum causam* in finibus diœcesum loquatur, ad alios tamen confines vulgo per interpretes solet extendi.

Accedit, quod licet instrumenta facien- 22
tia mentionem de confinibus enunciative (puta dicendo, quod vendita fuit talis domus, cui ab *Aquilone* cohæret domus *Titij*, & *à Subsolano* domus *Sempronij*, & est in tali castro, vel territorio) non probent illa loca confinia esse eorum qui nominantur (quia res inter alios) ut est *gloss. l. cum aliquis, Codic. de jure delib.* quæ millies ad hoc allegatur secundum *Iason.* ibi *numer.* 4. est tamen similis *in l. prædijs*, §. *Titio, ff. de leg.* 3. & *in l. optimam*, verbo *si servis Codic. de contrah. & comi. stipul.* citat *Decius dicto cap. cum causam col.* 2. & etiam si essent plura instrumenta hoc enunciantia, ut per *Specul. de emphyteusi, vers.* 57. licet *Cynus*, & *Alber. in dicta l. cum aliquis* dicant inducere aliquam præsumptionem, & *Paul.* ibid. vehementem (& *Bald. consil.* 186. *numer.* 2. *lib.* 2. dicit quod inducit vulgi opinionem, attamen si agatur de probandis finibus antiquis, dixit mirabiliter *Bald.* * *in d. l. cū aliquis*) quod plenè probabunt illa ipsa instrumenta, etiam enunciativè loquentia, & confecta inter alios. Sequuntur *Salic. Alexand. n.* 5. & alij, in eo loco, & novissimè *Iason.* alios citans *numer.* 4. confirmans quinque argumentis *col. pen. & ult.* & allegat *text. dict. cap. cum causam*, ubi *Deci. nu.* 2. illum etiā *text.* ad hoc citavit *Roma. l. sciendum num.* 56. *ff. de verbor. Aret. cons.* 42. *num.* 2. * *Xuar. allegat.* 8. *col. fin.* latè *Aymon. de antiquitate* 1. *part. ex nu.* 70. videntur enim hujusmodi instrumenta, propter longitudinem, ab omni gratia, & suspicione remota.

Et

Et hoc ipsum (si benè perpendantur) voluerunt, aut saltem ita debent intelligi voluisse *gloss. in cap. cum olim de censibus verbo instrument. & in cap. si Papa, verb. probata de privileg. lib. 6.* licet eas simpliciter alleget *Dec. consil. 146. num. 14.* Accedit quod in factis antiquis probant etiam verba enunciativa privilegiorum Papæ, ut scribit *Domi. dicto cap. si Papa. col. 2. vers. sed quæritur Joan. Andr. in reg. non debet, ad finem in mercuria* latè *Aymon. de antiquitate 1. part. n. 3. & 33.* ex quo pulchre limitatur *Clement. una de probat.* & quod ibi scribunt *Card. num. 8. Bonifac. num. 23. Imol. num. 9. Anchar. q. ult.* & etiam admittitur testes de auditu, *l. si arbitrer. ff. de probat. Afflict. decis. 276.* an testes *Aym.* latiss. simè ubi supra *num. 305.* Unde nimirum si, & instrumenta antiqua probent confines emphyteuticos, licet sint inter alios confecta, & enuntiativè loquantur.

Intellige verò non sufficere unum instrumentum, licet antiquum, sed saltem duo, vel tria debere ostendi, ut scribit optimè declarans *Rimin. consil. 93. n. 27. lib. 1.* sed multo latius *Aymon.* ubi supra *ex n.* 25 74. ex his enim multis conficitur fama, secundum *Bald. & Salic. in dicta l. cum aliquis*, fama probat dominium juxta *glos.* at qui natura §. *cum me absente, ff. de negot. gest. Innocent. in cap. quid per novale. de verborum significatione, & in cap. veniens de testibus*, ubi *Felin. num. 9. & 16.* tenet *Alexand. consil. 4. col. 7. lib. 2. & consi. 90. colu. 3. lib.* plures cumulat. *P. Dueñas reg. 299. num. 7.* & præter eos *Rymi. consil. 410. num. 12. lib. 3. Alex. cons. 8.* attentis his *n. 4. lib. 7. Aymon. consi. 44. n. 10. & de antiq. d. n. 74. & n. 302. in 1. part. Afflict. decis. 276. num. 1. & 2. Socin. consil. 86. volum. 1. Rymi.* (ubi ponit aliquot declarationes) *d. cons. 93. ex num. 30. Felin. cap. cum Bertold. nu. 25. de re judica. Paris. cons. 27. n. 19. lib. 1. Hormano. in l. naturaliter, §. nihil commune numer. 24. ff. de acq. poss. ff. Hip. de probat. n. 192. Avenda. de exequen. mand. lib. 1. c. 4. n. 21. Fran. Marcus decis. delphi. 609. n. 3.* communis *ex Decio, c. 1. nu. 46. de appel.* ut autem testes de auditu, & fama, in antiquis probent necesse est sui dicti rationem, etiam non interroganti, reddant, unde non sufficiet deponere fundum esse feudalem, vel emphyteuticum, secundum vocem, & famam publicam, nisi famæ rationem adjungant, ita *Alexand. consil. 137. visto lib. 1. & Afflict.* eleganter *dict. decis. 276. num. 4.* Dicitur autem tempus de antiquo (licet interpretes in hoc multis in locis varient) quando est tempus cētum annorum, & hæc est communis secundum *Alex. & Iason in l. cum aliquis col. fin. nu. 7. Cod. de jur. del. lib. Dec. dicto c. 1. num. 46. & in consil. 428. n. 2.* & magis communem testantur esse *Moderni Galli.* & in eam tē plures congerit *Dueñas* ubi supra, ultraque & *Hormano. in dicto §. nihil commune nu. 20.* qui tamen magis hoc relinquendum judicis arbitrio existimat, quæ fuit multorum opinio, quos refert *Aymon. de antiq. 1. part. nu. 2.* Sed ipse communem probat, quæ tutior est.

Adde præterea id quod diximus per libros antiquos probari limites, seu confines antiquos diœcesum, seu aliarum terrarum, ut est *text. in dicto cap. cum causam, verbo, libros antiquos* secundum communem intellectum: licet eum restringat ibi *Dec. n. 1.* intelligendum esse quamvis illi libri sub custodia publica positi non reperiantur, quia *text. dicto cap. cum causam hoc non petit*, nec *Panor.* ibi *num. 1. consentit*, qui quæstionem de finibus leve præjudicium continere, ait & *Felin. ibi Purpurat. n. 2. l. 1. num. 153. ff. si cert. pet.* non enim existimo levem esse controversiam, & damnum quod ex confinibus infertur, ut advertunt *Ripa dicta l. 1. n. 72. Dec. dicto cap. cum causam num. 4.* etiamsi de sola jurisdictione inter Episcopos agatur, quidquid idem *Dec.* dicat ibi *column. 2.* & docet hoc experientia quotidianna, videmus enim, ne dum in foro super limitibus, & jurisdictione infinitas propè lites excitari, sed ad arma manusque sæpissimè litigantes venire. Crediderim igitur ideo in his probationem petit ex antiquis libris historiarū, ut per *Hippo. in rub. de probat. nu. 193.* quia propter antiquitatem res est difficilis probationis, & ideo lex est contenta ea probatione, quæ potest haberi. Sicuti aliàs dicimus in

rebus

rebus quæ sui naturam secundum communem cursum difficulter possunt probari: admittitur enim probato, licet minus legitima *l. consensu* §. *super plagis C. de repudi. cap.* 3. loco ubi optime declarat *Ant. n.* 14. *de probat. cap. & si Christus in fin. de jurejurand. Hyp. sing.* 73. *incip.* plures sunt, quia allegant, & plenissima additio *Alciat. reg.* 1. *præsumpt.* 4. tradit *Ripa de peste fol.* 11. *n.* 21. copiosè *Iason. l. prætor ait ex num.* 20. *ff. de edendo.*

De probatione autem terminorum latissime agit *Avend. de exeq. mand. cap.* 4. *fol.* 46. *vers. post Guid. decis* 193. *& Chas. de Burg. Rub.* 1. §. 1. *in gl.* ou territore, quorum alter decem modos, alter octo probandi terminos ponit quibus addendi sunt *Julius frontinus, & aggenus urbicus*, qui de limitibus agrorum, quos integros libellos edidèrunt, & novissimè *Hieron. de Monte in suo tract. finium regundorum.*

Rursus cum dico credendum libris antiquis circa confines, intelligo de libris ipsiusmet Ecclesiæ quod satis est de mente communi omnium *in dicto cap. cum causam*, & expressit trascursim *Abb. col.* 2. ibi, *scripsit in libro antiquo illud castrum pertinere ad Ecclesiam, Purpura. in dict. l. n.* 153. *Dec. consil.* 146. *n.* 14. *vers.* 4. ista cõclusio, quod si tales sint libri, quibus ab antiquis communiter creditum est, vel reperiantur in loco, ubi solum servantur authenticæ scripturæ, tunc casus nõ habet dubium & plenam fidem faciunt *ex text.* & nota ibi per *Felin.* & alios *in cap. ad audientiam de præscript. Abb. n.* 1. *Dec. col.* 2. *nu.* 7. *in dicto c. cum causã*, explicat optimè *Boerius* ad praxim *decis.* 105. *n.* 11. quem retulit eleganter declarans *Aymon. de antiquita.* 1. *part. n.* 249. Atque adeo, ut nuper obtinuerim in causa ardua, in quasdam Ecclesias ad jus patronatus Regis pertinere, ex eo solum, quod in libro censuali posito in archivo Ecclesiæ maioris Episcopatus Colubrinensis, ubi sitæ erant illæ Ecclesiæ, reperiebatur scriptum in margine libri (Regis est,) nec profuit possessori centenariam, imò, & ducentenariam & immemorialem præscriptionem allegare, & probare, quia in Regijs patronatibus, nulla currit præscriptio in isto régno, ut sic intelligas, quãtum in his antiquitati, & libris censualibus, vel alijs libris Ecclesiæ antiquis deferatur, & allegabam in ea lite antiquis annalibus, circa jus patronatus esse credendum, ut tradit *Ripa l.* 1. *ff. si cert. pet. nu.* 73. & ibi *quoque Purpura t. n.* 154. idem *Ripa in cap. cum Ecclesia nu.* 97. de causa posse imò, & litteris in marmore templi incisis, credendum in causa juris patronatus antiqui consuluit *Bald. consil.* 310. *volu.* 5. *in principio arg. gloss. dicto cap. cum causam* ibi columna, vel lapide, quam ultra scrib. ibi notat *Ias. §. pœnales, n.* 16. *de act. Hip.* plures citando in rubrica de probat. *num.* 191. tradit etiam *Decius consil.* 135. *vol.* 1. *col.* 1. *Purpur. dictal. 1. n.* 155. & ibi quoque *Alciat. verb. celsus, pag.* 22. Accedit idem *Alciat. lib. parreg c.* 13. *in fin.* Declarat omnium latissimè *Aymon. de antiqui temp.* 1. *part. ex num.* 297. Nimirum hæc omnia, propter antiquitatem, & consuetudinem, alias enim regulariter probatio ex litteris in marmore incisis, non fit justa probatio, *l. monumentorum, C. de religiosis.* 27 28

Nec solum libris repertis in archivo Ecclesiæ, sed, & si reperiantur in domo Episcopi, vel receptoris Ecclesiæ hominis honesti, & legalis, dabitur fides, ut post *Card. & Abbat. in dicto cap. ad audientiã*, tradit ibi *Felin. conclusione tertia*, & sequitur *Boerius, dicta decis.* 105. *nu.* 12. ubi addit eleganter ad nostram materiam, *num.* 13. standum esse libris terragiorũ, seu laudemiorum Ecclesiæ continentibus nomina censitarum, & emphyteutitarum, & solutiones laudemiorum, & pensionum contra ipsos solventes, ut ex hoc ipso censeantur censitæ, vel emphyteutæ, voluit *Roma. in consil.* 127. *posita col.* 1. *Dec. cõsil.* 146. *col.* 6. *vers. quarto ista conclusio*, quod sane intelligendum est in libris authenticis de archivo Ecclesiæ, & præterea contra subditos Ecclesiæ solvẽtes, secus contra alios, unde si producatur liber monasterijs inquiens, quod monasterium habet redditum talis terræ, vel quod talis locus est redditicius, seu pensionarius monasterij in tot libris, seu corbibus frumenti, ex hoc non probabitur, nec possessio earum terrarum 29

ut

ut per *Bald. l. si pater. Codic. de actio. empti* nec dominium, ut per eundem *Bald. & Salyc. in l. solemnibus. Codic. de rev̄d.* & elegantèr *Afflict. decis.* 364. fuit decisum *n.* 7. Et id ipsum erit, si in libro monasterij reperiantur descriptæ solutiones canonum, seu laudemiorum talis terræ: nam ex hoc solum non probabitur census, vel emphyteusis ejusdem terræ, ut scripsit *Anchar. cons.* 44. *primo de viribus col.* 2. *Anania. Paul. & Abb.* relati per *Aymon.* (ubi latè agit) *in tract. de antiqui. temp.* 1. *p. n.* 248. quod rursus intelliges, nisi is cujus est terra se subscribat hujusmodi professioni, seu solutionibus, & libro, argumẽto *text. notab. in l. censualis. Codic. de donatio.* ubi professio, seu descripsio alicujus rei in censum nocet ei, qui scripsit, aut permisit scribi: non verò tertio domino rei nisi, & ipse cõsentiat, notant ad hoc *Bald.* ibi, & reliqui. *Decius dicto capit. cum causam, n.* 3. *Roma consil.* 291. *cum ista fratres col.* 3. *Alexand. consil.* 10. *numer.* 4. *lib.* 4. *Decius consil.* 146. *numer.* 13. *Rimin. consil.* 93. *n.* 52. *li.* 1. *Afflict. d. decis.* 364. *num.* 7. *Rebuf. ad l. Galliæ.* 2. *to. pag.* 248. *n.* 6. *Bart. l. tura. Codic. de omni agro de ser. li.* 11. accedit quod nec liber
30 Gabellarũ in quo reperitur solutio Gabellæ probat contractum, ut tradidit *Alexand. consil.* 361. *visa processu col.* 2. *lib.* 5. *per d. l. censualis.* Sequitur *Decius d. nu.* 3. quod similiter intelligendum est, ut nuper dixi.

Postremo, ne nihil ommittatur, adde quod licet regulariter per instrumentum non probetur dominium emphyteuticantis, secundu n ea quæ dicta sunt, attamen ex parte accipientis, uno singulari casu, ex solo instrumento probabitur: si videlicet fit instrumentum donationis, seu emphyteuticæ concessionis factæ à Principe, nam cum Princeps possit in alium ttansferre dominium pro libito voluntatis, sicuti, & lex potest ut apparet *in l. fin. C. de Sacro. Eccles.* tradidit latè *Joan. Nicola. in l. generaliter n.* 96. & 97. *C. de secun. nupt. Curs.* & alij, *l. traditionibus num.* 3. *Codic. de pact.* merito instrumentum de tali donatione mentionem faciens probabit dominium ejus, qui fuerit facta talis donatio, seu concessio in emphyteusim, ex sententia *Angeli.* qui casum istum primus exaravit, *in l. officium num.* 2. *ff. de rei vend.* cujus meminit *Jason. l. quoties, col.* 3. *in princ. n.* 5. *C. de re vendicatione*, verum hæc sententia ita accipienda est, si modo constiterit de Principis placito volentis dominium rei concessæ sine traditione transferri, idque agnoscunt omnes infra referendi, & præterea *Ferdi. Loazes in l. filiusfami.* §. *divi. num.* 76. *ff. de leg.* 1. * Adde *Jason. dicta l. quoties num.* 30. *Afflict. c. si facta col.* 2. *si de feud. fue. contro.*) (nec *Angelus* ipse aliter intellexit] alioquin in dubio, Principis donatio seu concessio non transfert dominium, nec item instrumentum ejusdem concessionis probabit dominium translatum, quia non præsumitur Princeps à regulis juris communis, & gentium velle recedere, sed uti jure communi, *l. ex facto. ff. de vulga doctrina Bald. l. bonorum Cod. qui admitti*, quam latè ornat *Loazes, dicto* §. *divi. num.* 177. *ff. legat.* 1. at secundum regulas juris communis, & gentium, dominium sine traditione, & apprehensione non transit, *l.* 1. *ff. de acq. posses. l. traditionib. C. de pactis*, quo loco *Alciatus* id ipsum resolvit circa possessionem, an ex contractu Principis transferatur, quod ipsum voluit etiam *Iacobinus de feudis, verbo, sed an Princeps, num.* 17. *versi. sed pro veritate*, nec aliud voluit *Jason. in dicta l. quoties, num.* 10. ubi latè disputat, & *in dicta l. traditionibus num.* 5. & 6. *Decius* resolutè *in l. certi condictio*, §. *deposui numer.* 7. *ff. si cert. pet.* & alijs quos refert, & sequitur *R. Præsul. Covar. lib.* 1. *resol. cap.* 19. *num.* 3. & novissimè *Ægid. Posit. tit. de Principe. n.* 67. Nec distinguo contractum Principis à concessionibus in vim privilegij, ut frequentius præcitati Doctores distingunt, & voluit *Lauden. in rubrica ff. de rei vend. num.* 10. quia privilegium non est æque favorabile, *l. si quando C. de in offi. test. l. sed milites*, §. 1. *ff. de execu. tut. noviores in l. beneficiam, ff. de const. princ.* solum id advertendum censeo, an Princeps voluerit statim dominium transferri, an id minus constet? Juxta quam resolutionẽ conciliandа est eorum opinio, qui ex donatione Principis dominium sine traditione transferri,

sim-

simpliciter aiunt, quam asseverat communem *Roeri à Motta in dicta l. traditionibus n.* 13. cum opinione eorum qui id simpliciter negant, ut *Lucas* latissimè *in l. ult. C. de cola. civili l.* 12. cum alijs, quos refert, *D. Covar. dicto n.* 3. Sic item distinguendi sunt plures alij doctores, quos in cumulum congessit *Andreas Tiraq. nobilitate c.* 37. *n.* 57. Nec possum acquiescere opinioni clarissimi Jurisconsulti doctoris mei *Emanuelis à Costa in suo eruditissimo tract. de successio. Regni Portug. pag.* 146. distinguentis an Princeps promittat se daturū vel donaturum, an dicat se donare, ut cum hoc ultimum dixerit, videatur velle dominium absque traditione transferri: id enim pugnat cum juris præsumptione, de qua supra, nec verbum, dono prolatum à Principe, hoc necessario præ se fert, nisi aliter de intentione constiterit, *& l. senatus* §. 1. *ff. don. cauſ. mort.* non magis in Principe quam in privato loquitur. Ex quibus concludo in nostra materia instrumentum donationis factæ à Principe de bonis coronæ, vel instrumentum concessionis emphyteuticæ, vel feudalis factæ à Principe, non probare dominium illius personæ, cui hujusmodi concessio, seu donatio facta dicitur, nisi de præcisa voluntate Principis, volentis ex ipso solo titulo dominium transferri constet, quod non est inutile ab emphyteuseis bonorum Armamentarij, quæ sunt Principis vel emphyteuseis bonorum Coronæ, & ad feudales concessiones, item ad resolutionem quæstionis, quā *Iason. Jacobin. Covarru.* & plerique ab eo citati, *ubi supra* tractarunt circa *d. l. quoties* de re à Principe donata vel vendita duobus, & hactenus, de emphyteuticis instrumentis, nunc ad alia emphyteusis requisita pergamus.

SUMMARIA.

1 *Emphyteuticus contractus, an requirat dari aliquid pro ingressu.*
2 *Lex Regia lib. 4. tit. 66. in novis lib. 4. tit. 41. declarata.*
3 *Sententia lata contra possessorem maioratus, an noceat successori, & quid in sententia circa nobilitatem.*
4 *Lex Regia lib. 2. tit. 17. §. 23. in novo tit. 35. §. 25. declarata.*
5 *Emphyteusis Ecclesiarum, an possint rescindi propter solutionem factam pro ingressu.*
6 *Datio pro ingressu, an possit recipi in cōscientia, & quæ quantitas sit justa.*
7 *Magna quātitas si solvatur pro ingressu an præsumatur venditio, & declarata lex Regni l. 4. titul. ult. in novis l. 4. tit. 12.*
8 *Libellarius contractus, an requirat aliquid pro ingressu.*

Quæstio decima. An sit de necessitate contractus emphyteutici, ut ultra pensionē, solvatur aliquid pro ingressu.

IN hac quæstione, magis est inter veteres, & noviores discordia: dixerunt enim prisci doctores ad emphyteuticum contractum necessum esse, ut ultra pensionem solvatur aliquid pro ingressū, seu introitu contractus (ut eorum verbis utar) & ita sentit *Bernardus in cap. potuit glos. 1. de locato Bart. in l. 1. in princ. Cod. isto titulo*, & est cōmunis opinio secundum *Alber. ibi n.* 3. & constat ex multis citatis per *Stephan. Bertran cōsi. 34. incip. principalis difficultas n.* 5. *lib.* 7. *Sylvest.* verb. *emphyteusis, n.* 3. *Host. in summa de locato n.* 11. & alij cōsimiles juris interpretes, sed, & huic sententiæ accedit novissimè Joan. Baptista *Ferre. cons.* 81. *n.* 3. perperam aliquot Doctores citans. Cæterum communis opinio posteriorum doctorum est in contrarium, quod, & si possint contrahentes, ita paciscī si velint, non tamen est necessum pro exordio contractus emphyteutici, aliquid ultra pensionem dari, ut consta *ex Abb. & Imol. utroque nu. 6. in d. cap. potuit*, & pluribus *citatis Bertran. ubi supra M. Ant. Natta. cons.* 49. & hanc profitentur esse communem *Ias. d. l. 1. col. 1. num. 3. Alexand. cōsilio* 117. *Viso processu, num.* 13. *lib.* 4. Denique in hoc communi noviorum cum communi antiquorum directo pugnat, &

utranque refert doctissimus *Joannes Oroscius Hispanus in l. jurisgentium*, §. *quoniã numer.* 43. *ff. de pactis.* Sed tamen verior est hæc posteriorum interpretum opinio, cui unum sufficiat argumentum, nulla scilicet lege cautum reperiri, ut pro exordio hujus contractus aliquid detur, nec omittendum id fuit à *Justiniano in* §. *adeo, instit. locati*, & alijs imperatoribus *in l.* 1. *&* 2. *Cod. de jure emphyt.* ubi ex professo naturalia, ac substantialia hujus contractus tradiderunt, accedit quod legibus Hispaniæ eadem opinio videtur probata *l. penult. tit.* 8. *partit.* 5. ut expendit *Oroscius ubi supra.*

2 Sed & *lege nostri Regni lib.* 4. *tit.* 66. *in nov. l.* 4. *tit.* 41. idem probari videtur adeo enim existimat non necessarium aliquid pro ingressu dari, ut certis quibusdam personis interdicat, ne ex contractibus emphyteusis aliquid recipiant pro ingressu pœna nullitatis ipsius contractus ipso facto indicta, & insuper amissione illius pretij quod pro ingressu datum fuit. Hæ autem personæ prohibitæ, sunt donatarij bonorum coronæ, administratores capellarum, possessores maioratuum, seu primogeniorum. Comendatarij militiarum, seu (ut alij vocant) militiarum præceptores, licet demus illis concessum, quod possint prædicta bona in emphyteusim concedere perpetuam, vel trium personarum, seu renovare, & quamvis *lex illa Regia d. tit.* 66. *in nov. d. tit.* 41. hujus rei rationem non exponat, illa videtur esse, quia prædicti omnes, sũt domini tẽporales, & quodãmodo usufructuarij, unde cum habeant jus morte sua finiturum, lucri consequendi gratia pro minimis pensionibus res maioratuum, seu comẽdatum; aut capellarum dabunt in emphyteusim ut lucrifaciant magnam quantitatem, quæ datur pro ingressu, quod non sine magno successorum dispendio fiet, & ideo huic rei lex nostri Regni prospectum esse voluit, cui suffragatur optimus *text. in l. Titius rogatus* 54. *ff. ad Tribe.* ubi fideicommissarius gravatus de restituendo, potest bona fide diminuere, nec ab eo exigi potest, nisi tamen [inquit lex] interverten-di fideicommissi, gratia tale aliquid fecerit notat *Socinus l. sed est quæsitum, col. fin. ff. de lib. & posth. Bart. & Moder. omnes in l. Imperator, ff. illo titulo* facit. *l. mulier*, §. *si hæres, versicul. sed enim, ff. illo titulo, & quod ibi Claud. & Bald. l. filium quem in fin. Codic. fami. herci.* concinit etiam illud vulgo receptum, quod sententia lata contra possessorem maioratus, non nocet successori, quando possessor ob dolum, culpam, imó, & ob negligentiam fuerit condemnatus, ut nuncupatim scripserunt *Moderni Galli, post Socin. l. Gallus*, §. *& quid si tantum, colum. fin. ff.* 3 *de lib. & posth. & Pynelus noster in* l. 1. *C. de bonis mater.* 3. *part. numer.* 48. *vers. limitatur* 4. quamvis regulariter probatum sit sententiam latam contra possessorem maioratus vel feudi nocere successori ex *Ripa. in l. filius famil.* §. *dividi. numer.* 60. *Crot.* 38. *Loaces. num.* 126. *Iason. lect.* 1. *n.* 47. *ff. de leg.* 1. & alijs quos citat *Andreas Tiraquel. de primogenit. quæst.* 35. *num.* 17. *Anton. Gomez. l.* 40. *Tauri numer.* 73. *& Pynel. ubi supra* quod ipsum in sententia circa nobilitatem lata, an noceat, vel prosit sequentibus resolvit *D. Joan. Arze. ab Otalora Regius ac meritissimus in Pinciana Curia Senator. in sua summa nobilitatis Hispaniæ cap.* 8. *part.* 2. *tertiæ principalis ex num.* 7. nimirum hæc omnia (ne sit in eorum potestate positum) suis successoribus ex dolo, culpa, aut negligentia nocere, nam cum ipsi à proximo antecessore non capiant, sed à primo concedente, *l. eum qui, ibi, non enim hæc partem sed maiores eis dedisse, ff. de interd. & relegat.* inconvenit ut ab illis præjudicium ferant, à quibus emolumentum non capiunt: & idcirco in nostro proposito, interdicta est illis lege Regia facultas emphyteuticandi cum acceptione pretij, seu cujusvis alterius rei pro ingressu ne hac occasione successoribus, aut Regi, per hujusmodi contractus noceant. Quod ipsum stabilimentis ordinis, seu Militiæ sancti Benedicti (nuncupatæ in hoc Regno, *Davis*) cautũ est *cap.* 25. ubi eandem rationem ponit quam supra exposuimus.

Et est valde notãda illa *lex Regia d. tit.* 66. *in novis d. titul.* 41. ad declarationem

alteri-

alterius *legis Regiæ libr. 2. tit. 17. § 23. in novis li. 2. tit. 35. §. 25.* ubi donatarij Regis est inhibitum, ne bona coronæ in emphyteusim concedant sine speciali Principis licentia. quod si fecerint non tenetur Rex illis contractibus stare, & sic probat contractus valere quandiu duraverit jus concedentis, quod apertis juribus confirmatur *l. necessario, §. fin. ff. de peri. & com. rei vend. l. si quis domum, §. huic subjungi, ff. locati.* tradit *Jason. l. 3. ex n. 117. C. isto tit. & in l. 3. §. ex contrario, num. 72. ff. acq. possess.* late *Socin. consil. 69. per totam, libr. 3. Alexandr. & doctor. l. si filio §. vir. numer. 11. & 18. ff. solut. matrim. Gomez, l. 40. Tauri, numer. 84. ad finem,* ut scilicet illa *l. Regia* intelligatur, si modo emphyteusis concessio non fiat dato aliquo pro ingressu, quia ex hoc ipso erat statim nulla nec durabit etiam ad vitam concedentis, *juxta dictum titulum 66. in novis dicto tit. 41. quod tu nota.*

Quorum omnium argumento, dicebam olim (nec nunc displicet) posse emphyteuses à Prælatis Ecclesiarum concessas, cum acceptione pecuniæ, seu munerum (quæ appellant ingressum) ultra pensionem, ex hoc ipso labefactari: quasi in fraudem successorum in Prælaturis concessas, maxime si ingressus sit lucrosus, & pensio constituta sit modica quod aliquando fuisse judicatum, ut huic nostræ opinationi aliquid authoritatis accederet, & forsan hoc argumento hodie est decisum in *Concil. Tridene. sess. 25. capit. 11. fol. 155. vers.* Ne representata pecunia locentur res Ecclesiæ, & quod hujusmodi locationes anticipatis solutionibus factæ nullatenus in præjudicium successorum validæ intelligantur, nec etiam à Romana Curia confirmentur. 5

Sed, & vidi aliquando disputatum an is ingressus pecuniarius usuram sapiat quasi recipiatur ultra justam pensionem pro conficiendo contractu. Sed visa mihi fuit disputatio innanis, cum illa acceptio pars sit conventionis, & in partem pretij justi cedat, *l. fundi partem, ff. de contra. empt.* Nec *lex Regia dicto tit. 66. in nov. d. tit. 41.* quibusdam certis personis hanc acceptionem prohibet, quia sit illicita, & usuraria, sed propter illam rationem, quâ supra adduximus, nec successoribus fiat læsio, alioquin si illa acceptio usuram saperet non quibusdam personis, sed omnibus omnino interdiceretur. Illud autē admoneo, in foro animæ tutum non esse illū qui ultra justam pensionē aliquid pro ingressu reciperet, quia peccat contractus in æquilibrio justitiæ, sicuti non est tutus qui decepit in pretio, licet non ultra dimidiam, ut cum communi resolvit insignis *D. Navarr. in cap. novit. 6. not. num. 95. & 66. de judic. & Præsul. Covarrub. 2. lib. resolut. cap. 4. num. 11. col. 2.* Sunt tamen qui dicunt quod erit justa acceptio pro ingressu si res valeat centum, & concedatur in emphyteusim cum intratura de quadraginta (ut loquitur *Alberi. in l. 2. C. isto tit.*) & cum intratura de sexaginta, ut ibi dicit *Jason.* & sequitur *Matth. Afflict. decis. 72. Nardus Andreas n. 4.* quibus ego consentio, nisi valde modica, & minima sit pensio: læditur enim manifeste is qui pro re valente justo pretio centum, præstat sexaginta, & ultra hoc annuas pensiones: nam nec emptio dominij directi, & pleni, pluris constaret. Proinde justa erit intratura (ut barbare cum Doctoribus loquar) si computata cum valore pensionum faciat justum pretium rei parum plus vel minus: alioquin non est ferendus qui ultra justas pensiones recipit ulterius pecuniam pro ingressu, exit enim conventio mensuram justitiæ, nam si pactum de retro minuit pretium rei multipliciter secundum varias regiones ut tradit *Abb. cap. ad nostram colum. 2. de emp.* & plures quos congetit *Tiraq. in præfatio. retract. conven. numer. 20. & 25. Gratus consi. 57. lib. 2. Chass. de Burg. Rubr. 5. §. 1. numer. 25.* plenius *Covar. libr. 3. resolut. cap. 10. n. 1.* cur non minuet etiam id quod datur pro ingressu, & reputabatur ad justum valorem? Sive in conscientiæ foro hoc perpendamus, sive in foro sæculari ad materiam læsionis ultra dimidiam.

Unum non prætereo, quod si plus sit in quantitate soluta pro ingressu, quam valor pensionum, magis censebitur venditio, quam emphyteusis, maximè si de con- 7

tractu emphyteusis sit siniſtra ſuſpicio ratione perſonarum, aut aliàs, quia contractus regulatur ſecundum id de quo magis participat, ut eſt recepta concluſio in illo dubio venditionis, & permutationis de quo *Ioan. Andr.* & alij *in cap. ad quæſt. de rer. perm. Bar. l. Ariſto. ff. de donat.* & plures relati per *Tiraquel. in 1. retract. §. 3. gl. 1.* latiſſimè *Pynel. 2. part. Rub. de reſcind. c. 2.* & ita in propoſito emphyteuſis pro qua fuit ſolutum pro ingreſſu dimidium veri valoris ipſius rei, concludit (licet alijs ſenatoribus repugnantibus) *Affict. dicta deciſ. 72. n. 9.* inquiens non curandum de nomine emphyteuſis ſi re vera eſt venditio, & habet pretium juxta doctrinam *gloſſ. l. 1. §. 1.* verbo agendo, *ff. de ſuperficieb. quæſt. 1. num. 10.* & quod ait *Bart l. 1. Cod. iſto tit.* optime *M. Anton. Natta. conſi. 49. n. 13. Affict. deciſ. 80. n. 8.* Unde non inutiliter infertur *ad l. Regni tit. ult. l. 4. in novis li. 4. tit. 12.* ubi prohibetur venditio inæqualis, facta à parte uni ex filijs, ſine cõſenſu aliorum filiorum, ut ſi pater concedat emphyteuſim uni ex filijs cum hujuſmodi exceſſivo ingreſſu dationis pecuniæ: videatur magis venditio in fraudem legis facta, & ſit locus *d. tit. ult. in novis d. tit. 12.* Ut omittamus alia quæ circa illam *l. Regiã* tradit *Pynel. dict. cap. 2. num. 10.* & nos aliquando multo plura.

8 Id autem quod diximus de contractu emphyteutico circa dationem pro ingreſſu repetitum habeas in contractu libellario & ſimilibus, atque ita declarabis quæ tradit *Bald. de contractu libellario in c. 1 §. donare qualit. olim feud. pot. alien.* quem ſequitur *Pariſ. de puteo in tract. de reintegra feud. c. quando plerumque n. 12. fol. 101. col. 2. Conan. lib. 7. commenta. Jur. civ. cap. 12. in fin.*

Poſtremo hic adnotabis unam differentiam inter feudum, & emphyteuſim, quod emphyteuſis non deſinit eſſe proprie: quanvis aliqua pecuniæ quantitas detur pro ingreſſu, ut jam oſtendimus: cæterum ſi pro conceſſione feudi recipiat quis pecuniã non erit proprie feudum licet Princeps utatur verbis importantibus feudum, ut dixit *Bald. l. qui ſe patris, n. 12. col. 7. verſ. hoc ſcias C. unde li.* & *l. Si quã Cod. de ope. li. Curſi. late de feudis q. 6. n. 14. cum ſeq.* & *latius in 2. part. num. 39.*

SUMMARIA.

1 *Penſio ẽphyteuſis Eccleſiaſticæ quãdo ſit juſta, & quid in ſæculari, n. 2. & 4.*

3 *Intellectus text. & gloſ. in Auth. perpetua Cod. de ſacroſ. Eccleſ.*

5 *Penſio emphyteuſis an rectè cõſtituatur per relationẽ ad aliud, & quid ſi relatũ ſit nullum, vel injuſtum num. 6.*

7 *Emphyteuſis cõceſſa ſecundum formam & modum anteceſſoribus conceſſum, ſi de illo non appareat, an valeat.*

8 *Relatio ad aliud an ſufficiat ubi à lege ſpecialis mentio requiritur.*

9 *Relatum ſi nõ appareat, an vitietur referens, in privilegijs, conceſſionibus, & alijs actibus remiſſive.*

10 *Penſio emphyteuſis an poſsit conferri in arbitrium tertij, & quid ſi non cõferatur, ſint tamẽ deputati publici æſtimatores, & quid ſi tertius noluerit penſionem diffinire vel inique diffiniat, num. 11.*

12 *Emphyteuſis conceſſa pro penſione, quã contrahentes declaraverint, & diſcordaverint, quod eligãt tertiã valeat, & quid ſi conferatur in arbitrium tertij. ab uno tamen ex contrahentibus eligenda n. 13. & quid ſi dicatur quanti æſtimabitur, nõ declarata aliqua perſona, n. 14.*

15 *Renovatio emphyteuſis ſimpliciter facta ſine declaratione penſionis an valeat.*

16 *Emphyteuſis conceſsio ſi intra annum vel perpetuo placuerit, an valeat, & de intellectu text. in l. quod ſi noluit §. ſi quid ita ff. de ædil. edicto.*

17 *Emphyteuſi vendita cũ pacto de retrovendendo in perpetuum, vel uſque ad 40. annos quomodo intelligatur.*

18 *Venditio facta cum obligatione ſtatim emphyteuticandi eandem rem an valeat, & quomodo intelligatur.*

19 *L. 2. C. de reſc. vend. an habeat locum in emphyteuſi.*

Quæſtio XI. Quæ ſit juſta penſio in emphyteuſi, & qualiter conſtituatur, & an ſit locus remedio l. 2. C. de reſcind. vend. in eadem?

ID quod solvitur in recognitionem dominij superioris, pro re emphyteutica, aliquando appellatur redditus, seu pensio emphyteutica, ut probat *text. in §. adeo inst. locat.* ibi, *pensio sive redditus*, licet nomen pensionis late pateat ut tradit *Paris. & Puteo lib. de verbor. sign.* verbo *pensio* aliquando appellatur Canon emphyteuticus, *cap. potuit ibi, solutione canonis, de locato*, & alibi quanvis etiam nomen istud canon largius accipiatur pro omnibus redditibus ordinarijs quæ Coronæ Regiæ debentur ut *ex Budeo tradit. D. Covarru. libr. 1. resolut. cap. 12. num. 4.* nomẽ vero pensitatio ad publicas functiones refertur ut *in titulo Codic. si propter Publi. pensita.* Porro pensionem emphyteuticam (hoc enim nomine uti magis placet) tam in pecunia numerata, quam in ipsius redditibus posse constitui jã probavimus *supra quæst. 1. numer. 7.* quod plerique omnes agnoscunt, & *Franciscus Gallus in suis commentarijs ad jus civile lib. 12. cap. 7.* & probat *l. Regia lib. 4. tit. 65. in princ. in novis lib. 4. titul. 36. in princ. & titul. 40* Secundum quã pensio locationis dominium, non potest constitui nisi in pecunia vel avibus, aliàs contractus est nullus.

Videamus ergo nunc quæ sit justa pensio emphyteusis, & sane in re Ecclesiastica docent optime *Paul. Castr. in authen. si quas ruinas num. 2. Cod. de Sacrosanct. Eccles. Archid. in cap. hoc jus porrectum n. 17. 10. quæst. 2.* & his non relatis aliter *P. Rebuff. in compendio alienation. rerum Ecclesiasticarum num. 98.*

2 In emphyteusi verò sæculari, vulgo interpretes docent, quod justa pensio pro re emphyteutica dicitur illa quæ in 20. annis collecta, conficit rei æstimationem moventur *per glos. celebrem* verbo, *justa in Authent. perpetua Codic. de Sacrosanct. Eccles.* quam sequitur ibi *Fulgos. & Paul. sub Authent. si quas ruinas numer. 2.* & quod ad eam quotidie recurritur inquit *Corneus consil. 181. numer. 66. libr. 2. & 265. numer. 1. libr. 1. & 285. numer. 10. libr. 3. M. Anton. Natta. consil. 49. numer. 26. & rursus consi. 198. numer. 6. Afflict. decisio 284.* an soluto in fine, & alij relati per *Tiraq. libr. 1. de retract. §. 1. glos. 6. num 16. pag. 66.* & est *text. clarus* (quem glos. illa citat) *in §. quia vero Leonis vers. si vero alicujus Ecclesiasticæ colũn. 2.* & ubi est tex. tam apertus non debuit glos. alia multa commendari: nisi ex eo tantum quod clarius loquitur. Sed & illius text. & glos. argumento (ut hoc obiter dicam) per conversum interpretes aiunt justum pretium cujusque rei esse illud quod conficitur ex redditibus seu pensionibus viginti annorum ejusdem rei, & ad hanc conclusionem citant eam *Alexan. & Iaso. in l. si fundum per fideicommissum numer. 5. de leg. 1.* & plerique alij Doctores ex relatis per *Tiraquel. ubi supra & per Covarr. lib. 3. resolut. cap. 9. numer. 5. & alij insuper relati per Pynel. in l. 2. C. de resc. vend. 3. par. c. 4. n. 29.* Imo & quod ea sit justa pensio in locationibus, & conductionibus per illum *tex. & glos. consuluit Rom. cons. 423. n. 1.*

Sed tu hic adverte, primo illum textum *§. sin vero Ecclesiasticæ, & glos. d Authen.* perpetua perperam à doctoribus citari ad illas duas conclusiones receptas de justa pensione in emphyteusi, & locatione, & de justo pretio rei, quia text. ille, & glos loquuntur peculiariter quando res Ecclesiæ magno digna pretio, sed parvas reddens pensiones, aut nihil ferè pensionum datur in emphyteusim: tunc bene sit illa computatio pensionum 20. annorum, & ita dicit aperte illa littera.

Quod fit ut non bene extendatur ad alias emphyteuses rei Ecclesiæ, vel etiã ad emphyteuses sæculares, & multo deterius ad pensiones locationum, ut fecit *Ludovicus Roman. dicto consil. 423. in princip.* & ideo merito illius text. allegationem reprobavit *D. Covar. dicto num. 5.* subdens quod non est omnino certa illa doctrina, quia ex pluribus causis pretia fundorum variari possunt *l. 2. §. d vi. ff. de jure fisci. l. pretia ad l. falc.* Sed hæc sua ratio non videtur efficax, quia quando Doctores, & jura faciunt illam computationem, certè secundum pensiones præsentis aut præteriti temporis computant, & non futuri, quia de futuris redditibus non possunt divinare.

Secundo adverté plurimum referre, an computatio fiat ex viginti annorum pensionibus, an vero ex fructibus viginti annorum, ut voluit computare *glos.* verbo, distinctæ *in capit. hoc jus porrectum vers. fin. autem* 10. *q.* 2. nam plerumque fructibus valent multo plusque sit pensio quam colonus pro illis dat, ut quotidie videmus.

4 Tertio in quæstione proposita circa emphyteusim sæcularem, quidquid Doctores dicant argumento illius glos. dixerim ego quod justa pensio dicetur emphyteusis de novo concessæ, illa quæ consuevit dari pro alijs rebus similibus vicinorum locorum ex traditis per *Cremen. l.* 2. *Codic. rescind. vend. num.* 229. si vero fuerit emphyteusis antiqua, regulabitur secundum pensionem solitam proximis annis dari, ut aliàs dicimus in locatione, juxta *l. licet, & l. excepto cum glos. verbo consuetudine, C. locati. Roma. consi.* 423. *num.* 1. voluit in terminis emphyteusis, noster *Pyn.* (nihil ad hoc allegans) *in d. l.* 2. 1. *p. cap.* 3. *col. fin.* facit doctrina *Bart. l. dotem, §. qui maximos, num.* 9. *col.* 3. *in princ. ff. de publica, & in l. Si justum num.* 1. *ff. de act. emp. Cremen. dict. l.* 2. *numer.* 119. Nec hic cadit arbitrium judicis, ut diverunt aliqui à quibus merito recedit *Archyd. dict. cap. hoc jus num.* 12. quia res in facti probatione consistit, perpensis quæ late tradunt *Cremen. & Pynel. dict. l.* 2. *ult. part.* circa rerum æstimationem.

5 Sed an emphyteusis consistat sine constitutione certæ pensionis, non video satis declaratum, ego tamen distinctim sic prorsus resolvo, & primus est si contrahentes emphyteusim referant se ad certum locum, puta dicendo quod tanta sit constituta pensio, quanta solvitur in tali loco, vel quanta solebat solvi in tali anno, vel tempore, & tunc sine dubio valeat emphyteusis, quia relatio ad locum, vel tempus, facit certam constitutionem vulgo enim dicitur, quod relatum cum omnibus suis qualitatibus, *& l asse. toto ff. de hæred. inst. l. si ita scripsero. ff. de condit. & demõst. l. à filio §. testator. ff. de adim. lega. l. Si prior, ubi Doctores ff. solut. matrim. l. ait prætor. §. si judex ff. de re jud. l. fin. Codic. de falsa cauf.* utrobique Doctores tradunt ad varios casus. *Alexand. consi.* 190. *n.* 3. *lib.* 7. *Deci. consi.* 47. *col.* 2. *& consi.* 128. *num.* 1. *Socin. consil.* 27. *col.* 3. *lib.* 4. *Curti. Junior consil.* 29. *col.* 2. *in fin. Guid. decis.* 334. pulchre *Covar. cap. cum tibi nu.* 5. & alibi doctores passim. Proinde non minus est pensionem certam exprimere, quam ad pensionem certi loci vel temporis se referre. Et suffragatur, quia in emptione, & venditione certum pretium requiritur §. *pretiũ* ubi *glos. & Doctores inst. de empt. & vend. l. hæc venditio* §. 1. *ff. contra empt. Azor. in summa Codic. illo titul.* & tamen si per relationem vel demonstrationem aliquam potest fieri certum valet emptio, ut *d. l. hæc venditio* §. 1. ibi, *quanti tu emisti, vel quantum pretij in arca habeo. l. quis fundũ ff. illo titul. Anton. Gom. de contracti. cap.* 2. *n.* 9. & id ipsũ multo magis in locatione argumento *l. excepto* (quatenus se refert ad consuetudinem) *& l. circa Codic. locati*, unde si mirum si idem in emphyteusi indubitate dicamus, ubi certæ, & omnino determinatæ pensionis mentio facta non reperitur §. *adeo inst. locati.*

Hoc autem quod de certa relatione di- 6
co, intelligas quanvis relatum sit nullum de jure, vel injustum (puta dicatur concessa emphyteusis pro illo pretio, vel illis redditibus quos Titius solebat solvere tali tempore vel loco, & fuerit judicatum illam pensionem fuisse injustum, vel contractum fuisse nullum) adhuc etenim valebit ista altera constitutio emphyteusis quousque annulletur, moveor ex eleganti decisione *Bald. in l. alia n.* 3. *C. de ijs quib. ut ind.* ubi dicit quod, & si relatum sit nullum de jure, non definit valere relativum, sequitur *Jas. in l. legata inutiliter num.* 16. *ff. de leg.* 1.* licet aliàs aliter distingant *Lud. Rom. consi.* 293. *col.* 1. [secus vero si totaliter deficiat relatum, quia tunc valebit emphyteusis, sicuti in emptione probat *l. C. d. l. si quis fundum* 37. *ff. de contr. empt.*

Sed quid si concedatur emphyteusis se- 7
cundum formam, & modum antecessoribus concessum, nec appareat quibus formis, & modis antecessores habuerint? Et responderunt *Paul. & Ang. per illum text. in l. penult. Cod. inst. & substit.* non ex hoc

vitiari

vitiari concessionem. Illos sequitur *Iason. in lectura l. admonendi. nu. 39. ff. de jurejur.* dummodo pensio reperiatur taxata quod nota.

Illud tamen obiter adnotabis, quod si à lege specialis seu specifica mentio alicujus rei exigatur non sufficiet mentio per relationem. ut eleganter scripsit *Afflict. dec. 202. in causa domini nu. 13.* quando autem vitietur referens si relativum non appareat, in privilegijs, commissionibus, judicijs, accusatione, statuto, positionibns, sententia investitura, emphyteusi, contractibus, & ultimis voluntatibus, latissimè omnium *Iasm. l. admonendi ex n. 29. usque 42. & in rep. num. 27. & seq.* quem semper legito.

Secundus casus est si emphyteusis sit 10 constituta pro ea pensione seu redditibus quos Titius vel Seyus arbitrati fuerint, & crediderim valere. Nam cum in venditione, ubi certitudo pretij nuncupatim requiritur, §. *pretium*, ibi *certum esse debet*, *inst. de empt. & vend.* receptissimũ sit valere vẽditionem pretio collato in arbitrium certæ personæ illo arbitrante *l. fin. Codic. de contr. empt. d. §. pretium* ibi, *quanti Titius inst. eod. ord. lib. 4 tit. 23. §. 1. in novis lib. 4. tit. 1. §. 1.* & id ipsum in locatione constitutum sit, *in l. si merces 28. ff. locati, & in d. §. pretium, in fine*, nimirum si idem dicamus in emphyteusi quæ illis contractibus affinis est, & id ipsum crediderim si pensio emphyteutica non referatur ad arbitrium certæ, & nominatæ personæ, sed ad id quod decreverint taxato respublici domum, vel publici æstimatores, qui solent singulis annis eligi à Primoribus civitatum & à Rectoribus universitatum, nam cum & ij sint omnino certæ personæ valebunt venditio, locatio, & emphyteusis sic constitutæ ad eorum arbitrium. Sed quid si locatio vel emphyteusis celebretur simpliciter non constituta certa mercede nec determinato pretio. Et sane crediderim etiam tunc valere si statuto vel lege lata, aut præscripta consuetudine caveatur, ut pensiones conductionum seu emphyteuticationum à publicis æstimatoribus taxentur, vel sint certa statuta rerum pretia: vi-detur enim conductio seu emphyteuticatio simpliciter facta non determinata pensione habere relationem tacitã, ad id quod lege seu statuto caveatur, hoc est ad pretiũ legis vel ab æstimatoribus taxandum, intelligitur enim quis semper cum dispositione legis se conformare *l. si duo, ubi Bald. & Aret. ff. de acq. hære.* similiter, & cum generali consuetudine *l. si fundus, ff. de evictio.* sed, & cum consuetudine patriæ, ut est text. in proposito secundum communem intellectum. *glos.* ibi, *in l. excepto.* ibi, *juxta præteritam consuetudinem. Cod. locati per quem* ita *Anton. Gomez de contract. cap. 2. num. 9. in fine, & cap. 3. num. 4.* & præter eũ *Corset. sing. verb. consuetudo fol. 184. Cremens l. 2. Codic. de rescind. vend. n. 259.* ac alij quos citat *Pynelus noster in rubr. Cod. de rescind. vendit. 2. part. cap. 3. num. 4.* ubi novo sensu *d. l. exceptio* interpretatur improbando communem, cui licet non repugnem, sum tamen ab illo devius, quatenus superiori conclusioni contradicit, si enim lege, consuetudine, vel statuto sunt rebus certa pretia imposita, vel deputati terum æstimatores: cur vitiabitur contractus propter non declarationem certi pretij aut certæ pensionis? Cum lex ipsa, aut consuetudo hoc declarent, vel æstimatores à lege positi.* Adde *Peraltam l. 1. n. 46. ff. leg. 2.*) Accedit quod conductus sine expressione certi salarij censetur conductus pro solito præstari. *Bald. l. licet in fin Cod. loca. Rave. & Salyc. d. l. excepto late Cremen. ubi supra Everar. in centur. pag. 554.* tradit *Dect. in reg. semper in stipulation. bus ex num. 7.*

Hic adde quod si is tertius in cujus ar- 15 bitrium certitudo seu definitio pensionis committitur, noluerit pretium definire, vel non potuerit, quia ante arbitrium moriatur, evanescet emphyteuticus contractus sicuti, & venditio, & locatio dicta *l. fin. Cod. de contract. empt. juncto §. adeo inst. locati, l. Regia dict. tit. 23. §. 1. in novis lib. 4. tit. 1. §. 1.* Nec pensionis definitio eo casu ad boni viri arbitrium reducetur, quia in contractibus non receditur à persona, *l. si quis arbitratu, ff. de verborum, text. apertus in dicta l. si.* ibi, *quasi nullo pretio statuto*

&c.

&c. Qua in re labitur manifeste *Joan. ab Anania. consi. 16. incip. Visis instrumentis & compromisso nu. 12. & 13.* quem inadvertenter sequitur *Dec. consi. 648. pro resolutione num. 1. & 2.* & decipitur *Anania. argumento ultimarum Voluntatum*, in quibus diversum jus est, ut tradit *Iason. ad Portium in dict. §. pretium autem colūn. 2.* Porro si is tertius qui pensionis quantitatē debet arbitrari, arbitretur, sed tamen inquam, & injustam pensionem, ut quia dimidium justi, ultra vel citra excesserit *l. 2. l. si voluntate C. de rescind. vendi.* vel aliàs judicis arbitrio inique definiat *l. scio. ff. de integrum rest.* certe tunc ad boni viri, judicis arbitriū recurretur, ut scripsit Portius dicto §. *pretium autem in gloss.* diffinierit, & ibi quoque *Claudius in Paraphrasi. pag. 280. lex Regia dicto §. 1. in novis in dicto titul. 1. §. 1.* ubi elegantem hujus rei praxim ponit: discriminis autem ratio est quia post arbitrium emissum jam est perfectus contractus, & ex eo nata actio, cui deservire potest judicis officium: quod iniquitatem pensionis emendabit, quæ ratio cessat, non arbitrante eo qui debebat arbitrari: quia non est contractus in quo versetur judicis officium l. 4. *cum mate. Cod. de positi.* & ita eleganter *Portius super d. gloss.* diffinierit, quod si arbitrium non circa quantitatem pensionis, & certitudinem (quæ sunt substantialia contractus) sed circa aliquod appendix, seu accessorium, aut naturale contractus emphyteutici versabitur, tunc etiam eo qui debet arbitrari non arbitrante recurritur ad judicis arbitrium, quod, & *Portius Iaf. ac Claudius in dict. §. pretium*, absque dubio ponunt, arg. dicta *l. si emptione, ff. de contract. empt.* ea ratione, quia cum contractus ex substantialibus consistat habet officium judicis fundamentum ad emendandam iniquitatem circa accidentalia. Proinde si celebretur emphyteusis certa pensione constituta, & conveniat ut circa commissum servetur, id quod Titius arbitratus fuerit, & ipse nolit arbitrari vel non potuerit (quia interim decesserit) recurretur ad viri boni arbitrium, nec ideo evanescet contractus: uti, contingeret, si circa pensionis quantitatem nolet arbitrari, vel non posset Titius in quem hujusmodi arbitrium collatum est, juxta *d. l. fin. C. de contr. empt.*

Tertius casus est, se nemine nominatim expresso, qui justam pensionem arbitretur, concedatur emphyteusis pro ea pensione quam ipsi contrahentes declarabunt, & si discordaverint eligant tertium, qui eos ad concordiam reducat: & videtur non valere emphyteusis, quia talis constitutio pensionis ad modum incerta, quemadmodum in venditione scribit *Angel. d. §. pretium*, quem sequitur *Pynelus noster in rubrica Codic. de rescind. vend. 2. par. cap. 1. num. 4. & 5.* etiam in casu, ubi venditio fuerit facta pro pretio declarando à bono viro in genere ex text. & mente communi in *d. l. fin. in d. l. si merces, & in dicto §. pretium*, & id ipsum si dicatur pro pretio declarando per duos à nobis eligendos, contra *Decium* dicta *cons. 648. nu. 1.* suffragatur traditio *Bart. l. si merces ff. locati* quem sequitur ibi *Paul.* sed reprobat *Pynel. ubi supra* & non male. 12

Veruntamen licet istæ traditiones bene defendantur in contractibus venditionis, & locationis, tentavi aliquādo ad emphyteusim non recte trahi, quia emphyteusis proprius est contractus, & separatam habet naturam ab emptione, & locatione dicto §. *adeo* & est contractus stricti juris, ut dixi *q. 5. n. 7.* & non video eam certitudinem constituendæ pensionis requiri in ea, sicuti requiritur in prædictis contractibus. Præterea ut dixi supra *q. 1. nu. 15.* pensio emphyteutica non habet principaliter rationem mercedis, sed præcipuè fit, & cōstituitur pro recognitione dominij directi unde videtur quod si ad virum bonum in genere æstimaturam justam pensionem, partes se referant, vel si ad tertium qui cōtrahentes ad concordiam in pensione reducat: sustineri debeat hujusmodi contractus, & ita olim disputabam nisi me coæquatio locationis, & emphyteusis, & rursus locationis cum venditione in hoc ipso proposito juxta *dicta l. fin. in fine* retraherent.

Quartus casus est si celebretur emphyteusis pro ea pensione, quam dixerit aliquis

quis tertius ab uno ex contrahentibus eligendus: in quo dicendum non valere emphyteusim nam, & venditio ac locatio nō valent in ea specie, ut resolvit *Pynel. dict. c.1.n.6.* ad finem contra *Paul. in d. l. merces* cujus opinio, & juri, & rationi repugnat.

14 Sextus casus, si constituatur passio emphyteusis simpliciter quanti æstimabitur non dicendo à Titio vel Sempronio: nam tunc inutilis erit conventio, cum, & in locatione idem sit responsum *l. si merces ff. locati Claudius ubi supra pagin. 821.*

Similiter idem dicendum, si emphyteusis constituatur dicendo pro justa pensione, sine aliqua alia certitudine ipsius: nam & eo casu non valebit, quemadmodum, & in venditione scripsit *Romanus in l. Sciendum nu. 32. ff. de verborum obligationibus* cujus opinio est communiter recepta ex infra citandis quidquid contradicant *Fulgosius, & Albericus in l. hæc venditio §. 1. ff. de contra. emptio.* Quod si contingat ut sic constituta emphyteusis, res nihilominus tradatur, non propterea ex secuta traditione validabitur emphyteusis nulliter constituta, quia traditio non supplet defectum substantialem contractus. Proinde is qui tradit, poterit rem vendicare, & fructus seu eorum æstimationem quia nuda à titulo traditio dominium non transtulit *l. nunquam ff. de acquirendo*, & id circo in hoc articulo non sequor receptam sententiam, quæ loquendo in venditione facta simpliciter, vel generice pro justo pretio, secuta rei traditione, docuit agendum esse præscriptis verbis quasi ex contractu innominato, ut judex justum pretium declaret *ex Azon. in Summa. Codic. locati Bald. l. fin nu. 8. C. de contr. empt. & in l. contractus num. 8. C. de fid. instrum. Roma. ubi supra nu. 33. Alexand. ibi nu. 17. Jason. §. actionum n. 19. de actio. Anto. Gom. 2. to. c. 3. n. 4.* & alijs quos refert *Pynel. noster in Rub. C. de rescind. vendit. 2. part. cap. 1. nu. 9.* ubi latius hac in re diffuditur, cur enim præscriptis verbis agetur cum plana rei-vendicatio rei, & fructuum competere possit, contra *l. 1. & 2. ff. de præscriptis verb.*

Septimus casus, si emphyteusi finita rursus dominus faciat renovationem ejusdem simpliciter, valebit: licet certa pensio non exprimatur, nec aliquid aliud, intelligitur enim facta eodem pretio, & qualitatibus, & omnia in ea repetita quæ in præcedenti emphyteusi ex doctrina *Bart. l. si mihi, & Titio ff. de verb. per l. Item quaritur §. qui impleto. ff. locati. l. penult. §. uxor. solut. matr. l. stipulatus in princ. ff. de usu* & est casus *in cap. 1. de gradib. succe. & in cap. 1. de duob fratr.* tradit *Isernia per illum text. in c. 1. de vassal. decre. æta. Bald. l. 1. q. 15. ff. de rer. divis. & in l. 1. col. penult. C. quan. non pet. par. Imol. c. ex parte de feud.* faciuntque de feudo renovato notat *Bart. & glos. in l. Quod dicitur 1. ff. de impens. & in l. peculium §. si ære. ff. de pecul.* late tradit *Carolus Ruinus consi. 91. nu. 5. col. 3. Vol. 1.* ubi ad hoc ponderat *l. post dotem*, secundum tertiam lectio. *ff. solut. matrim.* & alia etiam adducit, post *Alexandrum cons. 29. col. ult. lib. 5. & Dec.* (quid ipsum scribit, in emphyteusi, & feudo renovato) *consil. 53.* Placet mihi *num. 1. & 2. lib. 1.* Nec enim renovatio, est titulus novus, sed tituli prioris continuatio, ut late scribunt *moderni Galli. Curs. Seni. consil. 48. num. 46.* tradit *Felin. cap. de causis numer. 1. de offic. deleg. D. Gama decis. 222. num. 7.* & novissime tradunt *moder. de renovat. q. 11. ex n. 1. & num. 6.* 15

Sed quid, si emphyteusis concedatur, si intra mensem vel annum placuerit, res illa concessa sit emphyteutæ, & sane ea conventio rata habetur, quia pensio aut substantialia contractus non committuntur in voluntatem contrahentis, sed tantum qualitas, & bonitas rei, & sic placentia, vel displicentia ipsius, id enim etiam in venditione permissum est, *§. emptio. ubi gloss. & communis inst. de empt. & vend. gloss. & communis in l. in vendentis opp. 1. Codic. eod. tit. lex Regia lib. 4. tit. 23. §. ult. in nov. lib. 4. tit. 1. §. 2.* quod si emphyteuta intra illud tempus declaraverit sibi placere valebit venditio, & idem si nihil expresserit displicere. Non tamē poterit durante tempore declarationis, concedentem seu venditorem pœnitere, ex his quæ notat *Aret.* 16

l. ſtipul. col. ultim. in fin. ff. de verborum quod ſi contingat tempus ſtatutum declarandæ voluntatis elabi, venditio firma erit, ut dicto *titulo* 23. §. *ultim. in novis dicto titul.* 1. §. 2. & eadem ratione emphyteuſis.

Porrò ſi de tempore nihil convenerit, ſed ſimpliciter res concedatur in emphyteuſim, ſi res emphyteutæ placuerit, nec definiatur tempus certum infra quod, intra ſexaginta dies utiles per infactum actione res poſſit redhiberi, ſicuti in venditione dicitur *l. quod ſi nolit*, §. *ſi quid ita venierit, ff. de ædil. ædic.* quem ibi valde extollit *Cæpola num.* 1. *pag.* 128. allegando Romanum, declarat dicens ſingularem *Socin. l. ſi quis arbitratu num.* 24. & ibi *Iaſon. nu.* 32. *ff. de verb. laſ. non erit* §. *fin. nu.* 3. *ff. de jurejurand. contra Alberi. & M. Silt.* ibi *Anton. Gomez de contract. c.* 2. *num.* 19. Sed in feudis idem per illum text. ſcripſit *Jacobus A. var. c.* 1. *q. ultim. de feud. dat. in vic. leg. com.* inquiens quod ſi feudum concedatur alicui eo pacto ut ſi placuerit, vel diſplicuerit, ſit vel non ſit res infeudata, nec certum tempus redhibendi ſtatuatur: intelligitur uſq; ad ſexaginta dies, ſequitur *Bartholom. Cæpol. in dict.* §. *ſi quid ita n.* 14. quo argumento nimirum ſi idem dicamus in emphyteuſi: nec in hoc articulo vim facio, an in conventione dicatur, ſi placuerit, vel niſi placuerit, aut ſi diſplicuerit, licet ad hunc ultimum tantum caſũ reſolutionis contractus allegaverit illum *text. Panor. cap. illo vos nu.* 2. *de pign.* & alibi non parum referat an pactum confectioni vel reſolutioni contractus adjiciatur *l.* 2. *ff. de indiem addictio.* Sed, & illud advertendum adjectionem illam, ſi tibi res placuerit, vel niſi diſplicuerit, operari duntaxat ut intra tempus conventum, vel intra ſexaginta dies a lege ſubintellectos poſſit diſplicere: etiam ſine illa ratione niſi ſolius voluntatis, non enim ex illius pacti & temporis elapſi tolluntur remedia jure prædicta, reſciſionis contractus ſi deceptio interveniat, aut aliàs, maxime jure Regni ubi renunciatio læſionis non valet *libr.* 4. *tit.* 30. §. 5. *in novis li.* 4. *tit.* 13. §. 9. quo ſẽſu accepit dictum §. *ſi quid ita Cæpola* ibi *numer.* 12. & ſatis conſiderate, nec ratione pacti ſi placuerit, appoſiti in ſuum favorem amittat quis maius legis beneficium, quam eſt læſionis quod datur intra triginta annos ſecundum communem *in l.* 2. *Codic. de reſcind. vend.* vel intra 15. de jure Regni dicto *titul.* 13. §. 5. vel ſemeſtre redhibitionis *l. ſciendum* §. *tempus, l. cum ſex. ff. de ædil. ædic.* inducta ſiquidem in favorem non debent in odium verti. Et ita teneo, quanvis idem *Cæpola* ubi ſupra *numer.* 16. parum firmus in illius §. *intellectu.* alia commiſceatur.

Ex quo, & alius deducitur caſus: ut ſi conveniat, quod niſi res emphyteutica placuerit, poſſit perpetuo redhiberi, firma ſit talis conventio, & perpetuam redhibitionem tribuat, non obſtante præſcriptione, ſed hoc intelligitur in præſcriptionibus ordinarijs, non in ijs quæ odio negligentium inducuntur, qualis eſt præſcriptio triginta annorum ſecundum *Bart. Angel. Cæpol. d.* §. *Si quid ita numer.* 3. & 4. & voluit *Tiraq. in 2 retract.* §. 1. *gloſſ.* 2. *n. n.* 28. Unde ſequitur conceſſa emphyteuſi cum tali pacto redimendi perpetuo, vel quandocumque, expirare jus redimendi per lapſum 30. annorum, aliàs in venditione, omnium latiſſimè reſolvit *Tiraquel. d. gl. n. poſt eum Alciat. reſponſo* 403. *num.* 3.* *Covas lib.* 3. *reſol. c.* 9. *Celſus* latè *conſ.* 64. *numer.* 1.

Ego tamen ex facto conſultus contrarium reſpondi, ut videlicet per lapſum 30. annorum non expiret jus redhibendi ſeu jus diſplicentiæ, conceſſum cum clauſula quandocumque, vel ſemper, aut perpetuo, per *tex.* cui non poteſt ſine cavillo reſponderi *in d.* §. *ſi quid ita.* Item ex eo quod cum ille contractus conditionem *l. habeat de in perpetuo retrahendo*, certe illa poteſt quandocumque impleri *l. hæc conditio* 2. *ubi late Bart. ff. de condit. & demonſtr.* nec poteſt unquam dici, quod præſcriptio currit dum conditio pendet, quod (licet non circa pactũ de retro) tetigit *Bal. d.* §. *ſi quid ita*, voluit quoque in venditione *Fabian. de emptione* 3. *q.* 7. *principalis & noſter Hiſpanus Anton. Gomez* 2. *tom. de contract. cap.* 2. *numer.* 28. *in fin.* Et ſic limitabam receptam opinionem, quæ docet 17

ter pactum tollens omnem præscriptionem, non tollere præscriptionem 30. vel 40. annorum de qua *Bart. & alij l. nemo potest ff. lega.* 1. & plures quos cumulat *Tiraq. ubi supra num.* 13. quanvis (ut & hoc obiter dicam) etiam in ea semper mihi in puncto juris probabilius visa est, ex pacto præscriptionem omnino posse tolli cum *Ruino. Crot. & Alciat. n.* 40. *d. l. nemo*, nam cum tale pactum in mala fide constituat possessorem *Bart. l.* 1. *n.* 2. *ff. de usucap.* fieri non potest, ut præscriptio cujuscunque sit temporis, currat *juxta cap. fin. de præscri.*

Adde vero quod si pactum præfixum tempus habet ultra triginta annos, puta quia dictum sit quod res possit retrahi usque ad quadraginta annos, vel quoad vixerit, tunc nostra opinio planior est, & ita agnoscit latissimè *Tirag. in præfato loco numer.* 39. & 40. *per l. sicut in annos, ff. quib. modis usufruct. amitt.* Et ita nuper obtinui in emphyteusi vendita de licentia domini, cum pacto de retro, quoad duraverint generationis vendentis, quia enim durabat una generatio, seu (ut vulgò dicitur) una vita primi contractus, fuit coactus emptor retro vendere, quanvis essent jam elapsi quadraginta anni, in quo fuit laudata traditio *Joann. Fabr. l. sicut Codic. de præscript. triginta annos, in fin.* asserentis quod si feci pactum de non petendo usque ad triginta annos, interim donec labantur non currit præscriptio, §. *fin. Authent. de appell. col.* 8. meminit ejus dicti *Tiraquel. dicto num.* 40.

18 Sed non est omittendus alius casus, quãdo res venditur cum pacto ut emptor eandem rem teneatur statim locare, vel emphyteuticare venditori *ut l. fundi partem, ff. de contrab. empt. l. si sterilis* §. *si tibi ff. de act. empti.* & citat alia jura in proposito *Roma. in consil.* 403. *num.* 31 ex quibus hujusmodi conventio videtur jure probari quam in specie firmat modernus *Alexandr. de Nevo. consi.* 95. *num.* 11. * *noster Pynel. l.* 2. *pag.* 154. *num.* 23. *Cod. de rescind. vend. post Bart. in l. post contractum numer.* 4. *ff. de donat. Paul. l. si tibi pecuniam in fin. ff. si cert. pet.* ceditque obligatio illa emphyteuticandi in partem pretij, ac illud minuit ut dicta *l. fundi partem text. cap. cum Joannes* 1. *ibi, cujus conditionis intuitis pro minori pretio vendidisti, & ibi num. Abb. de fide instr. plures relati à Cagno. in l.* 2. *C. de rescind. vend. nu.* 167. & plenius *Tiraq. in præfatione retract. convent. num.* 20. Et ideirco in materia dicta *l.* 2. ad diminutionem veri valoris hoc est attendendum, sicuti, & pactum revendendi, ut per eum ibi *num.* 25. qui alios citat & *Covar. lib.* 3. *resolut. cap.* 10. *col.* 1. unde explicari debet *Doctor. me D. Navar. in suo Manuali confessorum cap.* 17. *num.* 230. cum scribit non esse justam viliori pretio celebratam venditionem cum emphyteusi iterum concessa venditori, nisi sit æquale pretium, & juxta pensio: ut intelligatur nisi hoc in pacto veniat, aliquid enim de justo pretio propter onus, & obligationem emphyteuticandi minui potest, & adhuc erit justa conventio, quia illa obligatio cedit in partem aliquam pretij, ut constat ex juribus & traditionibus super citatis.

Sed quia de justa pensione emphyteusis, 19
& ejus certa constitutione egimus, opportune hîc annectitur quæstio non vulgaris, an in emphyteusi sit locus remedio *l.* 2. *C. de resc. vend.* In qua varie scripserunt interpretes, siquidem *Specul. tit. de empt.* §. *nunc dicendum* 2. *numer.* 14. *vers. quid de concessione in emphyteusim*, ait, quòd remedium læsionis ultra dimidiam justi pretij, de quo *in dicta l. & Regia lib.* 4. *titul.* 30. *in novis libr.* 4. *tit.* 13. non vendicabit sibi locum in contractu emphyteusis, ut possit contrahens se læsum ultra dimidiam allegare: quia scilicet illud auxilium non habet locum in contractibus stricti juris, qualis est emphyteusis sequitur *Jason. allegans alios, l.* 1. *num.* 75. *C. isto tit.* & ita plane idem *Jason. de quibus num.* 28. *ff. de leg.* & (licet dubius) in hanc tamen opinionem inclinat *Imol. cap. cum dilecti, num.* 18. *de empt. & vend.* Id ipsum voluit *Guillel. in cap. Raymundus* verbo, *& uxorem numer.* 985. *Massuer. in pract. tit. de locato, & jure emphyteut. fol. mihi* 164. *vers.* Item si dominus tradendo: alia tamen fatiosie motus quam illa *Speculatoris*, id ipsum etiam voluit *Bald. in rub. C. isto titul. num.* 9. ibi

secun-

secundo propter pretij parvitatem, ubi alia quoque ratione movetur. Sed, & hanc ipsam opinionem videtur probare *lex Castellæ 68. Tauri* secundum unum intellectum, ut ibi *per Anton. Gom. col. fin.* ubi rationem ponit.

Verum attende quod contraria opinio est magis communis, cum eodem *Specul. sibi contrario titulo, tit. de emphyteusi §. si vero aliqua* 114. *Bald. in d. l. 2. n. 6. in fin. & seq. C. de rescind.* & ibi *Salyc. n. 8. Paul. nu. 14. Paul. in Authent. qui rem in fin. C. de Sacros. Eccles. Roma. l. si quis cum alter num. 19. ff. de verbor. obliga. Burgens. in t. cum causa nu. 10. de emptio. & vendit. ubi Paulo.* inquit quod ita tenent Doctores, & ita etiam *Cæpola in tract. de simul. contr.* in primo casu, & practici libellantes. *Rebuff. ad leges Galliæ de rescisione contra. tom. 2. art. 1. glos. 15. nu. 112. Aut. Gom. col. penult. & fin.* (perperam *Iasonem* citans) *in d. l. 68. Tauri.* ubi quoque *Didac. de Castilho.* Covas. lib. 3. c. 12.*) cum quibus testatur hanc esse magis communem sententiam insignis *doctor meus Pynel. d. l. 2. 1. p. c. 3. col. penult.* & novissimè post eum *D. Anton. Menes.* eam sequutus, in *Commentar. ejusdem l. 2. n.* 28. Sed alter rationem illam *Specula. d tit. de empt. & Iasonis* improbati quia (licet sit controversum) verius tamen, & receptius est apud scribentes, remedium *l. 2.* habere locum in effectu etiam in contractibus stricti juris, ut ipse idem probavit latissimè dicto *cap. 3. ex n. 5. & Socin. consil. 85. n. 13. lib. 1.* Alter vero (quia contrarium communis esse existimavit ibi *n.* 21.) ex eo improbat, quod, & si emphyteusis sit conventio stricti juris proxime tamen accedit ad naturam contractus locationis, qui est bonæ fidei quam assertionem nulla ipse authoritate probat.

Tu adverte in hac doctorum discordia probari posse opinionem *Speculi. dicto titulo de empt. & vend.* negantis remedium, *d. l. 2. in emphyteusi*, ex illa consideratione, quod pensio quæ solvitur, non pro pretio, & mercede solvitur, sed in recognitionem directi dominij, ut ait *Bart. l. 1. nu. 4. Bald. n. 7. Ias. n. 17. C. hoc tit. Rimin. cõsec. 212. n. 4. lib. 2. & dixi supra in q. 1. n. 15.* & ideo quamvis sit minima consistit emphyteusis: imò licet sit unius numi, ut etiam diximus *q. 1. n.* 11. & voluit *Bald. in Rub. C. eodem n. 9. Beroic. c. potuit de loca. n. 84. & 85.* quia verum est ita cum magna pensione, sicuti cum uno numo, vel una gallina, imo, & cum uno ovo, dominium directum recognosci, & inde est quod licet pensionis quantitas demonstret rei qualitatem pro qua solvitur, at non ita est in emphyteusi, quia etiam proprietas ampla potest pro minima pensione in emphyteusi dari: ex prædictis, & tradit optimè *Carol. Ruy. consi 50. n. 4. & 18. lib. 1.* unde in pensione qualicunque non datur ulla læsio cõsiderabilis, ut sit locus præfatæ legi, quæ ad æstimationem, & valorem rei respicit, non ad recognitionem superioritatis, & dominij directi. proinde cessantibus verbis, & materia in qua dicta *lege 2.* fundantur scilicet in valore justo ipsius rei, profecto cessare debet ejus dispositio *l. 4. §. toties, ff. de dam. infect.* confert *gloss. celebris in l. mancipia*, verbo, *advertendum, C. de servi. fugitiv.* cum traditis *per Felin. cap. nom. nulli, n. 34. vers. amplia, de Rescriptis Roma. sing. 489. Hippol. sing. 339.* & plenè *Tiraq. in 1. retract. §. 8. glos. 7. num. 1.*

Sed quamvis hæc ita non incolerate de jure procedat: magis opinor tenendam esse communem sententiam, quæ in emphyteusi admittit simpliciter præfatum remedium *d. l. 2.* tum quia communis est, & nõ facilè à receptis sententijs recedendum, tum etiam quia *lex Regia libr. 4. titulo 30. §. 2. incip. E todo o que dito he*, in novis *libr. 4. titul. 13. §. 6.* simpliciter eam opinionem probavit in verbo illo, *& aforamẽtos*. Nec obstat id quod nuper (forsã ultra alios) consideravimus in emphyteusi nõ haberi rationem pensionis, uti mercedis aut pretij, sed solum pro recognitione directi dominij: nam respondetur quod licet pro hoc principaliter pensio constituatur non ideo definit (licet minus principaliter) haberi ratio pensionis in vim mercedis. Patet evidenter *in Authent. si quas, ruinas, & Auth. perpetua Cod. de Sacrosãt.* ubi aliquando pro sexta parte, aliquando pro dimidia jubetur à lege dari in emphy-

teusim

teusim res ecclesiæ unde lex lata super justo rerum valore debet eo casu habere locum cum possit dominus directus allegare se læsum, quia recognoscitur pro pensione injusta, & insolita dari pro re simili, similiter emphyteuta poterit allegare læsionem quia recognoscit dominum pro pensione excedente dimidiam justæ pensionis solitæ pro eadem re dari, & hæc (ni ego fallor) videtur intentio communis sententiæ.

Quæ retenta, jam sequitur, ommittendas esse varietates, & distinctiones, quibus in hoc articulo utitur *Hieronymus Cagnol. dicta* l. 2. *num.* 213. Item ex prædictis intelliges eandem militare rationem ex parte domini directi ad introducendum hoc remedium, quæ militat ex parte emphyteutæ: licet *Ias. & Guille. ubi supra* ex parte duntaxat directi domini loquantur difficiliusque se auditurum dominum directum si læsionem allegaverit, dicat noster *Pynel. ubi supra col. fin.* qui subinde addit se nunquam in praxi vidisse, nec audisse, remedium l. 2. in emphyteusi tractari, de quo miror contingit enim mihi in paucis annis non semel vidisse.

Sequitur etiam ex prædictis, præfatam communem sententiam multo sine dubio procedere in emphyteusi Ecclesiæ attenta dispositione *Novellarum in Authent. de non alienando, & in Authent. de alienat. & emphyt.* ex quibus desumptæ sunt *Authen. perpetui, & authent si quas ruinas C. de Sacros. Eccles.* quod ipsum, & in minore (licet alio argumento) firmat *Massuer. de locato. fol.* 64. *col.* 1. sed, & in Republica *Bald. in rub. C. hoc tit n.* 9. Sed, & adhuc sine ullo scrupulo communis sententia procedet: quando ultra pensionem aliquid pro ingressu emphyteusis daretur, ut sæpè solet dari, quemadmodum tradunt *Bart. & Ias. col.* 1. *& alij in* l. 1. *C. hoc tit. Paul. in d. Authentica si quas ruinas, col.* 2 *C. de Sacros. Eccles. Joan. Rymin. consi.* 212. *nu.* 3. *&* 21. *vol.* 2. tunc enim emphyteusis speciem quandam venditionis habet *argu. l. fundi partem, ff. de contra. emptio.* Sed & si pēsio correspondeat fructibus, licet tunc dicatur contractus magis de locatione participare, quam de emphyteusi non inspecto nomine, ut tradunt *Cynus Bart. Bald. & alij communiter in l.* 1. *C. isto tit.* Plenè *Alex. consi.* 112. *libr.* 1. repetitur iterum *in* 2. *vol. cons.* 6. *Carol. Ruy. consi.* 157. *Consideratis n.* 23. *lib.* 1. quanvis nos aliter supra *q.* 1. etiam hoc casu veram emphyteusim esse, & propriam dixerimus, certè sine dubio procedet communis opinio tribuens remedium læsionis ultra dimidiam in hoc contractu, sed de his satis, & quid in feudo vide *Pynel. dicta l.* 2. *fol.* 70. *numer.* 2.

SUMMARIA.

1 *Emphyteusis an super rebus soli tãtum consistat.*

2 *Oliveto cõcesso in emphyteusim, an intelligatur de terra oliveta, vel de arboribus tantum.*

3 *Emphyteusis an super rebus solo cohærentibus consistat.*

4 *Emphyteusis an super arboribus tantum constitui possit. Et quid si arbores arescant.*

5 *Anni redditus an possint in emphyteusim dari, & numer.* 7.

6 *Annonæ civiles, tributa, vectigalia, gabellæ & similes an possint emphyteuticari. Et in hoc Regno quæ dicantur annonæ civiles.*

7 *Feuda cameræ seu de Cavena, & feuda soldatæ, an emphyteuticari possint.*

9 *Navis an possit emphyteuticari.*

10 *Jura, & actiones competentes ad rem immobilem, an possint emphyteuticari.*

11 *Res mobiles, cur non possunt emphyteuticari.*

Quæstio duodecima super quibus rebus consistat emphyteusis.

UT hanc quæstionem distinctim absolvas, de primo, quod emphyteusis proprié consistit super rebus soli, seu (ut vocant) immobilibus quod, & juribus & authoritatibus proba- 1

vi supra *quæstio.* 1. *num.* 4. *probatur ex* §. *licentiam Authent. de alienat. & emphyteut. coll.* 9. §. *adeo instit. locati. Azo. in summa C. eodem*, & hoc est de natura emphyteusis, ut ait *Bald. l.* 1. *in fin. C. isto tit. Bart. per text.* ibi *in Authent. de non alienand.* §. *emphyteusim coll.* 2. Fuit autem prima institutio emphyteuticandi super prædijs, ut patet in dicto §. *adeo*, ibi, *De prædijs tantum quæ perpetuo fruenda traduntur*, usus tamen obtinuit, ut etiam super alijs proprietatibus celebraretur, puta domibus castris, & ideo supra in diffinitione emphyteusis dixi rei immobilis, ut omnia immobilia comprehenderem: remota distinctione prædiorum, & aliorum proprietatum, seu possessionum immobilium. Sic denique in hac materia ista est indubitata conclusio, ut super immobilibus tantum consistat emphyteusis per dictum §. *adeo & l.* 1. *&* 3. *Cod. isto tit.* quam ultra nuper citatos, & in dicta *quæst.* 1. tradit *Iacobin. in sua pract. titul. de actione in rem pro re emphyteutica col. fin. vers.* & est notandum, & *omnes feudistæ in c.* 1. *super vers. sciendum de feud. cognitio. lib. feud.* Unde fit, ut si reperiatur in instrumento quod Ecclesia concessit in emphyteusim olivetum situm in tali loco, intelligitur in dubio de
2 terra olivata, uti de immobiliori, non de arboribus pendentibus, & ita *Baldus in l.* 1. *num.* 12. *Codic. isto tit.* sequitur *glosa nova, l.* 28. *titul. part.* 5. *Jason. dicta l.* 1. *numer.* 101. cui consequens est etiam destructo oliveto manere emphyteusim in ipso solo, ut per eundem *Bald. & Jason. d. l.* 1. *num.* 100. Facit quia verbum oliveti, secúdum vulgarem interpretationem (cui est standum) hoc præ se fert, unde qui legat nucem videtur legasse etiam solum, cui cohæret, & viam, ut per *glos. Bart. Imol. & alios in l. si fundum sub conditione* §. *qui fundum ff. de leg.* 1. & legata vinea venit etiam solum ubi est sita, *Pat. Paul. & moder. l. si quis legaverit ff. de legat.* 1. *& in d.* §. *qui fundum.* Et idcirco nec dirutis omnino arboribus, aut viribus finietur emphyteusis, quia res emphyteuticata non perijt omnino *l.* 1. *Codic. isto titul.*

3 Sed hic facile quis dubitabit, an, & super rebus solo cohærentibus consistat emphyteusis? Nam, & hæ res immobilibus annumerantur, quia solo cohærent, veluti fructus pendentes *l. si pendentes ff. de usufruct.* & edificia solo inædificata §. *cum in suo solo inst. de rer. divis.* similiter, & quæ solo adhærent, uti sunt superficies, hoc est, ædificia solo super imposita, veluti ædes rusticorum ex lignis solis constructæ, ut tradit *Jacob. Alvarot. cap.* 1. §. *si vassallus in tit.* hic finitur lex, libr. feudorum, & sane in his etiam emphyteusim consistere magis est, quia ut dixit inter immobilia ponuntur, & in feudum quoque possunt concedi, ut est *text. dicto cap.* 1. §. *sciendum de feud. cognit.* ubi scribunt omnes, & tradit *Sonsbekius Suvolanus in suis commentarijs ad usus feudorum* 8. *part. num.* 22. *&* 23. *Claudi. in rubrica quæ res in feud. da. po.* & plerique alij in eo tractatu.

Ex quibus deducitur, quod emphyteusis 4
potest super arboribus tantum constitui sine fundo, quia fundo cohærent, & si actum fuerit ut arbores tantum sint emphyteuticaræ, durabit donec arbores fuerint in fundo, ut per *Bald. & Jason. d. numer.* 100. quod si arbores veteres fuerint resecatæ, nõ tamen adeo quin aliæ ex illis pullulent, durabit adhuc emphyteusis: quia non est mortua radix productiva, sed vivit in plantis *l. damni.* §. *si is qui vicinas ff. de dam. infe.* sequitur *Gregor. in l.* 23. *tit.* 8. *part.* 5. Rursus infertur quod res mobilis adscripta solo potest dari in emphyteusim, ut notat *Platea per text.* ibi *in l. quemadmodum C. de agricul. lib.* 11. *& Gregor. ubi supra.*

Sed quid dices de annuis redditibus per- 5
petuis vel ad vitam an super his possit cõstitui emphyteusis cum certissimum sit quod inter immobilia etiam computantur secundum *Bald. d. c.* 1. *de feud. cognit. per text. in cap. quærelam in fin. de elect.* sed est melior *text. in Clement. exivi.* §. *cumque annui redditus, de verbo. signifi. in* §. *si vero habet redditus, in Authent. ut in quo obse. perbi. habe. res mino.* docet *Bald. in prælud. feudorum* §. *tractatus numer.* 21. latè *Afflict. dicto cap.* 1. *num.* 5. *Alexan. consil.* 15. *num.* 2. *lib.* 7. *tradit Alciat. l. moventium, ff. de verb. sig. Curs. de feud. quæst.* 6.

num.

6. nu. 10. plenè *Tiraquel. lib. 1. de retract. gl. 6. n. 4. D. Covar. li. 3. resolut. cap. 7. num. 5.* ubi citat alia jura, & est optima *lex Regia lib. 3. tit. 32.* ad finem principij, *in novis li. 3. titul. 47. §. ultim.* dum litem super rebus immobilibus, non permittit agitari à marito sine conjugis assensu: quam decisionem pulchre intelligebat *Bart. in l. sciendum num. 10. ff. qui satis cog.* in redditibus annuis super re immobili constitutis, secus si obligatione tantum personali debitis, quod est elegantissimum verbum, si generalitas verborum dictæ *legis Regiæ* pateretur, sed non patitur, nec praxis admittit: in eo verò est ampius memoriæ commendandi lex illa Regia quod annuos redditus debitos non solum perpetuo vel ad vitam, sed adhuc si ad longum tēpus nō tamē minus decennium, inter immobilia computat, * de annuis autem redditibus perpetuis, vel ad vitam vide *D. Gaspar Baecium in tract. de dotis ratio cap. 4.*

Rursus quid dices de annonis civilibus? 6 Quis alij vocant, penes civilas, quorum meminit *text. in l. 2. ad fin. C. de peti. bon. sub lib. 10. & in l. jubemus in princ. Cod. de sacrosanct. Eccles. glos. verb. civile in §. hæc ergo Authent. de non alienand. & in l. hac edictali §. his illud, verb. annonarum Codic. de secun. nup. glos. 1. cap. 1. §. sciendum de feud. cog.* ubi *Afflict.* optimè *numer. 5. & 6.* & inter immobilia connumeravit *text.* optimus *in l. fi. §. præterea Codic. de jure dot.* & explicuit eleganter *Cælius Rhodegin. libr. 9. lect. antiquit. cap. 19. pag. 334. in princip. Sonsbekius d. 8. p. feudorum num. 25.* quas annonas, vespanes civiles, non possum ego in isto Regno aptius explicare, quam in his quæ appellantur, *Tenças em vida* quas etiam lex Regia *dicto titul. 32. in novis dicto titul. 47.* immobilibus annumerat.

Quid item dices de tributis, annonis, jugationibus, vectigalibus, thelonijs, gabellis, talijs, angarijs, perangarijs, pedagijs, & alijs juribus hujusmodi? De quibus plene *Jason. & Thom. Parpale. Alciatus* post antiquos *in l. placet Cod. de sacros. Eccles.* & novissimè *D. Otalora, in summa nobilitatis Hispaniæ 1. part. cap. 2.* Quid item in juribus piscationum, venationum, aquarū, quid item in pensionibus tabellionum seu aliorum officiorum, aut super his consistere queat emphyteusis? Rursus an super redditibus annuis constitutis in pecunia, quos in isto Regno appellamus, *Juros*, & in Regno Castellæ appellāt (licet in proprio nomine) *Censos*, quorum emptionem etiam si cōstituantur in pecunia, & non super certis rebus licitam esse, & jure permissam, ostendit omnium latissimè *D. Covar. d. lib. 3. resol. c. 7.* & tradit ultra ipsum *P. Rebuf. in tract. de const. reddituum 2. tom. ad const. Galliæ ex pag. 399.* & pleniori stylo *Gregor. Lop. in l. 38. titul. 8. part. 5.* super *glos. in verbo à censo.*

Certè in prædictis omnibus crediderim emphyteusim consistere non posse, quia jura sunt incorporalia, & non res solvi, ut est necessum ad emphyteusim constituendam sicuti probavimus in initio, & sequor in hoc *Petr. Jacob. in sua praxi dicto titul. de actione in rem pro re emphyteutica col. fin. vers. & est notandum*, nec placet opinio *Andr. Tiraquel. de retract. linag. glos. 1. §. 6. numer. 10.* asserentis emphyteusim, etiam super his redditibus, & juribus posse celebrari, sicuti, & feudum, ut tradit *Sonsbekius 8. part. de feud. n. 23. & 29.* nō enim rectè argumentatur, quia feudi alia causa, & natura est: consistit enim in rebus soli, *l. 1. titul. 26. part. 4.* & solo cohærentibus, aut adhærentibus, & in hoc convenit cum emphyteusi, ut tradit *Joan. Baptist. in rep. cap. 1. de feud. cognit. 7. part. in 1. concordia feud. & emphyteusis*, & illud amplius habet feudum, quod etiam consistit in rebus, quæ pro immobilibus habentur: quales sunt omnes prædictæ, licet nec soli sint, nec solo cohærentes, ut est *text. expressus in dict. cap. uno §. sciendum, de feud. cogni. lib. 2. feudorum*, ubi latè *Alvarot. Iserna, Joann. Baptist. in rep.* & novissimè *Matthæ. Afflict. col. 1. cum sequent. Bal. in prælud. feud. col. vers. sed hic quæro M. Laud. c. qui feud. da. po. Sōsbekius ad cōsuetud. feud. 2. part. numer. 26.* & plenius *8. part. numer. 22.* cum seq. *glosa optima in dict. l. 1. tit. 26. part. 4. Cursius feud. 1. p. quæst. 6. numer. 10.* ubi optimè declarat, &

*n.*12. agi de fructibus rei feudalis, an sint feudales cætarum emphyteusis non ita, quoniam rem soli desiderat, ut *d.* §. *adeo, vers. de prædijs tantum,* & cum habeamus *text.* de jure communi loquentem in propria materia emphyteusis, non licet argumentari ex lege feudorum, nec ejus dispositionem consuetudinariam ad expresse decisa per jus commune trahere, juxta doctrinam, quæ vulgo deducitur *ex Bart. in l. jurisjurandi* §. *si liberi, vers. sed hoc consuetudinarium, ff. de oper. liber.* & est *glos.* notab. *in dict. cap.* 1. *de feud. cognit. juncto tex.* quam ibi multum com. *Bald.* & *Joan. Baptist. Cacialup. in* 4. *par. rep.* & multipliciter declarãs *Everar. in Topic. p.* 196.

7 Quo fit ut feuda Cameræ quæ alias appellantur de Caverna (& dicuntur cum aliqua ex camera communitatis, vel fiscali, aut Principis, vel ex mensa argentariorum, aut similium, annuatim, vel in cibarijs distributionibus diurnis, in feudum concedantur: ut explicat *Alvarot.* & alij *dicto* §. *sciendum Laud. in cap.* 1. §. *item si fuerint,* quibus mod. feud. amit. *Iason. in prælud. feudo. numer.* 125. *Sonsbekius ad usus feud.* 3. *part. ex numer.* 26. *glos. lib.* 1. *tit.* 26. *part.* 4. ubi optimus *text.* (nequeant emphyteuticari: quia non sunt feuda rerum immobilium.

Et id ipsum dico in feudo soldatæ, quod consistit in præstatione quadam annua gratuita solvenda plerunque in vino, quandoque in frumento, seu alijs mobilibus, & dicitur soldatæ à datione solidorum, ut traditur *in cap.* 1. *in fine* §. *fin.* si quis dicatur *Dux* vel *Marchio. Iaf. ad usus feud. n.* 126. *Cursi. de feudis* 1. *p. q.* 8. *n.* 34. *Sonsbekius* ubi supra *num.* 38. *glos. l.* 9. *titul.* 25. *part.* 4. ut similiter nequeat in emphyteusim concedi, sed nec feudum constitutum super usufructu, aut decimis potest constitui juxta notata *in cap. uno, in fin. de frat. de nov. benef. invest. libr. feud.*

8 Non defiteor tamen, vidisse me aliquando emphyteusim celebratam super certis pensionibus emphyteuticis pecuniarijs, sive certorum reddituum quæ vulgo nuncupabatur *prazos de foros fabidos,* sed dixi non esse veram emphyteusim, quia nõ poterant nisi super rebus soli, aut solo cohærentibus constitui juxta *d.* §. *adeo* & illud duntaxat in feudis permittebatur *in dicto* §. *sciendum,* quia non dantur ad meliorandum sicuti emphyteuses. Unde inferebam Ecclesiam, adversus præfatam constitutionem emphyteusis certorum reddituum uti læsam posse restitui? Si modo collectio talium pensionum emphyteuticalium non esset multũ onerosa Ecclesiæ, adeo ut plus tantum expenderet in illis colligendis quã ipsi valerent *arg. l. mediterraneæ,* quod ibi *Bar.* & *Pla. C. de an.* & *trib. lib.* 10. *Cors. sing. verbo expensa Iason. l. pactum curatoris nu.* 3. *Cod. pact. Tiraquel. l. si unquam verbo donatione num.* 107.

Prædictis consequens est, ut nec navis 9
in emphyteusim dari possit: est enim sine dubio res mobilis, licet prædio urbano æquiparet *Bald.* ubi supra *numer.* 7. porrô mobilia in emphyteusim dari nequeunt, & in specie de emphyteusi, navis ita scripsit *Paris de puteo, in tract. de re integr. feud. fol.* 148. *cap. an investiens numer.* 3. & 4. post *Anare. in præ. Cons.* & huic sententiæ concinit quod sensit *Angel. in l. foraman. numer.* 44. *ff. de servit. urba. præ.* per illum textum servitutem navi imponi non posse ut teneatur merces meas semper transvehere, & illis duntaxat onerari: licet hæc pactio jure personalis obligationis celebrari queat, juxta notata *l. ut pomum in princ. ff. de servit.* quod scripsit *Cæpol. de servit. rust. præd. tit. de nav. Rub.* 2. & sequatur noviss imè *Benevenut. Straca. in tract. de navibus num.* 20. *pag.* 253. ubi citat *Tiraquel. in retract.* §. 1. *num.* 91. * *glos.* 7. tradit *D. Padilha in Rub. de servit. nu.* 12. In molendinis verò benè potest emphyteusis consistere, licet in medio fluminis sint, quia solo cohærent, nam mobile immobili cohærens censetur immobile, ut dixit *Angel.* § 1. *Authent. de non alienando.* Quod verò feudum super molendinis consistat id proculdubio est, ut tradit *Cursi. de feud.* 6. *quæst. in* 1. *part. n.* 11. molendinum enim appellat prædium rusticum *Bald. l. certi juris numer.* 7. *Codic. loca.* unde perielitatur dictum *Ang. l. non solum ff. de pet. hær.* quod molendina minoris

notis possit sine decreto alienari, & merito reprobatur *à Pynel. in leg. 1. Codic. bon. mater. 3. part. num. 28.* licet plerique eum sequantur, & *Curs. ubi supra num. 12.*

10 Sed, & ex prædictis consequitur jura, & actiones non posse in emphyteusim, nec feudum concedi: quia nec mobilibus, nec immobilibus bonis annumerantur, sed tertiam quandam bonorum speciem constituunt *l. à Divo Pio, §. in venditione ff. de re jud. l. quam Tuberonis §. in peculio,* ibi *hoc amplius nomina debitorum, ff. de pecul.* & utrobique notant communiter scribentes *Bart. & Albe.* latè *in l. moventium ff. de verborum significatione Panor. c. nulli n. 9. de reb. Eccles. & infiniti quos congerit Tiraquel. in 1. retract. §. 1. glos. 7. nu. 9. & Aymon. consil. 233. ad finem* & receptam esse sententiam firmat noster *Pynel. in rubrica Cod. bon. mater. 1. part. num. 24.* ubi latissimè se defundit in hoc, & in feudo agit *gl. Afflict. & alij in d. §. sciendum, & Claud. in Rub. quæ res in feud. da. pos.*

Quod si dixeris, saltem jura, & actiones quæ competunt ad res immobiles, immobilibus annumerari, juxta doctrinam *gl. in leg. 1. Codic. si adverf. transf. & in Authent. de non alienan. §. 1. verbo, numeranda Iason. leg. fin. num. 122. Codic. isto titulo Tiraq. ubi supra numer. 17. & Anton. Gomez. de contract. capit. 10. colu. 2.* ubi declarat, & testatur esse magis communem sententiam: & idcirco hujusmodi jura, & actiones bene posse emphyteuticari: quia in effectu emphyteuticantur res ipsæ immobiles ad quas competunt *leg. qui actionem ff. de reg. jur.* adhuc tamen subsisterem & tenerem emphyteusim constitutam super hujusmodi juribus, competentibus ad immobilia, esse invalidam: quia ut sæpè diximus, emphyteusis rem soli desiderat, aut solo cohærentem, item quia dubia est illa doctrina glosarum in *dicta lege 2. cum similibus*, ut constat ex adductis per *Tiraquellum ubi supra, & Afflict. in sæpius allegato §. sciendum numer. 49. cum seq.* & pugnat manifeste cum illa recepta opinione quæ jura, & actiones tertiam bonorum speciem conficit, si enim jura, & actiones regulantur secundum bona ad quæ cõpetunt, & illa non possunt esse nisi mobilia, aut immobilia, supervacuum est tertiã bonorum speciem constituere.

Quocirca necessario intelligenda est illa doctrina glosarum, specialiter in casu legum super quibus ipsæ eam posuerunt: cũ videlicet ageretur de distrahendis actionibus minorum, vel Ecclesiarum quæ ad earum res immobiles competierint: ne aliter distrahi possint quam adhibitis solemnitatibus ad alienationem rerum immobilium necessarijs, quod bene probatur ex *text. cum glos. leg. si ad resolvendam Codic. de præd. mino.* adnotat *Cagnol. dicta lege qui actionem numer. 3.* & novissimè noster *Pynel. dicta 1. part. nu. 34.* Unde nõ rectè dicemus generaliter actiones competentes ad immobilia res immobiles censeri, & consequenter in emphyteusim dari posse cum præsertim in hoc, quod vicem rei immobilis habeant, sit per fictionem inductum, *ut dict. leg. qui actionem*, verbo, *videtur, juncta doctri. Bart. l. si is qui pro numer. 5. ff. de usucapi.* at emphyteusis rem quæ verè sit soli desiderat, ut in *d. § adeo, vers. super prædijs*, non quæ per fictionem sit soli. Non negaverim tamen si ita contractus celebretur cum *Titio*, ut si ego lite mota, & perducta rem illi vendicavero, maneat mihi emphyteuticata (ut quotidie accidit) rectè fieri posse quia in hac specie non celebratur emphyteusis super juribus, actionibus, sed super re ipsa soli jam vendicata, & ad verum dominum reversa, * & quod valeat pactum de re emphyteuticanda si eam reduxeris ad Ecclesiam est *textus in capit. 2. in fine de feudi.* nec dixeris hoc esse pactum de quota litis reprobatum in *leg. litem Codic. de procurat. in leg. sumptus, ff. de pact. leg. Regni lib. 1. titul. 38. §. 30. in novis libr. 1. titul. 48. §. 11. l. salarium, ff. mandati* solum quando promittitur quota litis, sed, & si quantitas aliqua ex lite, vel aliquid extra litem, nomine stredarum, seu palmarij in casu victoriæ & alioquin nihil, ut crebrius resolvũt *Paul. Oros.* & alij in *d. l. sumptus, Alex. & scrib. d.l.* litè pulchre *Salyc. l. si vero 1. §. Maurus, & in l. sequent. ff. mand.* per pactum enim, ut quidquid exegeris apud te remaneat, consti-

tituitur quis procurator in rem suam *Paul. l. quæ omnia §. fin. nu. 3. ff. de procurat.* in quo non procedit pactum de quota litis, secundum *Part. cons. 19. num. 53. lib. 3.* & ita videtur posse defendi prædictam convẽtionem.

11 Postremò videamus, quæ sit ratio cur emphyteusis super pecunia, æquo, bove, & alijs rebus mobilibus (de quibus habetur *in l. moventium ff. de verborum signific. catione*, & super juribus, aut actionibus nõ consistat, & illa affertur, quia emphyteusis præsupponit directum dominium manere apud concedentem *leg. 2. Codic. isto tit.* & utile transire ad emphyteutam, *leg. 1. ff. si ager vect.* ut & in feudo *cap. 1. §. fin. de inv est. de re alien. fac. cap. 1. in fin. in quibus cau. feud. amit.* & alibi: at in re mobili separari nequit utile dominium à directo, & ita in emphyteusi scripsit *Sylvest. in Summa verbo emphyteusis, colun. 2. vers. tertio* quod consistat, & in feud. *Andr. Iser. c. 1. si de feud. vas.* ab aliqui interpellat. *fuer. Afflict. cap. 1. §. sciendum, de feudi. num. 3. vers. sed quæ est ratio. Francisc. Sonsbekius in commenta. ad usus feudor. 8. par. n. 27.* Sed non possum huic rationi acquiescere: quis enim vetuit in re mobili, & directum, & utile dominium dari? Si modo vera est traditio *Bart. & omnium in leg. si quis vi. §. differentia num. 5. ff. de acquir. possess.* docentium, duplex esse rerum corporalium dominium, utile videlicet, & directum. Item licet in juribus, & redditibus annuis, non sit dare directum, & utile dominium, est tamen dare directam actionem loco directi dominij, & utilem actionem loco utilis dominij, ut advertit *Bald. in prælud. feud. col. 6.* Et sequitur *Curs. de feud. 1. p. q. 6. numer. 10.* Videbatur ergo melior esse ratio, quia res mobiles non patiuntur eam perpetuitatem, ac diuturnitatem usus quam ferunt immobiles: ideo parvi penditur rerum mobilium possessio, ut traditur *in princip. instit. de usucap. leg. si rem mobilem, ff. de acquir. possess. leg. lex quæ tutores Cod. adm. tuto.* Sed nec ista ratio placet, quanvis eam in feudo scripserit *Sonsbekius*, ubi supra, quid enim vetat, saltem pro tempore quo res extat, emphyteusim dutare? Perpetuitas enim de qua in dicto §. *adeo* ibi, *perpetuo fruenda*, non respicit rem ipsam, sed tempus concessionis, præterea non est efficax illa ratio brevis cõsumptionis mobilium, cum possit illi occurri præstita cautione. sicuti succursum est in usufructu, qui cum nequiret in pecunia cõsistere (quoniam usu consumitur, quoad ipsos possidentes) adinventa est præstatio cautionis de tantundem reddendo, ut ususfructus valeret §. *constituitur instit. de usufruct.*

Veram igitur rationem hujus rei esse crediderim ad emphyteusim, quia in rebus mobilibus non datur cultura, & melioratio, quarum causa specialiter inducta est emphyteusis, uti plenius probavimus supra *quæst. 2.* & ita opinor.

SUMMARIA.

1 *Dominium utile, an ex emphyteutico contractu quæratur, & de intel. l. l. possessores, & l. fundi patrimoniales C. de fund. patr. lib. 11 2.*

2 *L. 1. §. quinm perpetuum cum gloss. ff. ager vectiga. intellectus.*

3 *Dominiorum divisio, & dominium utile quid sit.*

4 *Dominij mentio in statuto vel libello, an verificetur in solo utili dominio.*

5 *Dominium se appellans, si probet se tãtum usumfructuarium an obtineat.*

6 *Proprietariũ se appellans in libello, an obtineat probãdo se utilẽ dominũ tãtum.*

7 *Dominium utile, an sit idem quod quasi dominium.*

8 *Dominium utile formale possit in eadẽ persona concurrere cum directo.*

9 *Dominus directus quomodo transfert utile dominium.*

10 *Dominium utile utilis dominij subalterni, an possit dari.*

11 *Emphyteuta qualiter possit sub emphyteuticare, & quid juris trãsferat, & n. 12.*

13 *Emphyteuta primus qui subemphyteuticavit cum reservatione alicujus juris, qualis reputetur.*

14 *Dominiũ utile in rebus mobilibus an detur.*

Quæstio

Quæstio decimatertia, quale dominiū quæratur ex emphyteutico contractu.

1 HUic quæstioni facile quivis respondebit, utile tantum dominium quæri ex emphyteutico contractu: allegatur enim ad hoc *text. præcipuus in l. 1. §. qui in perpetuum ff. si ag. vec. vel emphyt. pet.* ubi *Bart. Angel.* & quotquot scribunt *text. item in l. possessores Codic. de fund. patri. lib. 11. l. si quis ex tit. Cod. de diverſ. præd. eod. lib. l. 1. Cod. de fund. rei privatæ l. fin. C. de locat. præd. civil.* & *text.* loquēs in superficiario *in leg. 1. §. quod autē ff. de superficieb.* docent *Bart.* ubique receptus *l. si quis vi. §. differentia col. 1. & 2. ff. de acq. poſſ. ff. Bald. in Rub. C. iſtō titul. noviſſimi repetentes in locis infra citandis ſuper §. nihil commune leg. naturaliter ff. acq. poſſ. ff. Egui.* item *Biro. ad leg. 3. ff. de ſervit. prg. 15. Guydo de Suzaria in tract. jur. emphyt. numer. 25. Iaſon. l. de quibus n. 23. ff. de legib. Pariſ. de puteo de remiegr. feud. fol. 101. col. 1. Pariſius conſil. 50. n. 21. libr. 1. Joan. de Amic. conſi. 107. nu. 2. Joan. Rymuald. conſi. 212. n. 15. lib. 2. & conſ. 232. num. 3. volu. 2.* & dixit etiam supra *q. 1.* & est hoc tam passim receptum, ut nullis omnino allegationibus indigeat.

Verum, & hæc tam inveterata, & recepta traditio, controversiam pati potest, quia nullus est textus, quem ego viderim, de jure fori, qui hujus dominij utilis emphyteutici mentionem fecerit, quod, & jam olim advertebat *Paul. in d. §. differentia ad fin. poſt Vltramontanos.* Præterea *tex. illius l. 1. §. qui in perpetuum*, qui pro communi vulgo citatur, contractum probat: siquidem loquendo de emphyteutis, & vectigalarijs, inquit, quanvis non efficiantur domini, & quanvis *Accurſius* ibi exponat domini, scilicet directi: quasi efficiantur domini utiles, quia statim *I. C.* præstat eis in rem actionem, non est justa interpretatio, quia si ita esset non sic indifinite *I. C.* dominos eos effici negaret: genus enim non negat suas species, sed propriè ac verè comprehendit *l. si quid earum §. interemptum ff. de l. 3.* Item *si I. C.* utile dominium concederet certè utilem in rem actionem daret non simpliciter in rem actionem, argum. *l. si culpæ, ff. de rei vend.*

Et fallax est argumentum *Accursium Bart.* ac reliquos decepit: nec enim sequitur, datur in rem actio alicui, ergo is habet utile dominium, quia non est hoc perpetuum? Nam, & conductor loci publici habet in rem actionem *l. 1. ff. de loc. publ. fruē.* cum *gloſ.* verbo *conduxerit*, & tamen non est dominus *l. non ſolet, ff. locati.* habet ususfructuarius cōsessoriam *l. una §. item Iuliano ff. de remiſſ.* (quæ sine dubio est actio realis seu in rem *§. æque inſt. de act.*) & tamen non est dominus *l. 1. ff. de uſufruct. l. rectè dicimus ff. de Verborum ſignificatione* traditur *in l. qui uſufructum ff. de Verbor.* Similiter, & creditor in rem actionem habet, nec tamen dominus est *l. pignus C. de pign. action.* & sunt pleraque exempla ex quibus dicta consequentia non esse perpetua dignoscitur, habet in rem utilem: ergo habet dominium: nam, & qui non est hæres nec dominus utiles quandoque habet actiones *l. & ſi ſine §. reſtitutus ff. de minor.* & ita adnotavit *gloſ. ultim. dicta l. 1. ff. ſi ag. vect.* sed, & contra dictam cōsequentiam tantisper disputat *Aret. dicto §. differentia col. fin.*

Rursus non valet argumentum *Bart. in dict. §. differentia, ex l. poſſeſſores in fin. Cod. de fund. patri. lib. 11.* quem *Jacob. Rebuff.* ibidem dicit esse expressissimum ad hoc quod emphyteuta habet dominium: nam præterquam quod est *textus* juris noviores, certè nos non avertit: licet, enim emphyteutam appellet dominū fundi loquitur planè de emphyteuta fundi patrimonialis, qui pleno jure dns est, & adeo pleno jure, sicuti si illum fundum pretio dato emisset à Principe, & ideo ad ejus comparationem non urgetur, & illibatū integramque servat, & libertates servis illorum fundorum præstat, quemadmodum disponitur in dicta *leg. poſſeſſores*, accedit optimus casus *in l. fundi patrimoniales Codic. illo titulo* ubi qui assequuntur patrimoniales fundos sine metu caducitatis domini fiunt, quia (inquit *Imperat. Auguſt.*)

non

non magis commodamus nostra, quam tradimus ea jure dominij: ex quo fit palam nō sumi jussum argumentum ex illa lege, nec juste alios emphyteutas esse comparandos cum emphyteutis fundorum patrimonialium, qui ita fundos habent tanquam si ex largitate principis habuissent, aut pretio dato, ut in dicta *leg. possessores*: solum autem obligationem solvendi canonis habent. Nec est novum, ut quis omne jus & perfectum dominium rei habeat, & tamen pro ea re annuam recognitionem solvat, nam id etiam accidit in censuali contractu, ut tradunt *Bartol. in l.* 1. *§. hic titulus ff. de publica. Innoc.* & posteriores *c. ad audientiam reb. Eccles. glos. & alij in cap. constitutus de relig. domi. Joan. Riminald. cons.* 124. *num.* 17. *lib.* 1.

Hos autem patrimoniales fundos appellamus hodie in vulgari, *terras reguengas*, quæ pleno jure sunt possessorum, salvo Regi canone suo, ut *lib.* 2. *Ordin. titul.* 7. *§. & por quanto, in novis libr.* 2. *titul.* 17. Unde donari, vendi, in dotem dari, testamento relinqui libere possunt, salvo canone cum quo in quamlibet personam transeunt, ut dicto *titul.* 7. *in novis tit.* 17. *& l.* 1. *Codic. de fund. patri. lib.* 11. Sed, & de consuetudine dividi possunt, quæ consuetudo non est irrationabilis cum de jure communi sit valida emphyteusis divisio, ut post *Bartol.* tradunt *Iason. & Ripa. num.* 86. *in l. qui Romæ §. duo fratres, ff. de verbo. Iaso. l. fin nu.* 114 *Codic. isto titul.* Sed, & in eisdem bonis constituitur tertia defuncti quanvis illa per æstimationem solvatur, ut quandoque vidi judicatum, quia circa tertiam non reperitur probata consuetudo dividendi, & regulatur secundum emphyteuses perpetuas Unde cum diversam naturam habeant emphyteutæ fundorum patrimonialium ab alijs emphyteutis quia vendunt irrequisito dominio absque metu commissi, ut per *glos. & Bartol. Odofred. dict. leg.* 1. *Codic. de fund. patrimon.* licet alij contra, ut ibi ait *Pyrrh. & disputat. Rebuffus.* Item quia licet canonem suis temporibus non solvant non cedunt *leg. fundi, secundum unam lecturam, Codic. illo titul* & sunt aliæ plures differentiæ, de quibus infra dicam *in* 2. *part.* idcirco non justè *Bartol.* argumentatur ex dicta *leg. possessores*, & ex alijs juribus similibus.

Sed nec ex *text. in cap.* 1. *§. rei autem de invest. de re alien. fact. libro feudorum*, quia loquitur in feudatario, & licet dicat quod vendicat tanquam dominus: non sequitur, ergo est utilis dominus. Sed nec prætereundum est quod leges *tituli Codic. de jure emphyt.* de dominio concedentis loquuntur, at de dominio utili emphyteutæ verbum nullum. Teneri ergo potest, nec incolorate emphyteutam non habere utile dominium, nec id cognitum saltem jure forum, & eisdem rationibus, nec superficiarium, aut conductorem ad longum tempus utile dominium habere, sed quod duntaxat jus reale, seu in re jus habeant *legem eorum ff. damn. infect.* ibi seu domini sint, sive aliquod in ea re jus habeat, qualis est creditor, fructuarius, superficiarius, juncta *lege superficiario ff. de rei vendicat. dicta lege* 1. *§. quod autem ff. de superficiebus* id quod etiam voluit *Joan. Igneus in leg. contractus ff. de reg. jur. numer.* 135. *ubi numer.* 137 negat utile dominium fuisse cognitum à Jure Consultis tempore forum cum *P. Bellapertica. Cupriol. Nicolao Joan. Fabr. Jacob. Arenens. & Ultramontanis*: quam opinionem ingenuè fatebuntur, & ij noviores qui utile dominium omnino negant, unū duntaxat esse asserentes.

Qua retenta periclitatur vulgaris allegatio dicta *l.* 1. *§. qui in perpetuum ff. si ager vectigal.* passim citatæ, quod appellatione dominij in dubio venit directum in quam conclusionem illum *text. cum glos. notat* ibi *Bar. Angel. & alij Socin. cōsi. ultim. lib.* 2. *Alciat. lib.* 1. *de verborum significatione pag.* 11. *Ludov. Gomez. §. fuerat, numer.* 49. *inst. de action.* & alibi passim Doctores. Item alia conclusio vulgatis, quod verba simpliciter prolata semper debent accipi in proprio & principaliori significatu, hæc etenim juris axiomata non probantur in dicto *§. qui in perpetuum*, nisi retenta inductione communi, quæ ex superius adductis non est satis firma, sed, & alia ratione labefactatur ut tradit *Gomez. dicto §. fuerat numer.* 50. quo loco tandem defendere 2

dere nititur allegationem communem, sed non concludenter satis: tu illum videto, & *Iasonem*, quem non retulit *in* §. *sed iste quidem numer.* 143 *inst. de act.* & *Joan. Anton. d.* §. *nihil commune n.* 89.

Hæc autem pro junioribus tentavi, sed quia non soleo à receptis traditionibus facile deviare: uti receptissimam pono superiorem conclusionem, qua traditum est ex emphyteusi utile dominium emphyteutæ acquiri.

3 Sed confestim quæres quale sit hoc utile dominium? Et in promptu est responsio, quod est una utilis dominij species, quæ recognoscit dominium superius, hoc est directum, dividunt enim interpretes dominium in genere in tres species directum, & utile, & quasi dominium. Rursus utile dominium dividunt in duas species, in dominium videlicet utile inferius recognoscens directum (ut est dominium emphyteutæ, superficiarij, feudatarij, coloni ad longum tempus:) & aliud utile quod assimilatur, seu adhæret directo (ut est cessionarij, *leg. emptor. cum glos. Codic. de hæred. vel act. vend. vel fideicommissarij*, ut habetur *in l. ex asse. ff. ad Trebel.* congeri plura *Pynelus noster l.* 3. *part. pag.* 309. *Codic. de bon. mater.*) & alterum quod repugnat directo, imò dicitur occidere directum, ut est dominium præscriptione quæsitum de quo *glos. Bartol. & communis in Authent. nisi tricennale Codic. de bon. mat.* ubi hoc ultimum quod est satis controversum late disputat idem *Pynel. ex numero* 36. *& Felin.* ubi novem casus excipit, *in rubr. de præscriptione, & Balb. in suo tract.* 2. & hanc doctrinam ac dominiorum distinctionem colliges *ex Bart. dicto §. differentia, conjuncto eodem Bart.* 11. *l. minor*, §. *si servus ff. de evict. & utroque Salyc. in l. traditionibus col.* 6. *Codic. de pact.* quos retulit *Alexand. dicto* §. *differentia numero* 10. Duplicitatem vero utilis dominij probarunt *Paul. numero* 4. *Aretin. column. ult. Alex. numer.* 8. & noviores in eodem §. *differentia*, ubi hoc receptus esse fatetur *Alciat. numero* 7. probat *Socin. leg. non solum num.* 14. *ff. solut. mat.* defendit *Anton. Rube.* adversus suum discipulum *Claud. Marm. in rep. dict.* §. *nihil commune numer.* 90. & ibi quoque *Joan. Coras. in* 1. *part. num.* 33. & *Bereng. Fernand. numer.* 40. *Balbin.* ubi supra *numer.* 6. & 7.

Sunt tamen qui unum dixerunt esse dominium: cujus pars sit illud quod utile appellamus quasi minuat ejus utilitatem actum. *l.* 4. *ff. de usufruct.* quam docendi methodum sequitur *Alciat.* sed non recedas à communi, pro qua ultra jura citata per *Bartol.* est optimus *text.* quem citat *Paul.* & *Aretinus* ubi supra *in Authent. si verò dominus temporalis Codic. de hæred.* ubi fit mentio dominij superioris, & inferioris inferius autem appellatur utile. Porrò istud utile inferius recognoscens directum non verum dominium, ex *text. in leg. finita*, §. *si de vectigalibus*, ubi notat *Bald. ff. de dam. infect.* Aliud verò quod præscriptione quæritur, & directo dominio opponitur, verum est dominium ex doctrina *Bart. in l.* 1. *numer.* 8. *colu.* 4. *vers. item oppono, ff. acquir. possessor.* quam latè commendat, & ornat *Ioson.* ibi *numer.* 57. *vers.* notat tamen post *Aretin. numer.* 23. *Alciat.* §. *differentia numer.* 9. & sequitur *Carol. Ruynut. cons. ultim. numer.* 10. *libr.* 1. *Ludovicus Gomez*, §. *fuerat numer.* 50. *de act. Bald. dict. numer.* 6. Unde merito *Bart. in Extravag.* quæ sint rebelles, verbo, rebellanda, appellat utile dominiũ effectũ potius dominij directi quam dominium, quo dicto utitur *Aretin. dict. l. numer.* 22. & *Felin. cap. quæ in Ecclesiarum num.* 52. *de Const.*

Ex quibus multa non inutilia sequuntur. 4
Primo in statuto faciente mentionem de dominio non comprehendi dominium utile subalternum, seu inferius, quale est dominium emphyteutæ seu vassalli. quia verba statuti debent intelligi propriè, & verè, *leg.* 1. §. *si is qui navem ff. de exercitor. Alberi. lib.* 1. *statutorũ, q.* 140. & passim doctores, sed hoc ita demum intelligerem nisi statuti ratio æque in dominio utili vigeret: nam, & in statutis mens, & ratio debet attẽdi, & licet offendere verba statuti, ut mẽs servetur, quemadmodũ scribit *Bart.* l. *contra legem ff. de legib. & l. omnes populi* 6. *q. princ. ff. just. & jur.* cum multis quos

cumulat

cumulat *Tiraquel. l. si unquam, verbo, liberis, numer.* 44. *Codic. de revoc. donat.*

Secũdo deducitur quod si in libello quis reivendicationem proponat, inquiens rem ad se pertinere ratione dominij, & probaverit de utili dominio tantum, hoc est de utili dominio quæsito per præscriptionem, absque dubio obtinere debeat, quia illud dominium utile est verum dominium, juxta doctrinam receptam *Bart. dict. leg.* 1. *num.* 8. *de acqu. possess.* & ita *Bart. in specie in l. si minor §. fin. ff. de evict. glos.* & *Bald. per hanc, verbo, ad novum, C. de tẽpor. app. Bald. cap. fraternitatis col.* 4. *de test. Abb. & Felin. cap. cæterum num.* 6. *de judic. idem Feli. cap.* 1. *de præsc. col.* 3. *Balb.* ubi sup. *n.* 7. *Ias.* (ubi ampliat etiamsi dicatur res pertinere ratione veri dominij) *in d. l.* 1. *num.* 59. vel etiam pleno jure, nam, & is qui præscriptione tutus est, dicitur pleno jure dominus esse *leg. Julianus in fine ff. de reivendic.* & etiam dicitur proprietarius secundum *Bald.* 2. *ff. de cond. instit.* quod si quis dixerit rem ad se pertinere ratione dominij, probet tantum de dominio utili subalterno, ut est dominium emphyteutæ, vel feudatarij, hic maior est dubitatio. quia istud subalternum non dicitur esse verum dominium, juxta superius dicta. Et ideò *Ias. in dict. leg.* 1. *num.* 60. distinguebat, an diceretur ratione dominij simpliciter, an ratione veri dominij, ut priori casu sufficeret probari dominium emphyteuticum, posteriore verò nõ. Et primum mẽbrum probatur ex sententia *Bart. l.* 1. *Cod. de usufruct. firmat. Bald. in dict. l.* 2. *ff. de condit. inst. Alexand. in §. nihil commune,* & cum hoc simpliciter transire alios modernos, inquit ibi *Hormanot. Dec. numer.* 22. firmat *Iason. in l. item si possessoris §. item si jura vero nu.* 8. *ff. de jurejur.* & probatur ex generali doctrina *Bart.* post antiquiores *contra glos.* ibi verbo, qualecunque *in leg. si mater §. eandem ff. de except. rei judicat.* ubi resolvunt, dominio simpliciter in judicio proposito, intelligi ne dum de directo, sed, & de utili, sequuntur *Angel. & Iason. numer.* 141. *contra glos.* ibi, *in §. sed iste quidem, inst. de act.* idem *Ias. l. si domus, §. si fundus num.* 5. *ff. de lega.* 1. *Joan. Coras. d. §. nihil commune nu.* 6. ubi quoq; *Anton. Rube. n.* 89. *& Ripa. in c.* 1. *de caus. poss. nu.* 112. Quibus suffragatur, quod intentio ambigua libelli declaratur, prout est utilius parti proponenti, & declaranti, *leg. si quis intentione ambigua ff. de judic.* maximè cum tot hodie clausulæ libellis adjiciantur, per quas quodcunque jus parte competens videtur deductum. ut jam diximus supra *quæst.* 6. *numer.* 15. & 16. Circa posterius vero membrum. quando fit mentio veri dominij an sufficiat probare utile emphyteuticum tantum licet *Iason. dict. leg.* 1. *neget*, nec ab alijs improbetur, crediderim sufficere ex vi clausularũ, quæ libellis inseruntur, de complemento justitiæ, & omni meliori modo, &c. & non se adstringens &c. quibus attentis si probetur dominium emphyteuticum tantum credendum est verba illa, veri dominij, esse pleonasmos apposita; præsertim quia licet impropriare verba libelli, ut defendatur *l. si olei*, ubi *Bart. Cod. locati, & accipere secundum largam significationem, Abb. cap. Cumana column.* 2. *de elect. tex. cap. cum venissent de in integr. rest. cap. olim* 2. *de test. spol.* & dicetur utile dominium verum, vel saltem sustinebitur processus, juxta formam. *Ord. libr.* 3. *titul.* 49. *§. ult. in nov. tit.* 63. *§. ultimo.*

Tertio ex prædictis resolvitur alia quæs- 5
tio, de eo qui proposuit dominium, & probavit se tantum usufructuarium, cum alibi usus fructus pars dominij dicatur *leg.* 4. *ff. de usufruct.* alibi veniat app. dominij *leg. donationes in concubinam §. species* ubi notat. *gloss. ff. de donat.* alibi verò contra probetur *leg. rectè dicimus ff. de verb. sign. l. eorum ff. de dam. infect.* sed quia in hac re longe latèque spatiantur *Claud. Marmer. dict. §. nihil commune, ex num.* 42. *& Hormanot. ex nu.* 19. post scribentes *in l. qui usufructum ff. de verbor. & Ias.* l. 1. *§. usus fructuarius ff. de nov. op.* ad illos te remitto, quia non est articulus nostræ materiæ emphyteuticæ.

Quarto ex superioribus constat alterius 6
consimilis quæstionis resolutio si in libello quis proponat se proprietarium, & probet se utilem dominum puta emphyteu-

tam,

tam, vel vassallum, an debeat obtinere, & *Bald. 2. col. 2. vers. quæro nunquid, & ff. de con. l. inst.* inquit, hujusmodi actorem succumbere debere; quia non est dare proprietatem nisi directam *l. si tibi proprietas ff. de usufruct. acres.* licet sit dare quasi proprietatem, ut est *glos. celebris. l. 2. §. quædam, de interd. Bald. cap. 1. §. 1. in princip. de invest. de re alien. tex. cap. fin. de judic.* quem citat *Jas. §. omnium, num. 62. de act.* seu *proprietatem anomalam*, ut ait *Bald. in cap. 1. de feud. non hab. prop. nat. feud. Coras. d. §. nihil commune num. 29.* & illam decisionem *Bald. dicta l. 2.* sequitur ibi *Paul. num. 2. & l. 1. ff. de acq. poss. n. 61.* & iterum (dubius tamen) *d. §. nihil commun. 16. cum seq. post. Aret.* & ibi quoque *Fabius Acorombon. n. 17. Deci. in allegato cap. cæterum 16. Alexand. cons. 183. n. 2. libr. 3.* defendit latè *Joan. Coras. dicto §. nihil commune n. 39.* probat enim aliâ causam quam deductam contra *l. habeat ff. de institor.*

Veruntamen de prædicta sententia *Bal.* dubitavit *Alexand. in l. si quis vi. §. differentia col. fin. in princi. ff. de acq. poss. ff.* dubitavit *Jacobi. in rub. ff. de rei vend. nu. 7.* non audens recedere a *Bald.* quia inquit se non reperire contradictorem. Ex professo tamen contrarium tenet *Jas.* sibi oppositus, *in l. sed, & si possessoris §. item si juravero num. 17. ff. de jurejur.* nam, & emphyteutas, & consimiles habere possessionum proprietatem dicit *l. locorum Codic. de om. agr. deser. lib. 11.* unde hanc veriorem esse sententiam affirmat *Xipi dicto §. nihil commune num. 7.* ubi sequitur *Ant. Rube. n. 97. Berengar. Fernand. n. 48. Horman. n. 9.* & inquit ibi *Coral. n. 40.* quod secundum communem practicam opinio contra *Bald.* recepta est, & hi omnes citant ad hâc ipsam opinionem *Alexand. in l. si finita §. si de vectigalibus col. 1. ad fin. dam. infect.* qui non loquitur, nisi ubi ex narratis constat agentem voluisse etiam prodonere causam utilis dominij, qui casus bene procedet, nec difficebitur quispiam, agnoscit *Pynelus noster l. 1. 2. part. num. 8. de bon. mater.* Sed cum hoc non constiterit ex narratis profecto attento jure communi, ego magis sententiæ *Bald.* accederem, tum propter multas differentias quæ reperiuntur inter proprietatem, & dominium congestas *a Berengar. dicto §. nihil commune ex nu. 41. post Jas. dicto §. omnium n. 63. de act.* tum quia qui dicit se proprietarium, etiam in vulgari, dicit se directum dominum: nomè enim proprietas directum est, & non obliguatur, ut inquit *Bald. cum res ad cap. fin. n. 12. ad fin. de probat.* & non potest insimul dicere se esse utilem dominum, quia hæc per se non compatiuntur in eadem persona, ut paulo inferius dicam.

Ex qua consideratione respondetur præcipuis fundamentis quibus nituntur *Baldi* contradictores, quod videlicet ad sustinendum libellum possunt ejus verba impropriari *Barto. l. si olei, Codic. loca.* maximè propter clausulas salutares libellorum omni meliori modo, & de justitiæ complemento: propter quas potest quis obtinere ex causa probata licet non deducta, ut tradunt *Cuman. & Alexan. in l. si ita stipulatus §. Chrisogonus ff. de verbor.* tradunt *Jason. & Alciat. l. certi §. si numos num. 7. ff. si cert. pet. Socin. dicto §. nihil commune n. 3. Dec. l. petens n. 5. Cod. de pact. Jason. dicto §. omnium ad fin.* illa etenim, bene procedunt si modo se compatiuntur probata cum propositis: secus si sine opposita, quia clausulæ illæ non possunt includere secum pugnantia argument. *l. contra majores Codic. de offic. rect. & regulæ vulgaris*, ut ait *Alexand. cons. 96. consideratis col. penult. versic. 2.* respondetur, & *con. 110 attentis col. 1. libr. 5. Coras.* latè dicto §. *nihil commune num. 39. & 40. Hermanot.* ibi *num. 23.* ubi alia scribit ad quæ non porriguntur effectus dictarum clausularum: quæ tu adde his quæ diximus *supra q. 6. n.* Et hinc colliges contra *Soi.* & aliquos dicto §. *nihil commune* eum qui proprietatem deduxit in libello, si de usufructu formali probet, obtinere non posse quia se non compatiuntur in eadem persona. Verum his omnibus hodie succurritur *lege Regia lib. 3. tit. 49. §. ultim. in novis tit. 63. §. ultim.* hujus decisione sequuti judices processus omnino sustinent: & qui, sed omnium, vel proprietarium proponit si

utile

si utile tantum dominium probat (etiam subalternum quale est emphyteuticum) obtinet, actione iterum ex jussu Senatus declarata & de his satis.

7 Ulterius quæro, an utile dominium sit idem quod quasi dominium, & in hoc sæpe hallucinatus est *Accursi.* ut *in l. minor §. si servus ff. de evict.* verbo *susceperit, & in l. cum postulassem §. primo verbo, dominium*, ubi expendit *Bart. ff. de dam. infec. & in glos. unica* l. *si servus, ff. de publici.* & iterum *in glos.* verbo *possideat, §. omnium. inst. de act.* putans idem esse utile dominium, & quasi dominium. Sed errat manifeste, & eum carpit *Bart. dict. §. si servus col. Iason. §. sed istæ n. 56. inst. de act. Alex. dicto §. differentia n. 9.* & simili errore labitur *Egid. Baro. in l. 3. ff. de servit. pag.* 15. est enim quasi dominium illud pro quo publiciana datur bonæ fidei possessori habenti titulum à non domino ut l. 1. *& toto tit. ff. de publica, & in dicto cap. Abbate §. cæterum de re jud. lib. 6.* explicant Doctores utrobique, & *Bart. dict. §. si servus Coras. dicto §. nihil commune num. 40.* demum practici libellantes & vel ex diversitate titulorum, quos reperies in volumine Pandectarum, intelliges prædicta esse vera: & aliud esse utile dominium vassalli, emphyteutæ, & superficiarij, aliud verò quasi dominium bonæ fidei emptoris, reperitur enim titulus de reivendicatione ubi agitur de directo dominio, item *titulus de publiciana in rem act.* ubi de quasi dominio, item alius *titulus ff. si ager vectigalis vel emphyteuticarius petatur*, ubi de utili dominio, quod si in utrisq; idem esset dominium non separarentur tituli, & tractatus eorum, quam considerationem fecit *Bald. & Angel.* & sequutus est ibi *Iaso. nu. 56. dicto §. sed iste*, & confirmat doctrina deducta supra de multiplicitate dominiorum, potest tamen largo modo, accipiendo quasi dominium etiam utile dominium complecti: ut ex *Baldo* inquit *Iason. dicto §. omnium numer. 61.* & ita defenditur *Accursius* in locis prædictis, memini quod *Alciat.* aliter accipit quasi dominium *d. §. differentia nu. 11.* pro dominio jurium incorporalium, sed nullo jure satis concludenti. Quasdam vero differentias inter dominium, & quasi dominium, ponit alias *Iacobus de nigris in l. 1. num. 182. ff. de leg. 1.* ubi legito.

Rursus quæro, an utile dominium formale possit concurrere in eadem persona cum directo? Et sine dubio non potest, quia idem directo, & utiliter non potest esse dominus *l. 3. §. ex pluribus ff. de acq. poss.* esset enim dari recognitionem superioritatis, de se ipso ad se ipsum contra *cap. 2. de consuetud. libr. 6.* Unde nec in re propria, potest quis habere usumfructum formalem, *l. uti fruc. ff. usufruct. si pet.* nec aliam servitutem *l. in re commun. l. tria ff. de ser. rust.* quocirca nec emphyteusim, quia quodammodo servitus est anomala: usufructui similis, diximus *qnæstion. 1.* & tradit *Rymin. consi. 426. nu. libr. 3.* & iterum *consi. 94. n. 8. lib. 1.* unde nequit cum directo dominio in eadem persona consistere & ita nuncupatim firmat *Guydo. de Suza, in tractatelo juris emphyt. nu. 25. & Joan. Rymin.* (licet ad propositam ibi quæstionem non apte applicuerit) *in consilio 400. n. 27. lib. 2.* & postea *consil. 419. nu. 4. lib. 3. August. Beroi. cap. potuit nu. 107. de locato.* ubi tamen ex diversis causis posse concurrere scribit *n. 108.* allegando *text.* ubi *not. Alexand. in l. si tibi in fin. ff. de legat. 1.*

8 Quod si quæsieris qui fieri potest ut cum dominus directus non habeat utile dominium (cum in eadem persona non possunt formaliter concurrere) transferat tamen illud in emphyteutam? Facile huic non difficili argumento respondetur, utile dominium quod ex emphyteusi acquiritur non acquiri per translationem, sed ex concessione emphyteutica formata per legem in persona ipsius emphyteutæ, quod aperte significat *text. l. 1. §. fin. ibi tamen placuit competere eis in re in actione, ff. si ager vect. vel emphyteu. peta.* tradit *Guydo Suzanaria ubi supra.* Præterea, & secundo responderi potest sæpius in jure reperiri, ut quis in persona alterius causet jus aliquod, quod formatum in se non habet, patet aperte quia cum nemini res sua serviat *l. in re communi ff. de serv. rust. præd.* servitutem tamen

in

in eadem re constituit, & cum pignus in re propria non cadat, l. *nec pignus ff. de reg. jur. l. justo §. mutat. ff. de usucap* jus tamen pignoris in re sua quis dat l. 1. *ff. de pignor. act.* l. *qui filios l. fin. Codic. quæ res pig.* Similiter dominus libertatem in servo proprio non habet, & tamen libertatem servo præstare dicitur, & sunt alia sexcenta exempla quæ lubens prætereo, sufficit pro omnibus Responsum *Ulpiani, Non est novū* (inquientis) *ut qui dominium non habeat alij dominium præbeat, l. non est novum ff. de acq. rer. domi.* tradit optimè *Spec. de emphyteusi numer.* 57. & 58.

Sed jam (nec intempestive) occurrit altera quæstio, an sub hoc dominio utili subalterno emphyteutæ, vel feudatarij, detur subalternatio alterius dominij utilis, & sic an emphyteuta possit alij subemphyteuticare, & ita constituere aliud dominium inferius sub suo utili dominio? Et sub dominio utili quæsito per præscriptionem resolutum est posse dari aliud utile subalternum manente primo, unde is qui præscriptione rem quæsivit, & est dominus utilis, juxta *communem in Authent. nisi tricennale C. de bon. mater. Bart. in l. 2. ff. de usucap.* poterit rem illam præscriptam alteri emphyteuticare, seu infeudare, & sic dabitur utile dominium inferius alterius utilis dominij, voluit hoc non obscure *Bart. in dict. l. si quis vi. §. differentia num. 6. vers. altàs si aliud. ff. de acq. poss. ff.* inquiens illum qui præscripsit, si eandē rem emphyteuticaverit, jus apud se retinere: nec ibi quid juris sit illud declarat, explicuit tamen seipsum quod erat dominium utile: idem *Bart. in l. 2. ad fi.* ibi, *tamen sunt duo domini, ff. de usucap.* & hoc ipsum intelligit *Ang. plenius disputans, in d. §. differentia*, & probat ibi *Alex. n. 12.* nec improbatur *à Cuma. Paul. Aret. & aliis* ibi, & cum *Bart.* transeūt alij, ut scripsit *Carol. Ruyn. cons. 14. nu. 6. lib.* 4. Ex quo eleganter subinfertur, quod licet sub directo dominio non detur aliud subalternum directum, attamē sub dominio utili quod contrariatur directo, datur aliud subalternum: & hoc non habet contradictorem, quem ego viderim.

11. Cæterū an sub dominio subalterno quale est emphyteutæ, possit aliud utile dari, ut sic ipse possit subemphyteuticare vel infeudare, hic maior vertitur dubitatio, & est articulus satis confusus, & indigestus ab interpretibus, scribunt tamen fere omnes emphyteutæ posse subemphyteuticare, si modo consentiente domino directo faciat, non aliàs est quippe emphyteuticatio alienationis species *leg. fin. Codic. de reb. alien. cap. nulli de reb. Eccles. §. nos igitur vers. alienationis Authent. de non alienand. coll. secunda Alexand. cons.* 113. *viso col. 2. libr.* 4. *Paris. cons.* 85. *num.* 7. *cū seq. libr.* 3. *& ita Specul. de emphyt. num.* 151. *Joan. Fab. §. adeo n. 2. inst. locati. laf. l. 2. num.* 151. *& l. fin. numer.* 110. *C. isto tit. & in l. 3. §. ex pluribus n.* 73. *ff. acq. poss. Alci. d. §. differentia n.* 10. *Joan. Rym. cons.* 124. *n.* 22. *lib.* 1. * *glos. nor. in §. adeo, verbo propriam inst. locati*, explicat *Bald. Auth. nisi rogati nu.* 14. *C. ad Treb.* quanvis *Specul.* non exigi in aliquot locis domini cōsensum ad subemphyteuticationem affirmet & *Joan. Fab. de consuetudine* eum non requiri simpliciter scribat, & *Azo. in suma Codic. isto titul.* doceat, tam de jure quam de consuetudine consensum in ea specie non esse necessarium cujus opinionem longe lateq; disputat *Aug. Bero.* post *Imolen. in capit. potuit ex num.* 106. *de locato.* ubi tandem ipse distinguit quosdam casus fatetur tamen ingenuè frequentius receptum esse ad subemphyteuticationem necessarium fore domini directi consensum, si in prima concessione nō sit expressum, ut primus emphyteuta possit subemphyteuticare totam rem vel partem (quod vulgo dicitur *emprazar a face do seu prazo, ou a sombra do seu prazo* tūc enim nulla alia exigitur domini licentia ad subemphyteuticandum, qua de re plenius infra *in* 4. *parte.*

Addunt tamen interpretes tali facta subemphyteusi accedente domini consensu, nullum utile dominium, nec juris aliquid penes primum emphyteutam relinqui, & ita *Iaso. post gl. & Alex. l* 3. *§. ex contrario num.* 35. *ff. acq. poss.* ubi tamen perperam citat *Bart. Bald. & Angel.* quibusdam in locis idem scribit *Iaf. l. 2. nu* 151. *C. isto tit. Alci. d. §. differentia n.* 9. *in fin.* & idem tra-

dit *Joan. Rymin. consi. 124. n. 4. & 5. lib. 1. & consil. 380. spectabiles n. 11. lib. 2.* & pro constanti ponit *Soci. in elegāti cōs. suo 256. vol. 2* iterū repetito *cōs. 96. vol. 3.* voluit idē *Socin. l. non solū nu. 14.* ibi, *& istis casibus dominium utile ejusdē speciei nō potest esse apud duos in solidum ff. solut. matrim.* voluit quoque *Bart. num. 3. & Alexand. numer. 5. l. ex asse. ff. ad Trebel.* & inde dicunt quod naturalis possessio rei subemphyteuticatæ est apud ultimum emphyteutam non apud primum, quia omnem possessionem transtulit in illum ultimum, ut notat *glos. fin. leg. una Codic. uti possid.* cui concinit quod de cessionario scribit *gl. fi. in fin. l. emptor. Cod. de hæred. vel act. vend.* Exinde etiam deducunt, quod laudemium primo domino solvi debet non emphyteutæ, ut est *gl. verbo alijs vendere*, communiter ibi recepta *in l. fin. & ibi Ias. n. 88. Codic. isto titul. Alex. Ias. & Alciat. ubi supr. & Mol. Paris.* quibus cōcinit *Bald. c. sane col. fin. de renunt.* inquiens quod utile dominium utilis dominij dari non potest quemadmodum nec servitus *l. 1. ff. de usufr. leg.* id quod etiam non relato *Bal. scripsit Cas. in consu. Burg. rub. 11. §. 3. num. 1. fol. 354.* &. quod scripsit idem *Bal. c. 1. §. illud de prob feud. alien. per Frederi. libr. feud.** satis insinuat *Bart. in dicto §. ex contrario numer. 13.* ibi, *quia unum est utile dominium Alexand. consil. num. –. lib. 5.*

Sed statim interrogabis cur ita tam variè? Ut is qui rem præscripsit, si rem eādem emphyteuticaverit, constituat alterum utile dominium, manente utili etiam dominio apud ipsum concedentem, & secus sit in emphyteuta subemphyteuticante? Respondet *Alexand. dicto §. differentia nu. 13.* rationem discriminis esse, quia primo casu utilia dominia procedunt ex diverso fonte alterum ex præscriptione, alterum ex emphyteusi, posteriore vero casu ex uno, & eodem fonte emphyteusis, quæ ratio non admodum placet, quia negari non potest duas esse concessiones diversas ex quibus producuntur diversæ emphyteuses, unde magis videbatur dicendum, posteriore casu utilia dominia esse ejusdem speciei, idest, utraque subalterna, & sic concurrere non possunt in solidum apud utrumque ut voluit *Socinus in dicta leg. non solum, numer. 14. ff. solut. matr.*

Verum hæc quæ communius recepta videntur difficultatem habent, in primis etenim repugnantiam continet dicere, quod emphyteuta potest consentiente domino directo subemphyteuticare, & statim dicere, quod penes subemphyteuticantem nihil juris remanet: si enim nihil juris manet, ergo non datur subemphyteuticario, & ridiculum est dicere, quod unus emphyteuta potest alium emphyteutam constituere. Secundo constat quod feudatarius utile dominium habet *capit. 1. §. 1.* & ibi doctores de investitura de *re alien. fact. Cursius de feudis 1. part. quæst. 6. numer. 7. & 9.* & tradunt *Decius consi. 410. nu. 13. Paul. Paris. consil. 23. à numer. 11. libr. 1.* & agnoscūt omnes, & tamen potest rem feudalem subemphyteuticare cum licentia domini secundum magis communem, de qua *Cursius Junior 4. parte feudorum quæst. secunda numer. 91. Guillel. de feudis in loco infra citando*, & quod plus est, potest subinfeudare sine fraude, etiam domino inscio, tali personæ: qualem exigit qualitas, & dignitas feudi, & qui æque bene serviat ut ipse subinfeudans, & cum eisdem pactis, & actis, & conditionibus, manentque ipsi feudatarius, & subfeudatarius; atque ita aflatim ex multis juribus simul junctis probatur *text.* videlicet in *capit. 1. §. similiter de leg. Corras.* ubi notat *Afflict. in princip. & num. 2.* citat alia jura *cap. beneficium, si de feud. fue. contro. cap. § sed, & resc.* per quos fiat investit. *cap. primo, §. necessitate, &* ibi *glosa qualiter olim feud. pos. alien. cap. primo §. illud quoque*, ibi, *dominum domini sui*, & ibi, *nisi vassalius idemque dominus*, & quod ibi notat *Baldus*, & omnes *de prob. feud. alien. per Fredericum glos.* & ibi latissimè *Afflictus post Iserniam in cap. 1. §. præterea de cap. Corras. cap. 1. §. profecto vers.* dummodo scias, ibi, *& hoc jure feud. censebitur, in titulo quid juris si post alien. feud. vessa. glosa communiter approbata capit. quæ in Ecclesiarum* verbo *alienandi de constitut. capit. transmissa*, & ibi *Abb. 4. notat. de foro comp. Gozad.*

ubi

ubi ampliat *consil.* 62. *numer.* 5. latissimè *Cursi. in* 4. *part. feudor. num.* 83. *Dueñas reg.* 40. *limit.* 1. *August. Bero. caput. potuit num.* 114. *de locat. Rymin. consil.* 124. *num.* 24. *lib.* 1. diciturq; feudatarius subinfeudans, quodammodo utilis dominus, ratione juris vassallagij, & servitiorum, ut per *Cursi. ubi supra*, imo, & utilis dominus secundum *Sonsbekium de feud. part.* 13. *nu.* 96. (quidquid aliter *Bald. cap. cæterum col. fin. de judic. & alibi in cap. sane. numer.* 10. *de renunt.*) quanvis etiam *Guilliel. de feudis libr.* 3. *capit.* 10. dicat, quod umbram tantum dominij retinet, ex quibus jam videtur idem dicendum in emphyteusi, ut qui subemphyteuticaverit, requisito domino servet utile dominium superius, argumento vassalli subinfeudantis. Tertio suadetur, quia si jure permitteretur emphyteutam subemphyteuticare, certè debet intelligi secundum naturam emphyteutici contractus, argumento *l. si quando Codic. de inoffi. test.* l. *si uno ff. locati. l. stipulatus ff. de usuris*: cujus natura est, ut apud concedentem jus aliquod, & superioritas maneat, & illa quæ ponuntur *in leg.* 2. *&* 3. *Codic. isto titu.* & hoc argumẽto utitur *Joan. Fab. dicto* §. *adeo num.* 5. Quarto hujus articuli difficultatem satis indicat varietas *Accursij dict.* §. *adeo*, verbo, *propriam*, ubi postquam dixit utile dominium transferri in secundum emphyteutam, & secundo emphyteutæ dari utilem reivendicationem confestim dicit quod potest primus emphyteuta vendicare à secundo rem emphyteuticam, si canonem non solvat: Et variando postea subdit, quod poterit agere præscriptis verbis, vel ex *lege Zenonis* ad mercedem, atque ita licet varius hoc unum, sine varietate agnoscit, quod apud primum emphyteutam aliquid juris manet, cujus contrarium plane dictat communis opinio ex supra relatis, nec reperio *Accursium in ea gloss.* ab aliquo reprobatum, unde ex prædictis videtur satis dubia communis doctrina.

12 Et idcirco crediderim, sic rem istam diffiniendam, ut videlicet communis opinio locum habeat, quando primus emphyteuta omnem prorsus jus quod habebat à se abdicavit, & in secundum emphyteutam transtulit, nam eo casu duntaxat, verum est quod communiter dicitur, nihil juris apud primum emphyteutam manere, & cum directo rationem habendam *Alciat. in* §. *differentia numer.* 10. intelligitur autem omne jus voluisse in secundum transferre, si hoc expresserit, vel si dicatur quod sit subrogatus secundus loco primi, vel quod ponit eum in suo loco, & dominus directus eum, ut talem ab eo accipiat, & agnoscat, & pensionem ab eo accipiat, ut per *Socin. conj.* 156. *colu.* 3. *lib.* 2. *Angel. d.* §. *adeo num.* 7. *in fine* alioquin. si simpliciter subemphyteuticavit rem illam, quam habet in emphyteusim præstante domino directo consensum ad illam subemphyteuticationem, certè existimo apud emphyteuticantem manere utile dominium, & aliud utile inferius formari in accipiente, & tam laudativi quam canonis rationem habendam cum ipso concedente, non eum domino directo. Et moveor argumento vassalli, qui alium subvassallium constituit, & quasi utilis dominus est, ut patet *ex capit.* 1. §. *illud quoque de prob. feudi. alien. per Frederi.* ubi tradunt omnes, & *capit.* 1. §. *profecto, quid jur. si post alien.* & in multis alijs juribus, quæ supra congessimus, nec possum in aliam opinionem trahi, quando lego apud omnes, emphyteutam posse requisito domino subemphyteuticare. Præterea sicut domino directo concedenti licentiam alienandi, non fit præjudicium in suo dominio directo, nec de eo videtur intellectum, ut tradit *Cursius in* 4. *part. de feudis numer.* 139. ita non debet intelligi, factum in dominio utili petentis licentiam ad subemphyteuticandum, si ea sibi simpliciter concedatur, ut servetur idem jus per contrarium.

Nec obstabit, quod non videtur posse dari utile dominium utilis dominij ejusdem speciei subalternæ, ut tradit *Socin. d.* l. *non solum numer.* 15. *ff. solut. matr.* illud namque verum erit in utili dominio æqualiter, & pari modo existente penes duos cæterum unum inferius, & aliud superius bene dabitur, ut in emphyteuta vassalli, per jura superius allegata, & pulchre *Baldus capit. cæterum numero* 18. *column. fin. de judic.*

* *Alciat. dicto §. differentia nu. 9. Cursius de feudis 4. part. n. 84. Guilliel. cap. Raynuntius* verbo *cætera bona num. 36. & ante omnes pulchre Oldra. consi. 240. num. 6. Ioan. Fab.* late *in dicto §. adeo col. 2. & 3. Rota antiqua 1. de loca.* alias 861. *Soc. consil. 256. & 261. lib. 2. & Moder. Parisi.* idq; magis sine dubio si unus habeat utile dominium rei, & alter utile dominium ad exigendas pensiones prout nuper vidi judicatum, nec istud est inconveniens, quia dominia tunc non existunt in solidum penes duos, sed tantisper diminuta per gradus, & inferioritatem, ac descensum, cum, & aliàs diversis respectibus non inconveniat unum dominium penes duos esse, ut contingit in rebus dotalibus, quemadmodum tradit *Baldus leg. in rebus numer. 6. in fin. Codic. de jure dot. Paul. leg. doce. nu. 2. Cod. de rei vendic. Corras. §. nihil commune ex num. 33. Joan. Faber. §. adeo numer. 5. vers. nec obstat quod non possunt, inst. locati. Joan. Venafranus, seu de amicis, consi. 20. num. 25.* Et est una de limitationibus, quas ad regulam *leg. si ut certo §. si duobus ff. commodati*, congerit *Pynel. noster in l. 1. 3. parte ex num. 10. Codic. de bon. mater.*

Ex quibus nō videtur circunspectè scripsisse *Bald.* in allegato *cap. sane numer. 10. de renunt.* quod non est dare utile dominium utilis dominij, & quod in favorem Principum est constitutū, ut sit aliud in feudis, id quod etiam sentit *Alciat. d. §. differentia n. 10. vers. rursus intelligendum.* Sed nec placet, quod de reliquijs dominij primi vassalli scribit *Bald. in c. 1. §. illud quoq; de prob. feud. alien.* per *Freder.* cui videtur accedere *Socin. consil. 156. vol. 2. & iterum consil. 96. vol. 3.* volentes dominium utile transferri, nec manere apud primum nisi quasdam reliquias dominij quod ipsum in emphyteusi voluit *glos. & Angel. in dict. §. adeo numer. 7. ad fin. vers. in ea, in fin.* Nec item placet, quod scribit *Aflict. in Const. Neapol. quæst. 23.* cum inquit quod non invenitur in jure utile dominium utilis dominij, & quod feudatarius *Baronis*, hoc est vassallus, non habet utile dominium sed exercitium utilis dominij: quia hæc omnia confunduntur juribus supra allegatis, ac proinde teneo, quod supra dixi tam in feudo quam in subemphyteuticatione facta simpliciter accedente domini consensu. Et idipsum dixerim, si dominus consentiat subemphyteuticationi, salvo jure suo, nec enim dissimilia puto consentire simpliciter subemphyteuticationi, vel consentire salvo jure suo: quia non credendus est aliquis aliter consentire, argumento *leg. cum indebito vers. nec enim ff. de prob.* quem casum posuit *Joan. Fab. in dicto §. adeo numer. 5. column. 3. in princip.* ubi resolvit in hac specie tam salvum manere jus domino directo, quam si non fuisset res subemphyteuticata secundo, & similiter primum emphyteutam habere omnia jura quæ dominus directus habet in re emphyteutica, dum tamen priori domino præjudicium non fiat.

Sed, & adversus eundem *Joan. Faber. d. §. adeo column. 2. in fine, vers. in hoc potest*, dici existimo, quod si dominus concedat emphyteutæ, ut possit vendere, donare, vel facere suam voluntatem, & ipse emphyteuta non vendat, nec aliter alienet, sed duntaxat rem illam alteri in emphyteusim tradat, non videtur remittere omnia jura sua, ut *Faberius* scripsit, sed adhuc utilis dominus maneat: sicuti si specialiter ad emphyteusim consensus domini adesset: si enim fuit præstitus ad vendendum, donandum, & faciendum suam voluntatem certè sub illis verbis benè comprehenditur subemphyteuticatio *leg. fin. Codic. de rebus alien. leg. statuliber, §. quintus, ff. de statulib.* unde ita debet intelligi facta ne primus emphyteuta jura sua videatur remisisse.

Quod si primus emphyteuta canonem, 15
seu pensionem sibi solvit, vel aliquid aliud in signum recognitionis dominij reservavit, tunc sine dubio primus emphyteuta cēsebitur dominus respectu secundi, & omnia jura habebit contra secundum, per quæ tamen dño directo non præjudicetur, ita eleganter resolvit *Socin. consil. 256. incip. si in præsenti consultatione, vers. & pro resolutione eorum, vol. 2. iterum repetito vol. 3. consil. 9.* sequitur *Alciatus dicto §. differentia numer.* & sequuntur *Moderni Galli in suis commentarijs*, nec videō

deo quempiam dissentire, & meritò, quia reservatio pēsionis sibi solvendæ, seu recognitionis illud præ se fert, & adest optimus textus in capit. 1. quid jur. si post alien. §. profecto, ibi, siquidem pro levoci datur singulis forte annis, libr. feudorum.

Porrò si primus emphyteuta omne jus suum transtulit in secundum; & pactus est aliquid ab extra singulis annis dari quousque pretium emphyteusis sibi solvatur (in qua specie consuluit Socinus in prælegatis consiliis) certe obligatio illa est personalis non emphyteutica, & sic ad haeredes primi emphyteutæ transitoria non ad dominum directum: & est annuus census super pecunia, ut ipse consuluit, quem semper videas in hoc articulo, de quo satis, reliqua verò de secundo emphyteuta dicemus inferius in quarta parte.

14 Postremo in hac materia illud non omiserim dominium utile in rebus mobilibus non dari ex sententia communi omnium, qui, & emphyteusim, & feudum consistere negant super mobilibus capit. 1. §. sciendum, de feud. cogni. & supra diximus plenius q. 12. * quanvis dominium directum quandoque cadere in rem mobilem tentari possit, ut per Claudium in Speculo feudorum pag. 341.

SUMMARIA.

1 Directi dominij non recogniti ab alio, effectus.

2 Directi dominij, quod ab alio recognoscitur, effectus.

3 Dominus directus, & utilis si concurrāt ad vendicandam rem, quis præferatur.

4 Utilis dominij quod contrariatur directo, effectus.

5 Utilis dominij quod subalternatur directo effectus.

6 Utilis reivendicatio, ut competat emphyteutæ, an requirat traditionem rei.

7 L. quoties Codic. de reivend. an habeat locum in emphyteusi, & an in locatione, & feudo, & qualiter secundus cui fuit cōcessa emphyteusis, possit eā retinere pro melioramentis.

8 Duobus concessa emphyteusi, si nō cōstet cui prius fuit tradita, quis præferatur.

9 Duobus emphyteuta si vendat de consensu domini quis præferatur.

10 Clausula cōstituti, & alij facti modi trāsferēdæ possessionis, an operetur juū effectum in bonis emphyteuticis donatis, vel donatis de cōsensu domini cum reali traditione.

11 Directus dominus simpliciter emphyteusim si promittat, an teneatur eā præcise tradere, & quid in feudo, & quid si emphyteuta fuerit, aut vassallus qui promiserit, & num. 12.

Quæstio decimaquarta, effectus directi, & utilis dominij qui sint, & an l. quoties Codic. de reivēd. habeat locū in emphyteusi.

SEd jā interrogabis qui sint effectus directi domini? Et sane directi dominij quod manet apud eū contra quē res est præscripta secūdū cōmunē in Authēt. nisi C. de bon. matr. multi sūt effectus, tres ponit Balb. de præscri. 2. p. princ. q. 2. n. sed sunt multo plures quos alibi scripsi, nec hic repeto quia extra materiam nostram. f

Dicam ergo solum de effectibus illius directi dominij quod recognoscitur ab utili inferiori: quale est dominium illius, qui concessit rem in feudum vel emphyteusim: quemadmodum supra diximus, & quod attinet ad directum dominium in feudis, & ad quid vassallus teneatur pro beneficio collato, tradit compendiosè, & eleganter Franciscus Sonsbekius ad usus feudorum in 11. parte operis illuc te remitto, & ad alios feudistas. Quantum verò attinet ad nostram materiam, dominum directum illius qui emphyteusim concessit noti sunt ejus effectus, ut scilicet sibi pensione intra præfinita tempora non exsoluta, vel consensu ad alienandum non postulato, aut non soluto laudativo seu laudemio res emphyteutica committatur l. 2. & 3. Cod. isto titul. aut re notabiliter deteriorata, Auth. qui rem cum materia C. de Sacros. Eccles. aut denegata emphyteusi per mendatium, Innoc. capit. cæterum de judic. Angel. l. fin. 2

ff. reivend. licet *Iason. d.l. 2. n. 86. Cod. ejus tit.* contradicat de quo tamen infra plenius, quæ omnia ratione superioritatis directi dominij sine dubio inducta sunt unde ejusdem dominij effectus merito possunt appellari. Sed, & alius directi domini effectus potest considerari, si contingat quod
3 emphyteuta possessione rei cadat, & concurrant dominus directus, & utilis ad remvendicandam existentem penes tertium, præferendus enim videtur in agendo dominus directus, quasi primas partes in judicio obtineat, argum. *leg. 3. Codic. de novat.* ubi cessis actionibus præfertur adhuc cedēs cessionario, & potest adhuc ei solvi, nisi in tribus casibus ibi positis. Sed ille *textus* nō probat, quia non dicit quod dato concursu cedens in agendo præfertur cessionario, ut advertit *Bartolus leg. procuratore oppos. 1. ff. de procurat.* sed illud tātum, quod cedens potest agere, & sibi recte solvi quod ipsum duntaxat probatur *in leg. si pater C. mandati.*

Magis est igitur in proposita specie neminem præferendum in agendo, & vendicando rem emphyteuticam, sed utrumque pro jure suo agere posse: directum quidem dominium pro suo directo dominio, & emphyteutam pro suo utili, & alterum directa, alterum utili reivendicatione acturos, quia quando utilis, & directa actio non sibi adversantur, sed competunt ad diversa, quemadmodum contingit in feudatariis, & emphyteutis, qui recognoscunt directum dominium, & de suo tantum utili jure contendunt, tunc alter alteri non præfertur in agendo, sed quilibet potest super jure suo litigare, *leg. si finita §. si de vectigalibus ff. de damn. infect. leg. 1. §. ulti. ff. si ager vectigal.* & ita deffiniunt hanc quæstionem *Bart. & Paul. in l. procuratore in rem suam n. 1. ff. de procurat.* * adde *Franc. Sonsbekium de feudis, p. 15. pag. 198. numer. 35.* (quanvis *Guido de Suzanaria tract. jur. emphyt. num. 29.* non sit ausus eam diffinire, dicens hanc materiam an utilis actio præferatur directæ esse brocardicam: cum tamen non sit, & dilucidè expressetur *à Bart. & Paul.* atque aliis in dicta l. *procuratore*, quanvis item *Ioann. Blavasco in titul. de actionibus sub rub. de utili reivendicatione fol. 16.* dicat, quod concurrente domino directo, & utili in vēdicando, præferendus sit utilis, nam ex prædictis nō videtur rectè advertisse. Et hactenus de effectibus utriusque dominij directi.

Accedamus jam ad effectus utilis domi-4
nij, & sanè illius quod contrariatur directo multi sunt effectus quos colliges ex *Felin. Pariſ. Alciat. in rubr. de præscription. Balb. eo tract. 2. part. quæst. 2. numer. 8. Aym. de antiq. 4. part. numer. 173. Bart. & Paul. dicta leg. procuratore.*

Porrò dominij utilis, quod subalterna-5
tur directo, & illud recognoscit (uti emphyteutę, & feudatarij, & conductoris ad longum tempus, quemadmodum explicuimus q. supra proxima) non modicus est effectus, quia pene totam utilitatem directi dominij absorbet, & producit utilem reivendicationem si à possessione sua emphyteuta cadat, quę est nativa actio non dativa, secundum *Bart. leg. 1. num. 20. Cod. de act. oblig.* idque non parum refert, ut jam diximus, & de hac utili reivendicatione agit tit. *ff. si ager vect.* Libellus autem in hac reivendicatione, quæ competit emphyteutæ sic concipitur. Proponit *P.* adversus *T.* & probare intendit inter alia quę ad eum jure utilis dominij pertinent esse quendam fundum tali loco situm quem in emphyteusim sibi concessit talis Ecclesia, vel dominus quem sine ullo justo tit. *T.* possidet, nec sine litis controversia, pluries requisitus, dimittere vult ideo postulat se utilem dominum prædicti fundi declarari condemnato *T.* ad ejusdem restitutionem, cum fructibus à tempore injustæ detentationis. & in expensis tradit *Joan. de Blavasco in dict. rubr. de utili reivendicatione fol. 15. vers.*

Sed jam opportune quæritur, an isthęc6
utilis reivendicatio emphyteutæ competens requirat traditionē, rei ut ea mediante quæratur, an vero ex solo contractu, & conventione nascatur? Et *Specul. titul. de emphyt. nu. 92. vers. 167.* quæstionem hanc utrinque disputat, & magis inclinat, ut ex solo contractu utilis reivendicatio producatur ad instar hypothecariæ, quæ in rem

est,

est, nec traditionem rei requirit, sed ex sola conventione producitur *l. 1. ff. de pign. act.* latè *Neguz. de pignor. 3. part. 1. mèbr. in princip. fol. 55. Alciat. consil. 588. incip. allegationibus utrinque numero* 1. quod si alicubi ad emphyteusim traditio requiritur istud est ad commodationem usus, & culturæ, non quantum ad actionem, illa etenim ex sola conventione competit argum. *l. 1. Codic. isto tit.* Sed quicquid dicat, aut velit *Epecul.* verior est contraria opinio, ut ex emphyteutico contractu solo non quæratur dominium utile, nec in rem actio, nisi demum traditione sequuta, sicuti regulariter in omnibus contractibus *leg. traditionibus Codic. de pact. leg. si ager. cum simil. ff. de rei vend.* à qua regula non reperitur iste contractus exceptus, unde manet sub regula *leg. in fraudem §. ult. in fin. ff. de mil. tes. & ita l. 1. 2. & 3. Codic. isto tit.* traditionem subsequutam satis insinuant, adest bonus *textus leg. si sponsus §. in vectigalibus ff. de publicia.* ubi inquit *I. C.* quod datur publiciana respectu utilis dominij, prædijs vectigalibus, & similibus, si forte bona fide tradita sunt: & sic traditio requiritur. Nec verbum, forte, ibi positum debet referri ad traditionem (ut non rectè voluit intelligere *Speculator*) sed magis ad bonam fidem quasi dicat *I. C.* quod si eveniat, ut bona fide à non domino quis emat vectigale prædium, aut superficiarium, publicianam habeat, & hæc interpretatio satis colligitur *ex verf. statim sequenti* ibi, *insulam non à domino, bona fide emero*, & ex *leg. traditionem eodem tit.* & ita his (non perpensis) hanc nostram opinionem, quæ sane videtur receptior, probat post *Joan. Andr. Alciat. cōs. 589. incip. breviter respōdeo nu. 1. 2. & 3. * & in cons. 99. n. 11. & consi. 757. nu. 1.* post *Solyc. l. 1. C. de jure emphyt. n. 18.* latissimè *Aret. l. interdum §. qui alienam in fin. ff. de acquir. possess.*) Cui accedit, quod in feudis ex sola investitura abusiva non transfertur dominium, nec possessio, ut latè *Jacobin. de feud. verf. investivi Jason.* latè declarans *l. quoties C. rei vend. fall. 12. Curs. de feudis 2. part. n. 31. pag. 170. & pag. 166. * text. in cap. si facta si de feud. fue. contro. inter do. & agn.* ubi *Bald. col. 1. Bald. capit. 2. column. 1. & ibi Iserni. de nov. for. fide lib.*

Ex qua deducitur non inutiliter, quod si 7
dominus directus duobus eandem rem emphyteuticavit, præferendus erit is cui prius res tradita fuit, licet sit in titulo posterior, & ita *leg. quoties Codic. de rei vend. & Ordin. libr. 4. tit. 28. in novis tit. 7. in princ.* habebunt locum etiam in empyteusi, quod affirmat *Alciat. dicto con. 589. in princip.* allegando *Guilliel. cap. Raynūtius, verbo. & uxorem decis. 4. num. 7. fol. 91.* & ita vidi nuper judicatum in senatu. Nec mirum, nam, & in locatione locum habent, cū qua magnam affinitatem habet emphyteusis, ut *in §. adeo inst. locati*, & ita in locatione resolvit *D. Covar. lib. 2. resolut. cap. 19. col. ult. ex Rot. antiq. 879.* & *antiquiori de locato decis. 1. Alexand. consi. 122. col. 2. lib. 5. Socin. consil. 29. libr. 4.* adversus *Jas. d. l. quoties num. 31.* & sic ampliatur dicta lex ut procedat etiam in locatione, & emphyteusi: similiter, & in feudo ut est *glos. notab.* & ibi *Bald. num. 2.* & præ cæteris explicat *Afflict. num. 2. cum sequenti in cap. si facta, si de feud. fue. contro. Cursius de feud. 2. part. num. 33. Jason. dicta l. quoties salle. 12. Iacobin. de feudis; verbo investivi n. 4. fol. 15. in parvis.* Alias ampliationes, & limitationes, ultra *Jason. & Aret.* ibi, scribunt *Socin. reg. 118. Aret. l. quod meo col. 2. n. 10. ff. acq. posses. Brixiens. verbo emptor, col. 1. Roma. cons. 298. col. Jason. & Dec. in l. traditionibus C. de pact. Decius consi. 189. numer. 19. Dec. l. contractus nu. 14. de reg. jur. D. Covar. ubi supra dicto c. 19. per tot. & in libr. de sponsal. 1. p. c. 5. in prin. num. 9. Hip. in l. qui duobus numer. 4. 6. & 9. ff. de falsis, & in sing. 82. nu. 8. Ludovicus Gozadin. consi. 14. nu. 13. Robert. Maranta in disput. 8. nu. 22.* novissimè *M. Manto. lib. 3. locorum communium cap. 45. Rosandus de Valle novissimus consil. 19. num. 25. Segur. in vol. rep. fol. 120. col. 4.* illud autem obiter adnotabis quod dum *lex Regia dicto titulo 28.* in antiquis dicit præferendum esse illum qui prius habuit possessionem, melius dixisset, cui prius fuerit res tradita: quia sic loquitur *dicta leg. quoties* potest enim accidere, quod primus emptor

tor nactus sit possessionē priusquam secundus, si prius ei tradita sit res, ut poteris colligere ex *leg. si fundum ff. de fund. dot.* intelliges ergo *leg. Regiam*, quod ponit verbum possessionis, pro traditione ne deviet à jure communi, & ita in nova recopilatione *dicto titulo* 7. secundum hanc considerarem verbum traditionis appositum est, memineris tamen, quod, & si secundus emphyteuta teneatur rem dimittere priori, qui priorem titulum, & traditionem habuit, poterit tamen rem retinere quousque sibi melioramenta solvantur, compensatis fructibus quos percepit, per regulam *leg. sumptus ff. de reivend. glos. leg. in fundo, eo titulo & in leg. super empti. Codic. de evictio. Neguz. de pigno. 4. membro 5. part. numer.* 12. latè *Tiraquel. in 2. retract. §. 7. glos.* 1. licet enim is habeat titulum, & ea ratione videatur non teneri cōpensare, juxta *glos. l. emptor. ff. de reivend.* ille quidem titulus, nec dominium directum, nec utile præstitit secundo, proinde cessat traditio illius *glos.* quæ ratione domini, (quanvis resolutivi) procedit, ex *Bald.* ibi *Jas. l. 2. n. 30. C. de jur. emphyt. Palat. in Rub §. 62. n. 16.* quocirca debet omnino compensare saltem à lite contestata, ex quo tempore omnis non justus possessor incipit esse malæ fidei *leg. 1. C. de pet. hære. l. ædiles §. item sciendum ff. de ædil. edict.* & ita in hoc proposito vidi judicatum. Adde tamen quod si secundus ignorans fuit investitus tacente primo investito per annum præfertur secundus, ut post *Iacob. Ardizo* tenet *Alvarot. in dict. cap. si facta, & Cursius de feud. 2. part. nu.* 35. *pag.* 172. quo argumento idem videtur dicendum in emphyteusi.

8 Quid autem si non constet, cui primo fuit tradita possessio emphyteusis, vel feudi, dic planè quod præsumetur facta habenti priorem titulum, secundum *Baldum* ubi optimè declarat, *in cap. si facta, si de feud. fue. contro. nu.* 3. quem sequitur *Iacobinus de feud. super verbo. investivi num. 7. Guili. de feudis lib. 1. cap. 7. pag.* 87.

9 Hæc autem de proprietario, seu domino directo duobus eandem rem vendente, vel emphyteuticante, intelligenda sunt. Sed quid si emphyteuta alicui rem vendat de consensu domini, & postea alteri vendat eandem rem ex secundo consensu domini, & tradat, an is ultimus præferatur? Et crediderim non præferri, quia emphyteuta non potest vendere secundo loco quoniam dominus non potuit ei præstare secundum cōsensum in præjudicium prioris contractus, ut aliàs in vassallo scripsit *Balaus in dicto capit. si facta numer. 2. vers. sed vassallus argum. leg. non quocunque §. qui Caium ff. de leg. 1.* cui consequens est, ut traditio quasi nuda à contractu nihil prosit *leg. nunquam nuda ff. de acq. re. do.* Ex quo infertur quod si præcedente simplici licentia domini de vendendo emphyteusim cui voluerit emphyteuta, vendat rem uni, postea alteri, & illi tradat, quod iste secundus præferetur, eadem ratione de qua supra, quia simplex licentia intelligitur ad primam venditionem tantum concessa *leg. 1. boves §. hoc sermone* ubi latè *Tiraquel. ff. de verborum significatione non ad secundam*: quæ jure fieri nequit, quia de prohibita per legem non censetur intellectum *l. quod autem ff. pro socio.* Adde verò quod in prædictis casibus traditio alteutri ex duobus emptoribus facta à solo domino directo, nihil quidquam proficiet, quia emphyteuta est qui transfert rem, & non dominus, licet domini consensus debeat adesse, ut notat *Petrus Iacob. in practic. tit. de acti. in rem pro re emphyteuti. fol.* 13. *col.* 4. *vers. item colligitur.*

Sed iterum quæro, quid si emphyteuta 10
dotet, vel donet rem emphyteuticam uni, & apponat clausulam constituti ad translationem possessionis ipsius rei, deinde postea vendat rem illam alteri cum consensu dñi, & illam tradat realiter, quis præferatur? Qui casus mihi accidit in facto de patre qui dotavit emphyteusim filiæ, & constituit se ejus nomine possidere, ac retinuit vita sua usufructum, & postea vendidit eādem emphyteusim alteri de consensu domini, ac misit eum in realem possessionem, qua in re post longam litem fuit concluſum, ut à domino investitus præferatur, non quidem ex eo quod clausula constituti, seu alius fictus modus transferendæ possessionis non habeat suum effectum

dum translationis possessionis in bonis emphyteuticis, seu feudalibus (ut multi errando dicunt) quemadmodum *Guid. Papa decis. 46. an emphyteuta column. fin. versicul. & ex hoc infertur, & iterum decis. 81. si debitor numer. 1. in fine junctis præcedentibus, & in decisione 112. in dicta curia, & Guilliel. in capit. Raynunt.* verbo, *& uxore num. 294. & num. 551. fol. 110. Stephan. Betra. consi. 107.* etiamsi prætendit *n. 3. lib. 2. Chassan. cons. 7. n. 55. & cons. 8. n. 36. & consi. 39. in dubio 7. in fine* id enim falsum est, nec enim clausula constituti, & similes minorem vim habent in bonis emphyteuticis, seu feudalibus, quam in alijs, nec ulla lege quam viderim hoc probatur: imò video, etiam in bonis emphyteuticis, per cõstitutum possessionem transferri, ut tradit *Anchar. cons. 63.* motiva judicis in tertio dubio, & alij non pauci quos citat *Tiraq. de constituto 3. part. lim. 3. n. 6.* sed magis est quod clausula constituti non potuit operari translationem possessionis irrequisito domino, sicuti nec vera traditio *leg. fin. C. de jure emphyt.* unde defectus translationis possessionis non provenit ex imbecillitate clausulæ, & ficti modi transferendi, cum idem sit in vera traditione, sed ex defectu consensus domini, ut bene tetigit *Tiraq. dict. limit. 3. n. 3.* & ideo clausula illa nihil operata est in illo casu ad transferandam possessionem rei emphyteuticæ datæ in dotem, vel per donationem, quia ad eam clausulam, & translationem non adfuit domini consensus, licet enim ad dotem emphyteusis, vel donationem consensus domini non exigatur, nec ex his debeatur laudemium, nisi dos detur per æstimationem quæ facit emptionem, ut inferius *in 4. parte* dic tur, at certè hon potest donatarius vel gener dotatus, aut filia, in possessionem mitti nisi prævia domini directi notificatione, ut, & disponit *lex Regia lib. 4. titul. 64. in novis tit. 38. in princ.* & latè probat *Guid. dicta decisione 46. col. pen.* & ideo nimirum si secundus emptor emphyteusis cum traditione à domino facta præferatur priori doti ejusdem rei cum clausula constituti, cui non interfuit domini consensus, & hæc est vera ratio illius decisionis *Delphi. nalis*, c ujus meminit *Guid. dicta decisione 46. col. fin.* de emphyteusi donata uni cum clausula retentionis usus fructus, & alteri postea vendita, & realiter tradita cum consẽsu domini: non autem ratio illa defectus clausulæ constituti, quia nititur ipse *Guid. in præfatis locis.* Item ex prædictis defendi poterit, & plene, & facile id quod in eadem fere specie consultus, respondit *Dec. cons. 247.* in causa magnifica, ubi latè diffunditur, cum posset hac sola consideratione causã sui clientuli defendere. Potest autem iste secundus emptor objicere priori donatario ob defectum consensus domini caducitatem, quamvis sit allegatio juris tertij eo quod (*ut Dec. dicto consil. colum. fin.*) iste secundus jus habet ab ipso tertio, hoc est, domino per investituram realem sibi ab eo factam, unde nimirum si eo uti potest sicuti idem dominus *leg. emptori Codic. de evictio. Bartol. leg. si tertius §. si quis prius num. 6. de acq. plu. arce.* qua responsione tutabar olim causam illam adversus priorem dotem pro secundo emptore pro quo fuit judicatum.

Illud non omitto, prædicta fore intelligenda si modo dominus prudẽs, sciensque; de priore dote, seu donatione cum clausula constituti secundæ venditioni, & traditioni assensum præstiterit, alioquin si ignorans fuerit prioris contractus, neuter valebit eo volente: non quidem primus propter caducitatem ipso jure incursam ex dote cum clausula constituti, absq; ejus consẽsu appositã, ita enim inducitur caducitas respectu domini per fictam traditionem ex vi constituti, & aliarum clausularum similium, sicuti per realem traditionem, ut firmat *Ias. leg. fin. numer. 132. Codic. isto titul. Oldr. consi. 139.* ad habendam in nono dubio, & est opinio communis, ut plenè *Tiraq. de constitutione 3. parte limit. 26. numer. 6. fol. 144.* licet secundum eum multi cõtra, & novissimè *Alciat. l. 1. ff. de acq. possess. num. 27. Jacobin. de feudis verbo, & cum pacto de non alienando, col. 2. n. 5.* qua de re infra in quarta parte non valebit etiam secundus contractus, quia dominus ignorans prioris caducitatis assensum præstitit, ignorans autem non consentit *leg. cujus per*

erro-

errorem de *reg. jur. cum aliis.* * adde *Fulgos. consil.* 2. *col.* 1. unde sis cautus, ut de scientia domini directi circa primũ contractum, & clausulam constituti, cui ipse non præstiterit assensum, articulos facias.

11 Quid item si dominus directus simpliciter emphyteusim concedat, an teneatur præcise eam tradere: dixerim teneri, si ejus tradendæ facultatem habuerit, sicuti dicimus in venditione *ex gloss. in leg.* 1. *ff. de act. empt. & in* §. *pretium inst. de empt. & venditione*, communiter receptis secundum *Alexandrum* l. *stipulationes non dividuntur in* 30. *& ibi Ilson. num.* 35. *ff. de verbo.obl. Burg. in rub. de emptione, & Vend. nu.* 3. & plerosque alios quos citat *Pynelus noster in leg.* 1. 3. *part. n.* 25. ubi latè defendit *Cod. de bon. mat. & in secunda par. Rub. C. de rescind. vend. nu.* 25. *Ord. lib.* 4. *tit.* 24. *in novis tit.* 2. *in fin. princip.* Nec me movet, quod ex simplici concessione feudi sine aliqua investitura, etiam abusiva, interpretes concludunt dominum non teneri præcise feudum tradere, sed duntaxat ad interesse (quia non est feudum nisi præcedat investitura *capit.* 1. *qui. mo. feud. consti. po.*) & ita non esse locum *text. in allegato cap.* si facta, ut ibi *Iserna Jacobi. Alvarot. M. Lauden. & post eos Iacobi. de feud. Verbo, investivi, n.* 8 *Cursius de feudis* 2. *p. q.* 2. *n.* 34. *pag.* 172. quia præterquam quod illud procedit in feudo, ubi non debet cogi dominus accipere vassallum quem non vult, certè illam opinionem etiam in feudo falsam puto, cur enim dominus promissionem feudi si potest implere non implebit? *Cap.* 1. *c.* 3. *de pactis*, cum, & venditor si habet facultatem rei tradendæ, præcisè cogatur tradere, juxta crebriorem sententiam de qua supra; nam quod jura dicunt, obligatum ad factum satisfacere cum præstatione interesse *dicta lege stipulationes* §. *celsus ff. de Verborum* plane obtinet quando factum seu traditio fieri non potest, non aliàs alioquin deciperentur contrahentes qui de ipso facto non de interesse intelligunt, quod tamen dici non oportet, *leg.* 1. §. *magistrum autem ff. de exercitoria*, & hoc jure utimur in obligationibus factorum, quocirca tam in feudo quam in emphyteusi teneo quod supra dixi: videlicet siquidem, quod in investitura de re aliena facta succedit obligatio ad interesse *cap.* 1. & ibi *scrib. de invest. de re alien. fact. Curs. ubi supra numer.* 36. quia non datur facultas retradendæ, unde si detur non ita foret, nec obstat quod investitura præcedente cogitur dominus præcise vassallum mittere in possessionem, nec liberabitur præstando interesse per textum in dicto *capit. si facta*, ubi *Bald.* confirmat, & reliqui, & *Guilliel. de feud. libr.* 1. *cap.* 7. *pag.* 84. non enim negat *text.* quod non prævia abusiva investitura dominus cogatur, si habuerit facultatem rei tradendæ.

Sed quid si non dominus, sed vassallus, 12
aut emphyteuta fuerit is, qui alienarit, vel vendiderit feudum, aut emphyteusim, an teneatur præcisè tradere, vel satisfaciat præstando interesse? Et est distinguendum an vendat cum consensu domini, tunc enim, quia emptor succedit in feudo ex consensu domini, & venditor habet facultatem rei tradendæ, merito tenebitur precisè tradere ex supradictis, si verò alienatio seu venditio fuit facta sine domini consensu, quia non potest de jure rem tradere, ratione culpæ tenebitur ad interesse rei non traditæ ut eleganter scripsit *Baldus dicto capit. si facta numer.* 2. *vers. sed feudatarius*, pro quo *text. in cap.* 1. *de investitu. de re alien. fact.* secundum quem explicandus est *Bald.* ut loquatur in emptore ignorante rem esse emphyteuticam, vel feudalem: alioquin si sciens fuerit ad nihilum agere potest, quia ipse se decepit *leg. ea quæ commendandi ff. de contr. empt. leg. si fundum sciens Codic. de evict.* tradit *Guilliel. de feud. pag.* 88.

SUMMARIA.

1 *THesaurus inventus in fundo emphyteutico an pertineat ad emphyteutã, vel dominũ directum, & an requiratur realis apprehensio num.* 2. *& an sufficiat reperiri per famulos, aut operarios numer.* 3.

4 *Thesaurus maleficis artibus inventus cui applicetur.*

5 *The-*

5 *Thesaurū inveniēs in alieno fūdo, & à domino ignorāte emēs, vel accipiēs in emphyteusim, an sibi acquirat, & explicatur l. una C. de thesaur. lib. 11. & an venditor vel dominus directus in ea specie agere possit remedio l. 2. C. de rescind. vēd. nu. 6.*

7 *Thesaurū in alieno loco, etiā volēte domino, cōsulto perquirēs cur nō faciat suū.*

8 *Pecunia abscōdita in pariete à domino domus, an trāseat cū vēditione, vel emphyteusi domus, & cui incumbat probatio.*

9 *Dominus directus inventor thesauri in fundo emphyteutico, an teneatur eum cū emphyteuta partiri.*

10 *Thesaurum inveniens, an teneatur partiri cum emphyteuta, vel vassallo, an cum dño directo.*

Quæstio decimaquinta de thesauro invento in fundo emphyteutico vel feudali ad quem pertineat.

1 IN hac quæstione crebrior sententia est quod si emphyteuta, vel vassallus, thesaurum inveniant in fundo emphyteutico, vel feudali, totum sibi lucrifaciant, & ita *Accursius* super verbo, in suo, *in §. thesauros instit. de rerum divi.* cumque transit ibi *Platea*, & sequitur expresse *Angel. numer. 2.* & post longam disputationem accedit *Faber. numer. 2. Portius, & Iason.* late ibidem *col. 1. & 2.* agnoscunt *Claudius pag. 215. & Joan. Ferra.* atque alij recentiores & loquentes in thesauro reperto in prædio feudali. *Andreas Isernia, & Jacob. Alvarot.* in titulo quæ sint Regalia, idipsum voluit *glos.* verb. *in suis, in l. una Codic. de thesauris lib. 11.* quam non improbat ibi *Bart.* sequitur *Rebuff.* (licet corruptus in littera) *col. 1. Guilliel. c. Raynūtius, verbo, & uxorem dec. 4. num. 5. de test. fol. 91.* ex quibus constat hoc esse frequentius receptum, quia lex defert thesaurum ei qui reperit in suo loco, ut dicto §. *thesauros, & dicta l. una* at emphyteuta prædium emphyteuticum suum dicere potest *leg. fin. l. possessores in fin.* (secundum communem sensum,) *Codic. de fund. patri. lib. 11.* nam & rem actionem agit pro fundo emphyteutico *l. 1. in fin. ff. si ager vectigalis*, qui autē vendicationem habet, potest dicere rem suam, arg. *l. quintus 2. §. argento, & §. cui legatum est aurum, ff. de aur. & argu. l. solum, §. meum conjuncta, l. in rem, ff. de rei vend. l. cedere §. fi. ff. arbor. fur. cess.* & qui emphyteuticum agrum possidet, excusatur à satisdando, quia rem suam possidet, *leg. sciendum, vers. 1. ff. qui satis cog.* Præterea secundum naturam videtur, ut cum ad emphyteutam damna fortunæ circa fructus (imò, & rem ipsam, nisi funditus petat) spectant *leg. 1. cum materia Codic. hoc titulo* pertineat etiam ad illum thesaurus, qui beneficium fortunæ reputatur, *l. si is qui §. 1. ff. acq. re. do.* imò Dei beneficium appellat dicta *leg. unica de thesauris*, debent enim sequi commoda quem incommoda sequuntur.

Sunt tamen aliqui, non infimæ notæ interpretes, qui contrarium secure docuerunt: imò quod thesaurus repertus ab emphyteuta in fundo emphyteutico, vel à feudatario in fundo feudali, fiat ipsorum pro dimidia tantum, & altera dimidia directo domino adjudicetur, ita *Placent.* relatus *à glosa in dicto §. thesauros*, voluit *Specula. de emphyteusi numer. 158. vers. 132.* cui accedit *Joan. And. ibidem*, & ad illos. (tacitè eorum sententiam probans) se remittit *Jason. leg. 1. Cod. hoc titulo num. 80.* & idipsum secure firmat quasi receptum communis præceptor *D. Navarr. in suo Manuali confessorum c. 17. numer. 173.* immemor communis sententiæ, quæ est in contrarium.* Sequitur etiam *Joan. Garcia* de expensis *cap. 22. num. 52.* (Ego tamen huic postremæ opinioni magis accederem, non eo argumento quod emphyteuta æquiparatur usufructuario, juxta *glos. leg. 1. Cod. hoc titul. Paul. l. 1. num. 1. ad Treb. Alexand. consi. 6. libr. 2. Rymin. consi. 426. nu. 7. lib. 3. & consi. 94. num. 8. lib. 1.* & diximus *supra q. 1. n. 19.* similiter, & feudatarius appellatur usufructuarius *cap. 1. §. in primis qui mo. feud. amit. cap. 1. §. de invest. de re alien. fact.* quo argumento videbatur, quod sicuti usufructuario nō cōpetit thesaurus à se inventus (quia thesaurus non cō-

putatur

putatur in fructu, *l. divortio, §. fi. ff. so. ma.*) ita nec competat emphyteutæ, saltem in totum: hoc etenim argumentum non valet, quia licet emphyteutæ, & feudatarij usufructuarij sint, plus tamen aliquid habent dominium videlicet utile, ut dicta *l. 1. ff. de ager. vect. cap. 1. de invest. de re alien.* & jus morte nō finiturum sicuti jus usufructuarij §. *finitur inst. de usufr.* tradit *Jas.* l. 1. *C. hoc titul. n.* 79. unde cessat argumentū, & idcirco magis in hanc postremam opinionem adducor, ex eo quia emphyteuta, & feudatarius, non sunt pleno jure domini: quia duntaxat domini utiles, & ideo non vere, & propriè domini, ut dicta *l. 1. §. qui in perpetuum* ibi, *licet domini non sint* l. *C. de mancip. & colo. lib. 11.* porró lex non defert thesaurum integrum, nisi invenienti in loco suo, dicta *l. una, Cod. de thesau. & dicto §. thesauros*, quorum jurium verba non sunt impropriè accipienda, & ideo æquior videtur opinio, ut pro suo utili dominio dimidiam thesauri consequatur, & alia dimidia domino directo deferatur. Quod si dixeris secundum hoc nihil emphyteutæ prodesse suum utile dominium, nam, & qui prorsus in alieno solo thesaurum invenit, dimidium cum domino soli partitur. Respondeo etenim, utile dominium prodesse ad hoc, ut sive thesaurum emphyteuta reperiat fortuito, sive consulto perquirendo, suum faciat pro dimidia cujus contrarium est in eo qui reperit in loco prorsus alieno is etenim si consulto perquirat, nec dominum lucrifacit, sed integer thesaurus domino datur, ut est communis doctrina *in dicto §. thesauros, & dicta leg. una, & in c. quid inveniſti 14. quæst. 5. D. Covar. in reg. pactū 3. par. §. ult. Aut. Gom. l. 45. Taur. n. 51. Pet. Nunius Avēd. de exequend. mand. 1. p. c. 4. n. 33. D. Nav. d. c. 17. n. 172. Plat. l. 1. col. 1. C. de thesau. lib. 11.* unde jam intelligis quid operetur utile dominium emphyteutæ, vel feudatarij circa thesauri inventionem, retenta hac postrema opinione contra communem.

2 Quam primo intellige, dummodo interveniat realis apprehensio thesauri, nec enim sufficit sola inventio, ut docuerunt. *Jacob. Pet. Ioan. Fab. in §. item lapilli inst. de rer. divi. Cynus l. licet numer. 6. C. de acq. possess. Bart. l. 1. nu. 17. & 18. ff. de acq. possess.* ubi *Alciat. testatur communem n. 39. Ioma. Paulus n. 3. Iason. n. 10. l. 3. §. Neratius ff. de acq. pos. Iacob. Rebuff. in d. leg. una col. 2.* & ibi quoque *Plat. n. 6. col. 2. Lucas verbo, invētio, col. 1. Bart. d. nūquā §. thesauros pag. 186. post Plat.* ibi *arg. d. §. Neratius, & l. si Barsatorā C. de fide jussō.* Sed quanvis hæc sit receptior opinio, ego magis accederem contrarium opinantibus, imo quod sufficiat sola inventio thesauri, *glos. leg. una, verb. invenit, & in d. §. item lapilli*, ubi defendit *Portius, & in dicto §. thesauros, & idque Claudius*, intelligendo, tamen, si modo inventor acquirendi animum aliqua indicatura monstraverit *Socin. in dicto §. Neratius*, ubi dupliciter respondet *text.* ibi *Horma. Pet. l. 1. de acq. pō. n. 61.* & (testatus communem) *P. Avēd. dict. capit. 4. numer. 33.* immemor receptæ sententiæ contrariæ, jura etenim simpliciter de sola inventione, non de occupatione loquuntur,

Secundo intellige, sufficere thesaurum 3
reperiri per famulos, aut operarios emphyteutæ, non minus quam si ipsemet reperisset *Plat. dict. leg. una nu. 4* & ibi *Rebuf. col. 1. post prin. Claud. d. §. thesauros pag. 225 Avend. ubi supra vers.* quinta conclusio ex reg. qui per alium, &c. *l. ita autem §. gesse ff. de admin. tuo.* nec hoc otiose scribitur quia etiam volentibus dominis thesauros in alieno perscrutari vetuit *Leo in dicta l. una.*

Tertio intellige, nisi thesaurus punien- 4
dis sacrificijs, aut qualibet arte legibus odiosa, reperiatur: tunc enim Regio fisco addicetur, inventorie sua reprobata diligentia frustrato tanquam indigno *leg. 1.* (secundum unum intellectum) *ff. de jure fisci. dicta l. unic. l. nemo Codic. de maleficis, & utrobique omnes, & in dicto §. thesauros D. Covar. dicto §. ultimo Avend. dict. cap. 4. vers. 3.* conclusio *D. Navar. dict. cap. 17. numero 176.* ubi tamen addit, posse inventorem thesaurum ita repertum tute in conscientia retinere, quousque lata sententia privetur, *argum. glos. cap. fraternitas 12. q. 2.* Ego autem contra puto non

posse

posse retineri conscientia magicis artibus inventum, utpote quæsitum contra legem divinam,& humanam *capit.illud 26. quæst. 2.dict.leg.nemo. Harmenopolus lib.6.titul. 10. Navar.in eo lib.confesso. cap.11.n. 28.* adeo ut *Vitellius Impera.* hujusmodi homines, etiam inauditos, capite plecteret,ut scribit *Pirrhus d. l.una.* unde nisi à fisco prius bona ista vendicentur, inter pauperes erogari tutius putarim, quia non juste apud Deum retinentur, injuste quæsita,

5 Quarto eleganter declara prædicta, etiamsi quis sciens in fundo emphyteutico thesaurum reconditum accipiat illum in emphyteusim, vel emat à domino ignorante, ut ex mente *S. Thomæ* scripsit contra *Angelum D. Navarr.dict.cap.17. nu.175.* cui suffragatur, quia venditor seu dominus directus nulla re sua fraudatus est: nec enim thesaurus quem ignorabat suus erat quoad dominium,vel possessionem quia thesaurus in nullius bonis est *dict. leg. nunquam §. thesaurus, & §. thesauros inst. de re. divi.*tradit *Alciat.lib. 7. parerg. cap.1. lib.4. de verb.signifi. & text. l. una Codic.de thesauris* dum appellat thesauros alienos debet intelligi attenta spe, non quod alieni vere dici possint, unde cum nihil suum sibi deperierit, merito adversus emptorem, vel emphyteutam conqueri non potest, & inde infertur quòd de dolo agere non potest, quia is tantum dolus lege punitur, qui fraudem continet, hoc est, fraudulentam patrimonij alterius diminutionem *leg. jurisgeatium, §. sed si fraudandi,* ibi, *inest enim dolo, & fraus, ff. de pactis*: at hic nulla diminutio patrimonij directi domini potest considerari,qui thesaurum in bonis non habebat igitur, &c.

6 Rursus nec auxilium *l. 2. Codic .rescind. vend.* implorare potest, quia emphyteuta aut emptor, non habet thesaurum ex emptione, vel ex vi emphyteutici contractus, sed ratione inventionis, & sic ex causa, & titulo diverso, unde auxilio *dict.l. 2.* locus esse non potest. ut tenuit *Lud.Rom.l.siquis cum aliter,ff. de verbor.* sequitur *Ias. in al. leg.§.Neratius num.8.l.2. de acq.poss.* quocirca in stricta ratione disputandi videtur domino directo non posse subveniri circa thesaurum, quem ipse ignorabat, repertum in fundo ab emptore, vel emphyteuta, sciente ibi esse reconditum, eo jam tempore quo fundum emit, vel in emphyteusim accepit.

Sed quia hæc opinio tantisper bonam fidem offendit, re altius considerata, crediderim in hac specie thesaurum in alieno agro repertum pro dimidia domino directo competere, maximè retenta ea opinione quam supra observabimus, ut sufficiat sola inventio thesauri, licet corporaliter non apprehendatur: videtur enim emphyteuta eo tempore invenisse quo fundus non erat suus, & considerato illo tempore debetur directo domino dimidia, quasi ex thesauro reperto in penitus alieno fundo, juxta regulam *dicto §. thesaurus.* Sed & dolo agi potest ad dimidiam, *argum.leg.si vina versic. plenè,* ibi *cum intelligeret venditor, nec admonuit, ff. de peri. & co. retvend. quem notat Roman. sing. 282. Hyppol. de fidejuss. numer. 88.* ante hos *Bald. in leg. 2. C. de peri.& co.retvend. text. in l. quæro,* ibi *nec certioravit emptorem.ff.de act.empt.juncta l. Julianus §. idem Julianus,eo titu.*accedit optima traditio *Paul. in l. item si pretio, §. ff.locati.* de rustico qui ignorans libri valorem cum vendidit villi pretio domini docto,& vere libri æstimationem intelligente cujus traditionis mentionem fecit semel, & iterum noster *Pynelus,in l.1. C. de rescind. vend. in 2. parte capit. 4. numero 29. & in 3. parte capit. 2. num. 19.* unde idipsum videtur dicendum in emphyteuta sciente thesaurum absconditum in fundo emphyteutico,& accipiente fundum in emphyteusim à domino ignorante, atque ita in actione forensi se judicaturum, si hujusmodi controversia incidisset, ait *Francisc. Conan. vir doctissimus in comment. Iuris civilis libr. 3. capit. 4. numero 4.* & rationem habet, maximè in isto Regno ubi adeo exosa est deceptio in contractibus, ut etiam scientibus verum rei pretium, & renuntiantibus lex subveniat, si læsio ultra dimidiam interveniat, ut est decretum lege *Regia libr. 4. titul. 30. §. 7. in novo titulo 13. §. 9.* quidquid dicatur jure communi.

7 Quinto memineris in hac materia, adèo non licere alicui data opera thesaurum quærere in alieno loco, quod licet volentibus dominis, aut emphyteutis quæretur, non ideo fiet inventoris, & quærens extra ordinem punietur, text. est mirabilis *d. leg. una C. de thesaur. libr.* 11. *ubi notat Plat. Rebuf. & alij*, & noviſſimè *Petrus Avend. ubi ſupra* mirum est enim, quod etiam ipsi domino non liceat alteri facultatem concedere quærendi thesauri in suo prædio, contra reg. *l. ſed ſi lege, §. conſuluit, ff. de petit. hæred. in re. Cod. mand.* nam si dicis illud ideo constitutum, ne homines auri sacra fame, etiam magicis artibus utantur ad eviscerandos thesauros ab imis terræ, hæc ipsa ratio militat in ipsis dominis prædiorũ, quibus hoc non interdicitur, *dicta lege una dict. §. theſauros.* Rursus si dixeris, ideo ita decretum, ne homines in perquirendis thesauris solliciti culturam agrorum deferant (quam rationem posuit *Joan. Fab. dicto §. theſauros col. 2. ad finem*, & multis confirmat *Plat. dict. leg. una numer. 5.* & noviſsimè sequitur *Anton. Gom. d. l. 45. Tauri nu. 51.* & suffragantur, quæ de favore culturæ scribit *Chaſſa. de gloria 11. p. conſi. 37. l. 1. C. de colo. fund. patr. lib. 11. l. 1. junctа gloſ.* verb. *trahatur, C. de agrico. & cenſi. lib. 11. Ord. in 4. titul. 67. §. 13.* ad finem *in noviſſ. 43. §. 13.* profecto & illa eadẽ ratio æque, & magis militat in ipsis prædiorũ dominis. Item si in cretefodinis, & argentifodinis, consensus domini prædij exigitur, *gloſ. volentibus dicta lege una l. divortio §. ſi vir. ff. ſolut. matri.* & venas metallorum, etiam in agris alienis, perquirere licet volentibus dominis, & hoc reipublicæ interest *leg. cunct. Codic. de metallarijs*, cur tam diversum in thesauris? Certe non potui unquam concludentem satis rationem invenire, nisi quod lex voluit, saltem quoad non dominos prædiorum extinguere effrenatas cupiditates hominum, qui forsan illis temporibus toti erant in thesauris perquirendis, suadet text. *dicta lege una* ibi, *ita enim eveniet, ut unuſquiſque ſuis fruatur, & nõ immineat alienis*, & vide *Rebuf.* ibi, *in fine.*

8 Postremo adde, quod si dominus directus aut alius venditor recondidit pecuniam in muro, vel pariete, & postea vendidit, aut emphyteuticavit domum illam, non fiet illa pecunia emptoris, aut emphyteuta, quippe nec est thesaurus, nec intelligitur venditа, aut emphyteuticata, ut est casus singularis, secundum *Barth. & Bald. leg. à tutore, ff. de rei vend.* quod esse notandum, & illo anno habuisse in facto, dicit *Angel. dict. §. theſauros colun. 2. leg. item labeo, ubi Floria. & alij, ff. famil. erciſc. Plat. d. leg. una nu. 3. Iaſ. & noviores, l. 3. §. Nerat. col. 3. ff. de acq. poſſeſ. D. Navarr. d. c. 17. n. 175. Avend. ubi ſupra cõclu. 9. Clav. dict. §. theſauros pag. 224.* in dubio autem si constare nequeat, an illa pecunia abscondita, sit thesaurus, necne invẽtore asseverãte esse thesaurum, domino è contra id negante, crediderim probationis onus incumbere ei, qui asserit esse thesaurum, quia jus præsumit non esse, *Plat. d. leg. una col. 3. num. 6. verſi.* quæro aliquis, & latè confirmat *gloſ. l. 45. tit. 28. p. 3.* ubi bonus text.

His prænotatis quoad emphyteutam, seu vassallum, invẽtores thesauri in emphyteu- 9
tico, seu vassallatico, rursus quæritur quid in domino directo? Et *Angel. in d. §. theſauros, col. 2.* proculdubio affirmant teneri, quæ sententia retenta nostra opinione (qua emphyteutã cũ domino directo partiri debere asseveramus, ut etiam *Joan. Garcia de expen. c. 22. num. 52.*) absque dubio veriſsima est cæterum retenta communi, quæ totum thesaurum emphyteutæ defert maius dubium habet, sed tenenda est.

Item quæro, quid si extraneus in fundo 10
emphyteutico, vel feudali, thesaurum inveniat, an partire debeat cum vassallo, vel emphyteuta; an cum domino directo? Dic plane, quod cum emphyteuta, vel vassallo: quia quando habens directum dominium concurrit cum habente utile ad idem præfertur habens utile, & ita in specie *Portius in dict. §. theſauros*, & ibi, *Angel. numero 1.* male citans *Barth.* cum debuisset allegare *in leg. procuratore, ff. de procur.* cætera quæ ad nostram materiam non attinent, circa thesauros, & thesauri inventores late per conclusiones ediderunt *D. Navar. R. Præsul Covar. Anton. Gom. Pe.*

Avend. in locis paulo ante citatis,& noviſſimè tradit *Franciſc. Con. libr.* 3. *juris civilis cap.* 4. *Greg. Lop. l.* 45. *titul.* 28. *p.* 3. quos adire licet,& nos jam iſtos theſauros omittamus, quos *Ruff. Corynthi.* Pluti carceres appellabant,ut refert *Ferrand. Advenſis lib.* 2. *explicationum pag.* 225.

SUMMARIA.

A *Lluvionis augmentum qualiter cedat uſufructuario, & qualiter feudatario n.* 2. *ad l.* 30. *tit.* 28. *p.* 3. *& quid in emphyteuta n.* 3. *&* 4.

5 *Inſula nata in medio fluminis, an ad emphyteutā pertineat, & quid in alveo fluminis opera hominū mutato nu.* 6.

7 *Penſio, an augeatur emphyteutæ propter augmentum alluvionis,& quid ſi proveniat augmentum ab inſolito, & inopinato caſu numer.* 8.

6 *Flumen privatum, locum, & ſtagna,an habeant jus alluvionis.*

10 *Agri limitati qui? Et de intellectu leg. in agris. ff. de acq. rer. dom.*

11 *Agri limitati,limitanei,limitrophi,qui.*

22 *Ager ad menſuram datus in emphyteuſim, an habeat jus alluvionis.*

QUÆSTIO XVI.

An augmentum alluvionis, ſeu allodij latēs ſeu apparens, accreſcat emphyteutæ, vel directo domino?

QUÆSTIONEM iſtam longe lateque diſputavit *Alb. in leg. de quibus numer.* 27. *&* 28. *ff. de legi.* non eſt enim jure expreſſo deciſa in emphyteuta (quanvis deciſa reperiatur in prædio tributario, ut *l.* 2. *C. de alluvionib. & palud.* quod longe diſtat à prædio emphyteutico, ut notatur in *leg.* 1. *Cod. iſto tit.*) recurrendum eſt ergo pro deciſione ad ſimilia juris argumenta; & ſimilia ſequendo huic ſtat ſimile legis in uſufructuario, cui comparatur, ſeu aſſimilatur emphyteuta, ut tradit *gloſſ.* verbo, *meliorem in capit.* 1. §. *fin. de inveſti. de re alien. fact. Jaſon. in leg.* 1. *num.* 28. *Cod. hoc titu.* in quo uſufructuario lege ſcripta cautum eſt, ut incrementum latens, puta alluvionis, habeat, patens verò, puta inſulæ in medio fluminis natæ, non habeat, *leg. item ſi fundi,* §. *huic vicinus,* §. *ſed ſi inſula, ff. de uſufruct.* quo argumēto idem videbatur dicendum omnino in emphyteuta.

Illic vero ſtat ſimile cōſuetudinis in feudatario,cui emphyteuta merito comparatur, quia uterque utile dominium habet, *leg.* 1. *ff. ſi ager vectigal. capit.* 1. §. *rei autem de inveſt. de re aliena. fact. capit.* 1. *de quæſt. int. vaſſal.* & alium, & uterque utilem reivendicationem, ut utrobique traditur. In feudatario autem conſuetudine feudorum inductum eſt, ne ad eum pertineat aliquod incrementum, ſive latens, ſive patens, *capit.* 1. §. *ſi quis de manſo, de controver. inveſt.* remiſſivè *Paris de puteo. de finibus feudorum fol.* 171. *numer.* 7. unde in emphyteuta videbatur idem ſtatuendum, ut & adnotavit *Baldus* (ſub dubio forte) *in dicto* §. *ſi quis de manſo,* & idcirco valde anceps eſt iſta quæſtio,pugnantibus hinc inde argumentis feudatarij, uſufructuarij, attento jure communi, & conſuetudinario feudorum. Quanvis lege Hiſpaniæ Partitarum idem in feudo, quod in uſufructu ſtatutum ſit, ut patet *leg.* 30. *titul.* 28. *par.* 3. ubi *gloſſ. Gregoriana* notat, & fuit opinio *Guydo de Suzar,* quem refert *Alberi. in dicto* §. *huic vicinus,* & ſic in Principatu Caſtellæ circa feuda correctus videtur text. *in dict.* §. *ſi quis de manſo.*

Quanvis autem ambigua quæſtio ſit receptius tamen eſt, ut in hac ſpecie emphyteuta magis uſufructuario comparetur, & ſic habeat incrementum alluvionis latens, ſicut *in dicto* §. *huic vicinus:* tum quia hoc eſt ſimile legis ſcriptæ, quod præfertur ſimili conſuetudinis, ſecundum communem *in dicta leg. de quibus,* tum quia argumētum ex uſufructuario eſt ad maius, quod ſemper valet: nam ſi uſufructuario qui nullum habet dominium conceditur illud incrementum latens à fortiori debet emphyteutæ concedi, qui dominium utile habet; at in feudatario ſumitur argumentum à pari quod non ſemper concludit, *l. Imperato-*

res, §. pen. ad municipat. l. comparationes, Cod. de fide instr. vel saltem à simili, quod æquè non concludit data quadam, vel modica dissimilitudine, leg. Iulianus scribit, ff. de jure dotis. porrò dissimilitudines quamplurimas inter feudum, & emphyteusim, scribit Joan. Baptist. Cacia Lup. in rep. c. 1. de feud. cog. vers. nunc videamus, & illud etiam accedit, feudorum consuetudines singulares non esse trahendas ad consequētiam, ex Bar. l. juris jurandi, §. si liberi ff. de oper. liber. maximè talis consuetudo quæ videtur irrationabilis, ut feudatarius qui dominus est utilis rei principalis non habeat accessionem naturalem latentem & idcirco non sine ratione cōcludunt interpretes nostri, ad emphyteutam (sicut & ad usufructuarium) incrementum alluvionis, quod est latens pertinere * quid autem sit alluvio vide Iason. consil. 126. lib. 4.

Sed, & illud plus emphyteutæ tribuunt, ut non solum latens, sed & patens incremētum habeat: quia negari non potest, quod emphyteuta plus juris habet quam usufructuarius, siquidem ut prædiximus utile dominium habet, & morte non finiturum, ităutilem reivendicationem, at usufructuarius solum jus usufructus morte extinguēdum, & confessoriam leg. qui usufructu. leg. utifruc. circa princip. ff. si usufruct. peta. & rationi congruit, ut quemadmodū omne damnum, sive patens, sive latens, in re emphyteutica contingens, ad emphyteutam spectat, nisi funditus rem ipsam absumat, leg. 1. Codic. isto titulo ita, & omne augmentum, sive latens, sive apparens cum sequatur, l. secundum naturam, ff. de reg. jur. quibus rationibus ita resolvunt in emphyteuta Iacob. Aren. Alber. col. ultim. Bart. & Salyc. col. pen. Bald. Angel. l. 1. C. isto tit. & testatur communem Iason. numer. 79. post glos. ultim. ibi ad fin. tenet etiam glos. 1. circa medium in leg. de quibus, ff. de legib. ubi Guillel. de Cuneo. Rayner. Bart. numer. 2. & plene. Alberi. numer. 27. & 28. Angel. col. 4. nu. 24. & ibidem etiam profitetur communem D. Francisc. Orosc. Hyspanus n. 21. quanvis Iacob. de Raven. M. Silim. in dict. l. de quibus, & Bald. (licet dubitans) in dict. §. si quis de manso. negaverint quodcunque incrementum emphyteutæ, sicuti feudatario. * Adde Affli. late in dict. §. si quis de manso numer. 11. & Tiraq. qui plures citat in 2. retract. ad fin. titul. num. 93. quanvis item Guydo. Suzar. feudatarium, & emphyteutam circa incrementum eodem jure cum usufructuario omnino censuerit, quam opinionem sequutus est Grego. Lupus, in glos. verbo, in feudo, dict. leg. 30. propter illam l. partitæ quæ idipsum decrevit deviando in hoc à receptiore sententia de jure communi.

Ex quā resolutione communi, quod omne augmentum, sive latens, sive patens cedit emphyteutæ sequitur primo, quod si flumen medium inter meum prædium emphyteuticum, & tuum paulatim multorum annorum spacio lambendo tuum prædium, meo aliquid adjecerit (quia istud incrementum latens, leg. adeo §. 1. ff. de acqui. rer. domi. §. præterea quod per alluvionem instit. de rer. divisio. leg. 26. titul. 28. p. 3. sine dubio hoc incrementum mihi cedet, non domino directo, secundum communem de qua supra, & est ista acquisitio juris gentium, ut in præcitatis juribus nec ea ratione nititur quod tibi aliquid imputandum sit, quod ripam tuam adversus alluvionem non munieris, ut dicebat Aggonius Urbicus in suo libro de limit. agror. & sequutus est Æguinaria Baron. in dicto §. præterea pag. 105. quid enim si vi humana, aut propter inopia facultatum munire non potueris? 4

Secundo ex eadem resolutione constat, quod si in medio fluminis, quo tuum prædium & meum emphyteuticum alluitur, nata sit insula, communis erit utrique pro modo latitudinis cujusque fundi: & ita fundo meo accresceret, sicuti accrevisset si essem pleno jure dominus, ex §. insula instit. de rer. division. leg. adeo, ff. acqui. rer. domi. & quid si insula in meo agro proprio est? Quid ităque in alijs casibus (qui plures in hac materia considerantur, tam de insula nata in flumine, quā de naturali alveo fluminis derelicto, quam etiam de parte vi fluminis in vicini prædium appulsa) sunt leges satis expressæ dict. leg. adeo, cum suis §§. leg. ergo §. tribus leg. inter eos leg. 5

insula

tusula. ff. de acquir. rer. dom. dict. §. præterea, §. insula. §. quod si naturali inst. de rer. divis. & ibi *eleganter Cla. Æguin. præ* cæteris explicant *Bart. in tract. de insula, & in tract. de alveo, & de alluvionibus & de insul. Bal. in Rub. ff. de re. di. n. 23.* * citat plures *Tiraq. 2. retract. ad finem tituli n. 96.* & novissimè simul, & eleganter *Frāc. Canan. lib. 3. comēt. juris civilis c. 5. n. 6. l. 26.* & *27. tit. 28. part. 3.*

6 Unum casum addo qui accidit in praxi, quando videlicet flumen non naturaliter cursum mutavit, sed hominum opera, & industria principe jubente (nam aliàs non licet fluminis publici naturalem cursum opere manu facto alio avertere *leg. 1. Codic. de alluvionibus* ut accidit in flumine Tago, & Beneventano, quorum alveus mutati sunt in aliam partem; an antiquus alveus qui mutatus est, & exsiccatus, sit illorum quorum prædia novus alveus irrupit, an Principis, an eorum qui prope illum alveum antiquum prædia possidebant? Et ex facto consultus respondi non pertinere ad illos, quorum agros novus alveus occupavit, quia illis de publico satisfactum est *leg. venditor. §. si constat, ff. commu. præd.* nec rursus illorum qui prope alveum antiquum prædia possidebant, quia alveus derelictus tunc demum fit illorum, quando naturaliter, non hominum opera flumen alveum reliquit, ut *dicto §. quod si naturali alveo instit. de rer. divis.* pertinet ergo ad Principem, ad quem, & ipsum flumen jure regali pertinebat. ut *libr. 2. tit. 15. Ordin. in nov. tit. 29. §. 8.* * sentit *glos. in leg. Pomponius, §. de arbore. ff. de rei vendic.* in verbo *translata*, & ait receptam *Curs. Seni. consil. 26.* atque idem latè consuluit *Andr. Alcia. in responso. 302.* quidquid judicant Rota secundum *Chassad. decis. una de acquir. rer. dom. per tex. l. p. § fin. ff. de acq. re. do.* qui ad casum non bene adaptatur, tenebitur tamen Princeps alveum illum donare reipublicæ quæ æstimationem agrorum solvit quos novus alveus occupat, argumento, *dicto §. si constat, leg. si privatus, ff. qui & â quib. doctrina Bart. l. Antiochensium, ff. de privileg. credit. & l. toties paragraph. 1. de policitat. Cravet. consil.* 135. * & de alveo publici fluminis facto hominis mutato. vide novissimè *Jacobum Mandelum in consi. 82. per totum.*

Tertio deducitur ex superiore resolutione, quod, & si emphyteutæ per alluvionem 7
bona portio fundi accreverit, non ideo augebitur pensio emphyteutica: & ita tenent *Jacob. Aren. Bart. Alberi. Baldus, Saly. num. 7.* testatus communem *Iason. n. 79. leg. 1. Cod. hoc tit. glos. Gregor. l. 26. titul. 28. part. 3.* illis eisdem rationibus quibus probavimus omne incrementum ad emphyteutā pertinere, & alia insuper, quia cum augmentum alluvionis, seu aliud naturale, non ex vi contractus emphyteutici accrescat, sed jurisgentium constitutione, iniquum est, ut pro ea felicitate aliquid plus pendat domino; unde cavendum est à *Plate. in leg. fin. Cod. de om. agr. deser.* cū scripsit, etiam simplici conductori augeri debere pensionem propter alluvionis incrementum, contrariū enim voluerunt *glos.* & *doctores in leg. legem*, verbo *reposcit, Codic. locati. text. autem in lege fin. Codic. de alluvi. & palud.* in prædijs tributarijs loquitur in illis quod tributa onerent incrementum alluvionis, ut notat *Bald.* & omnes, *dicta leg. 2. glos.* verbo particulare, & ibi *Salyc. num. 7. in leg. 1. Cod. hoc titul.* sed, & in publicis cōductoribus intelligit *glos. dict. leg. legem, & Gregor. dict. leg. 26.* quod arbitror esse nota dignum, quia lex in prædijs tributarijs tantum loquitur & eo sensu accipit *Conan. dict. cap. 5. pag. 245.*

Verum prædictam conclusionem, quod omne augmentum ad emphyteutam pertinet, & non ex eo augeatur pensio, limitant quidam interpretes, nisi proveniat ab insolito, & inopinato casu, tunc enim augebitur pensio, ex *glos. celebri in l. si mer-* 8
ces, §. vis maior, verbo. tui, ff. locati. quā ad hoc dicit aurea *Iason. l. 1. hoc tit. nu. 79.* allegando *Bald.* tanquam hujus doctrinæ perspicuum authorē in addi. ad *Spec. titulo de locato, column. 6.* sequitur *Franciscus Oroscius in leg. de quibus numer. 21. ff. de legibus.*

Sed si attendis, *glos. illa Accursij* supra citata loquitur in augmento insolito, atq; inopinato conductoris, non emphyteutæ,

& idcirco à *Iaſ. & Oroſcio* non bene citantur, quia emphyteutæ, & cõductoris diverſa cauſa eſt, ut infra plenius dicetur, ne enim emphyteutæ fit remiſſio, regulariter propter ſterilitatem, ut traditur *leg. 1. Cod. hoc titul.* licet fiat conductori, dicto *capit. propter*, & idcirco dicendum adverſus *Bal. Iaſ. Oroſc.* omnino & generaliter veram eſſe concluſionem quam ſcripſimus, omne augmentum ſive ſolitum, ſive ex inopinato caſu ad emphyteutam pertinere, nec ob id augendam penſionem, & quod in locatione dicitur ad emphyteutam nullatenus porrigendum.

9 Hæc autem quæ dicta ſunt reſtrictiones quaſdam patiuntur, nam cum aſſerimus accreſcere fundo emphyteutico per alluvionem, intelligi debet de alluvione fluminis publici, ſi quidem in privato flumine lacu, & ſtagnis, jus alluvionis non datur, l. *lacus, ff. acq. rer. dom. Claud. dicto §. præterea pag.* 191. & ibi omnes, *Franc. Cur. dicto libr. 2. jur. civilis cap. 5. in fin.* * *Bart. in tract. de alluvio. verbo flumen, & Mod. Pariſ.* ibi aliter limitant.

10 Rurſus intelligitur jus alluvionis ita demum, niſi ager ſit limitatus qui in emphyteuſim conceditur: quippe in agris limitatis non habet locum alluvio, *leg. in agris ff. de acq. rer. dom.* Qui vero dicantur agri limitati, obſcure ſatis explicuit *Florentinus* J. C. *dicta* l. *in agris, verſ. & Trebatius* cujus reſponſum aliter declaravit ibi *Accurti.* aliter *Alciat. lib. 1. prætermiſſ. pagin.* 653. multo aliter *Æguin. Bar. d. §. præter ad inſt. de rer. divi. pag.* 107.* & aliter *Moder. Pariſ.* ſed, & aliter longo ſermonis ex antiquis authoribus *Frãciſcus Canon.* in loco jam citato *nu.* 4. & 5. quorum omnium interpretationes mihi non ſatis probantur ad illud reſponſum: quia, aut litteram corrumpunt, aut invertunt. Crediderim igitur locum illum obſcurum ita exponendum, ut ſi ager ea conditione, & pacto ſit militi conceſſus, veneat in civitate, ideſt, ſub haſta ponatur in civitate Romana, & non maneat apud militem, non habere jus fundi limitati, & alluvioni locum eſſe, quaſi tanquam privato conceſſus quod ſi ſit manu captus, & militi qui capit, aſſignatus, tunc erit ager limitatus, nec habebit alluvionem. Ideo enim limitatio fit, ut ſciatur quid cuique datum eſt pro merito bellicæ virtutis, quid veneat, quid in publico relictum, & hic ſit illius litteræ ſenſus. Sed adhuc non video juſtam rationem cur limitatis agris felicitas alluvionis denegetur: niſi dicas ideo denegatam, quia per converſum, & ab infelicitate alluvionis ſunt exempti, quod utilius eſt. Non pręteream agros limitaneos, & limitatos non eoſdem eſſe limitatos enim agros eſſe opinor. per centurias dimenſos (ut *Feſtus* loquitur) militibus veteranis datos, nam limitari, partiri, dividere, ſeu diſtinguere, ſignificat *Plinius libr. 17. cap.* 17. vineas limitari Decumano oportet 18. pedum latitudinis. Alio autem vocabulo agri aſſignati dicuntur *Horat. lib. 2. epiſt.* 1. aſperæ bella componunt, agros aſſignant, oppida cõdunt. Limitaneos vero, ſeu limitrophos fundos dixerim, qui militibus in limitibus Regni poſitis ad præſidium, & incurſum hoſtium vitandos, dantur: nam, & hos milites limitaneos appellat, *leg. fin. C. de fund. limitroph. libr.* 11. & ex *Flabio Vopiſco. Budeo. Celio. Beroald.* tradit *Pyrrhus in Rub. Codic. illo titulo de fundis limitroph.* * & *Moder. Pariſ.* unde hi agri dicuntur, limiti deputati *leg. omnes fundi. Codic. de fund. patr. lib.* 11. nec parum referre exiſtimo, limitatos, an limitaneos eſſe fundos: nam limitati non habent alluvionem, & præſcribi poſſunt: limitanei vero non obſtante temporis præſcriptione vendicantur, & dum à militibus poſſidentur ſunt à tributis immunes dicta *leg. fin.* nec per reſcriptum Principis, ſeu annotationem, in alium transferri poſſunt, vel etiam in emphyteuſim dari: & dari revocantur, ut in allegata *leg. omnes*, & alluvionis jus habebunt, jam quod limitaneis agris non reperitur denegatum, alluvio quippe juriſgentium conſtitutio eſt, licet hos terminos confundat *Accurtius dict. Rub.* De augmento autem fundi propter excadentiam vaſſallorum, an propterea augeatur ſervitium, & alia multa in materia feudali, & emptoris *Pariſ. de puteo. de re integratione feud. fol. 96. num. 7. & 8. & fol. 90. 92.*

&

& 93. & aliqua etiam *fol.*18.*col.*3. *nu.* 2. & *fol.*75. *n.* 1. quæ prætereo ne longum faciã.

Nec existimes, sicuti in agris limitatis militum, non est locus alluvioni, ita similiter si tu dederis in emphyteusim agrum mensuratum, & limitatum, alluvionem cessare: diversi enim causa est militum, quorũ præmia pro modo bellicæ virtutis constituta sunt. Quod si idem miles eundem agrũ limitatum inter plures diviserit per emphyteusim inter eos erit locus alluvioni, ut scribit *Francisc.Can.dict. cap.* 5. *pag.* 241. arg. *dicta l. in agris* ubi alluvionem etiam in agris limitatis inter privatos non negat. De alluvione autem in feudis aliqua tradit *Bero. quæst.* 96. quæ ex supradictis non satis probantur.

SUMMARIA.

1 *Tributa, & onera realia, an teneatur solvere emphyteuta? Et quid in feudatario num.* 3.
2 *Maritus tenetur ad tributa, & pro rebus dotalibus.*
4 *Tributa, sive magna, sive modica, an teneatur solvere emphyteuta?*
5 *Tributa, etiamsi sint novo imposita post emphyteusim tenetur solvere emphyteuta de intell.* l. *Seyo* §. *medico, ff. de annu. legat.*
6 *Tributa tenetur solvere emphyteuta licet magnum canonem solvat.*
7 *Ecclesiæ, & Ecclesiasticæ personæ an teneantur ad onera realia pro rebus quæ ad eas pervenerũt jam illo onere oneratæ? Et de intell. Bart.* l. *rescripto* §. *ult. ff. de mune. & hon.*
8 *Collectas an teneatur solvere emphyteuta? Et an prius deducta pensione quã dominus solvit n.* 9. *vel deductis alijs expẽsis num.* 10.
11 *Emphyteuta Ecclesiæ an teneatur ad collectas à laicis impositus.*
12 *Dominium utile emphyteutarum Ecclesiæ an sit mere laicum.*
13 *Præscriptio tẽporis ordinarij, an currat cõtra vassallos vel emphyteutas? Seu cõtra laicũ in feudatũ de decimis prædialibus num.* 15.
14 *Retractus jus an habeant consanguinei proximiores pro emphyteusi Ecclesiastica*
16 *Tributum novum, seu collectum, nõ tenentur solvere Ecclesiastici pro illis rebus quæ ad illos sine illo onere pervenerunt, etiam à laicis.*
17 *Tributa, & onera realia debita ab antecessoribus an teneatur solvere emphyteuta repertus in fũdo? Et quid in electis n.*21. *& an habeat recursũ cõtra antecessorẽ nu.* 22. *& quid in usufructuario* 23.
18 *Beneficii novus possessor, an teneatur solvere jura Episcopalia quæ non solvit antecessor? Et quid de decimis prædialibus, aut pensionibus non solutis num.* 19.
20 *Hypothecata an tacite censeantur prædia pro tributis solvendis.*
24 *Pacto interveniente quod dominus directus solvat tributa, & onera realia, an nihilominus possit cogi emphyteuta possessor solvere.*
25 *Tributa, & collectas an emphyteuta possessor teneatur solvere, licet bona sint descripta in libro communitatis nomine alterius.*
26 *Conductor ad longum tempus an teneatur ad tributa, & collectas? Et quid in simplici conductore nu.* 27.
28 *Patrimonialiũ fundorũ emphyteuta, an teneatur ad onera, & inictones extraordinarias? Et quid in emphyteutis bonorum Coronæ?*
29 *Consuetudo circa solutionẽ tributorum servanda.*
30 *Forenses qualiter ad collectas teneãtur*

Quæstio decimaseptima. An emphyteuta teneatur ad collectas, & tributa, vel dominus directus.

QUia est lõga, & diffusa quæstio, sic ea definitio unica cõclusione proposita, cũ suis extẽsionibus, & limitationibus. Tributa, & omnia onera realia quæ præstãtur à re vel occasione rei solvere tenetur emphyteuta possessor nõ verò directus dominus, probat hoc text expressus *in l.* 2. ibi, *publicarũ fictionũ C. de jur. ẽphyt.* ubi adnotarũt *Alb. Bal. Ias. n.*2. & reliqui, ad idẽ text. *in l.*2. *&* 3. *C. sine cẽsu vel reliq.* l. *Impera-*

peratores ff. de publican. & Cod. de prædijs & ali. rebus navi. libr. 11. & est recepta conclusio Iason. l. 1. nu. 525. Cod. hoc titul. ubi Bald. 6. not. Alex. consil. 4. vol. 5. Dec. consil. 156. Chassan. de Burg. Rubr. 4. §. 6. fol. 154. col. 2. Joan. de Amic. cōsil. 61. & 62. Bald. l. 1. n. 5. in fin. Cod. de anno. & trib. lib. 10. & duodecim argumentis confirmat Socin. consil. 217. libr. 2. repetito libr. 1. cons. 119. Dec. alios citans, consil. 285. & pro tenui col. 1. pro quibus illud multum conducit, quod usufructuarius, qui (ut prædiximus) minus habet quam emphyteuta tributa, & onera quæ rebus ipsius imminent solvit Bald. consil. 227. Pastutius, vol. 5. Alexand. dicto consil. 4. volu. 5. text. optimus l. hactenus, ibi, quoniam, & alia onera agnoscit usufructu legato, ut puta stipendiū, vel tributum, ff. de usufru. & ibi notat Bal. Angel. Fulgos. & alij Bald. dict. n. 5. textus ubi etiam notat Bartolus in l. quæro, ff. de usufruct. lega. & est optimus casus in leg. si pendentes, §. si quid cloacarij, ff. de usufru. quē ad hoc notat Alberi. ibi, & laudat Plat. l. 1. num. 3. Cod. de anno. & tribu. lib. 10. ubi alia jura citat, & Oroscius l. inter debitorem in fine, ff. de pact. Gygas de pēsionibus q. 38. & q. 43. n. 2. ubi idē quoque dicit de pēsionario beneficij, late etiam Chassan. de Burg. rub. 3. §. 6. super verbo, & supportet, ex num. 1. fol. 154. Et creditor possidēs pignus tenetur ex fructibus quos percipit, solvere collectas, & tributa l. in summa, ubi Bald. Cod. de pign. Neguz. de pign. 7. part. 3. membr. n. 9. * tradit etiā in possessore Joan. Garcia de expensis cap. 16. n. 37.

Regula est enim, ut qui fructus colligit, & functionum gravamen subeat, Afflict. in const. Neap. libr. rub. 97. §. ultim. numer. 5. Avend. libr. 2. de exequendis mandatis cap. 14. fol. 190. column. 1. Ioan. Oroscius dicta l. inter debitorem, ff. de pact. l. fructus Cod. de act. empt. & ibi tradunt doctores Bald. leg. penult. §. idem testator ff. de leg. 3. Socin. consil. 217. vol. 2. Chassan. & alij in locis citatis: glos. & Bart. dicta l. 1. verbo fructus C. de anno. & tribu. lib. 10. unde maritus, quia fructus percipit rerum dotalium, ad onera, & tributa eorundem tenetur: quia hæc sunt magis onera fructuum quam proprietatis, ut inquit text. elegans in leg. nec stipendium, ibi, onus enim fructuū hæc impendia sunt, ff. de impens. in re. dot. fac. ubi in hac materia latissimè Alexand. in add. ad Bart. glos. & Bart. in l. una Cod. de mulier. & in quo loco libr. 10. ubi novissimè Ioan. Maurie. in rep. pag. 210. Alexād. cōsil. 148. nu. 3. lib. 6. Dec. dicto cons. 285. & pro tenui col. 1. cum seq. Plate. dicta l. 1. Cod. de anno. lib. 10. col. 2. vers. similiter, ubi bene declarat Socin. in præcitatis consilijs. * Ioan. Garcia de expensis cap. 13. num. 27. quocirca nimirum si & emphyteuta qui possidet, & fructus recipit, & utile dominium habet ad onera realia teneatur.

2

Hanc autem conclusionem sic ex prędictis confirmatam extende primo, ut procedat etiam in feudatario ex eisdem rationibus, & argumentis jurium nuper citatorum nam, & is fructus rei percipit, & utilis dominus est, cap. 1. §. rei autem de invest. de re alien. fac. libr. feudorum * sequitur Ioan. Garcia de expensis cap. 12. nu. 62.

3

Secundo extende sive tributa sint modica, sive magna, secundum Bald. & Angel. dicta leg. hactenus, & Fulgos. in fin. l. præced. & bene probat dicta l. hactenus, dum circa refectionem distinguit inter magnam, & modicam, non ita in stipendio, & tributis. accedit etiam generalitas text. l. 2. ibi publicarum functionum, Cod. hoc titulo.

4

Tertio ampliat ut procedat prædicta cōclusio non solum in tributis, & oneribus antiquis ante emphyteusim constitutam, sed & in impositis de novo post eam, ut est textus, & ibi Bart. in allegat. leg. quæro, ff. de usufr. leg. ibi. idē juris esse in ijs speciebus quæ postea inducuntur, sequitur Afflictus c. 1. §. præterea ducatus n. 57. de prob. feud. ælien. per Fred. probat multis argumētis juncta facti narratione, Socin. cons. 119. circa hanc quæstionem lib. 1. quod est duplicatum cons. 217. lib. 2. * sequitur Ioan. Garcia de expensis cap. 11. num. 18. (Nec his obstabit reg. l. Seyo. §. medico. ff. de annu. leg. ubi simpliciter gravatus dare medico quæ vivus defunctus præstabat, tenetur ad illa duntaxat quæ certam formam erogationis annuæ, non incertam liberalitatis voluntatem habuerunt, ac proinde

5

non

non tenetur ad ea quæ defunctus extraordinarie ex liberalitate quandoque dabat, quãdoque non dabat, conferunt multa quæ per illum textum *Bartolus ibi, & alij, Feli. cap. sedes num. 3. de rescript. Barb. consil. 26. n. 8. lib. 2. Alex.* & alij, l. *sed & si quis, §. quæsitum, num. 25. ff. si quis, caut. Gom. in prob. reg. Cancel. quæst. 5. Deci. consi. 128. col. 2.* unde multo minus tenebitur ad eam erogationem quam nunquam defunctus fecit, & eo argumento, in proposito nostro non videbatur emphyteuta teneri ad tributa, & onera de novo imposita post celebratum contractum quasi de ijs non videatur cogitatũ *leg. fistulis §. frumenta, ff. de contro. empt.* Sed planius respondetur in §. *medico extraordinarias præstationes* non venire, quia de illis non præsumitur testator cogitasse, utpote nullam certitudinem erogationis habentibus: unde nec legatum poterat esse certum, quæ ratio non potest ad emphyteutam trahi, quippe ex natura contractus ad functiones publicas tenetur, non distinguendo præsentes à futuris *leg. 2 Codic. hoc titulo*, sunt enim onera ipsius rei, *leg. neque ff. impens.* præterea sicuti emphyteuta tolerare debet quemcunque casum *leg. 1. Codic.* ita & novum tributum quod propter naturam contractus non est novus casus.

6 Quarto intellige, & amplia prædicta procedere licet emphyteuta magnum canonẽ, seu pensionem domino solvat, quæ conclusio ex simplici, & generali doctrina interpretum non distinguentium inter magnam, & modicam pensionem vera esse deprehenditur utpote ex *Baldo Fulgos.* & *Angel. dicta lege hactenus Bald. & Iason. num. 25. in leg. 1. hoc tit. Alexand. consi. 4. lib. 5. & rursus consi. 35. lib. 4. Soci. consi. 119. lib. 1. repetito libr. 2. consil. 217.* & in specie *Petr. Ubaldis tract. de collectis ad fin. numer. 3.* & per integrum consilia respondit *Lauren. Sylv. consil. 47. incip. exoritur difficultas &c.* & pænes me proculdubio est certa hæc ampliatio, quippe semper sum opinatus non desinere esse verum, & proprium emphyteutam, etiam cum, qui magnam pensionem solverit pro emphyteusi, & recognitione dominij, ut scripsi supra *q. 1. nu. 8.*

Quinto trahitur superior resolutio etiam ad clericos, & Ecclesias: quapropter si ad Ecclesiam res tributaria, aut onerata onere reali devenerit, per viam emphyteusis aut aliàs, absque dubio tenebitur ad illud tributum rei, quemadmodum probatur *caput. si tributum 11. quæst. 1. cap. tributum 23. q. 8. capit. 1. in fin. de censibus * text. optimus in c. Abbates de decis. Authent. itẽ prædiũ Cod. de sacros. l. fin. C. de exact. tribu. li. 10. l. de his, C. Episcopis, & cleri. Angel. consi. 106.* pro decisione, ultra alias authoritates quas congerit *Tiraq. de primog. quæst. 43. num. 9.** facit l. *Imperatores*, ibi, *ipsa prædia non personas, ff. de publica*, cum alijs per eundem *Tiraq. 1. retract. §. 6. glos. 1. n. 61. Affl. deci. 95.* per totam) *nisi lege, aut privilegio eximitur*, l. *placet Cod. de sacrosan. l. sunt munera, ff. de vaca. muner. Bart. l. 2. ff. jur. immuni. Plat. in Rub. C. de annonis col. 3. Bertrand. consil. 346. num. 19. part. volum. 2. Iason. num. 20. col. 4. Alciat. verbo, canonicam, d. l. placet optime Gregor. l. 51. tit. 6. p. 1.* ubi an pro his possint destringi coram seculari, & *glos nov. l. 1. titul. 2. lib. 1. Ordin. pag. 90. col. 1. vers tamen onus*, ubi etiam *text.* ad hanc ipsam conclusionẽ, *Otalora* ubi eleganter declarat *in tracta. nobilita. 2. part. capit. 1. numer. 9. & 10.* & idem si Ecclesia acquirat rem feudalem tributo oneratam scripsit *Innoc. in capit. verum de foro comp. Hosti. in Summa de jure immunitat. §. à quibus, ad fin. Ias. d. l. placet num. 20. in fin.* unde jure Regni fuit necessum specialiter aliquas Ecclesias eximi à tributo jugationis reali, ut *lib. 2. titul. 16. §. 8. E por quanto algũas Igrejas*) & *§. 26. in nov. tit. 33. §. 15. & 25.* & etiã clericos, juxta formam præscriptam *in dict. tit. 16. §. 33. (Outro si os clerigos) in nov. tit. 33. §. 25.* & similiter senatores Regios *lib. 2. tit. 43. §. 7. in nov. tit. 59. §. 4.* nam alioquin nõ data exemptione tenerẽtur ad illud tributum quia reale, ut insinuat *Ord. d. lib. 2. tit. 8. §. antep. in nov. tit. 18. §. 6.* nec id mirum, nam à reali tributo, in quo rei tantũ & non personæ habetur ratio, quantuncunque alias privilegiatus nemo est res exemptus enim cum sua causa, & onere transit in quoscunque. 7

Quo

Quocirca laudat *Bartholus*, *Perusinus*, *Eugubienses*, qui cum viderent suorũ agrorum prædia ab Ecclesijs plus nimio occupari, statuerunt ut omnia prædia essent tributaria, & subjecta collectis, ut sic ad Ecclesias transitent cum causa, ac onere tributi, & collectarum, & inquit *Bartholus* eos jure feciſſe *in d. l. placet, in lect. numer. 4. & 5.* & idem *Bartholus in l. rescript. §. ult. vers. sed quæro utrum, ff. de mu. & hon.* docetque istam cautelam veluti proficuam, ut Ecclesiæ de prædijs quæ acquirunt, tributa, & collectas solvat, sequunturque plures moderni quos statim citandi referunt, & latissimè tradit *Andr. Barb. consil. 1. lib. 3.* sequitur planè *D. Otalor. de nobilit. 2. parte cap. 1. numer. 10.* Verum hoc *Bart.* consilium reprobum est, & ab interpretibus tam juris canonici, quã civilis damnatum, tum quod statuta in fraudem Ecclesiarum, aut Ecclesiasticarum personarum condita nullam vim habent, ut communis docet opinio *in capit. Ecclesia S. M. de const.* tum etiam quia tributa, seu onera, ab alijs, quam à Rege, vel Imperatore imposita extraordinaria numera sunt, quæ nec Ecclesias, nec Ecclesiasticas personas sequuntur, ut *dicta lege placet*, quocirca *à Bart.* recessit *Baldus l. leg. placet in 4. no. & in leg. fin. num. 7. Cod. sine censu*, vel reliq. *& in l. neminem num. 3. Cod. de sacrosan. & in Authent. item nu. 4. Codic. de Episcopis, & cleri. & in consil. 28. lib. 2. Lud. Roma. l. si publicanus fin. n. 7. ff. de publica. Abb. cap. fin. nu. 13.* & ibi *Imol. nu. 16. de vi. & ho. cle.* & ipsemet *Bart.* sibi oppositus *consil. 18. incip. si aliqua possessio* tradit *Remigy. de charit. subsid.* denique contra *Bart.* in prioribus locis tenẽt omnes, *Jason. lect. 2. d. l. Placet nu. 21. col. fin.* & est vetior opinio secundum *Feli. dict. cap. Ecclesia nu. 76. Lauren. Sylvan. consil. 9. num. 29.* & tandem communis, ut ait *D. Perez in glos. l. 11. tit. 2. lib. 1. Ord.* Regnotũ Castellæ.

Ex rationibus autem quibus *Bart.* reprobatur, sequitur planè ejus sententiam posse defendi quando talia onera realia fuerint generaliter indicta à Rege, vel Imperatore aut habente aliàs potestatem indicendi, item cum sine fraude, & odio Ecclesiarum fieret ad subveniendum necessitatibus Regalis Coronæ, & ita optimè *Dec. dicto capit. Ecclesia num. 52. ad fin. vers. quod autem & glos.* Ordinamenti; in loco præcitatio, nec simpliciter assentior *Albe. dicta lege placet*, verbo, *extraordinarium*, cum *Bart.* sententiam defendit per viam hypothecæ, si videlicet laici res suas obligaverint, ut ad quemcunque cum onere suo transeant: quid enim si, & hoc in fraudem ac dolosè fiat? Cum quibus disputari posset materia legum Regiarum *libr. 2. titul. 7. & titul. 8. in nov. titul. 16. & 18.* Sed de hoc aliàs latius.

Sexto amplia, ut emphyteuta non solum teneatur ad tributa, mere realia, hoc est, impositа rebus ipsis tantum, sed etiam adimpositа personis pro rebus, quemadmodum sunt collectæ, quam extensionem 12. argumentis probat *Socin. consil. 119. libr. 1. & 217. libr. 2.* tradit *Joan. de Amicis cons. 8. numer. 60.* probatur etiam quia Dd. in ista materia æqualiter loquuntur de tributis, & collectis, asserentes ad eas emphyteutam teneri, *Baldus leg. 1. nu. 5. vers. 6. Cod. isto tit. & in l. 1. Cod. de anno lib. 10. num. 5. in fine Bart. l. quæro, ff. de usufru. leg. Bald. & Angel. d. l. hactenus, Roma. l. Imperatores, ff. de publican. Alex. & Socin.* in consilijs paulo ante citatis *Sylva cons. 9. nu. 1. & cons. 47. & consil. 57. num. 37. Juli. Clarus de emphy. q. 46. P. Ubald. in tract. de collectis n. 48. Afflict. in titul. quæ sint regal. §. plaustrorũ. numer. 40.* & illi etiam quos citavimus sup. in principali *conclus. num. 1.* ex quibus fit planum, & sine dubio emphyteutam ad collectas teneri, quanvis enim nonnullæ sint differentiæ inter tributa, seu onera mere realia, & collectas ut per *Bart. & Plate. n. 3. & alios. d. l. Cod. de annon. Alexãd. cõs. 78. lib. 6. & consil. 35. libr. 4.* late *Bald. l. fin. ex num. 3. Salyc. num. 5. Cod. sine censu*, vel reliq. *Curti. Juni. consil. 60. cum seq.* licet *Alcia.* parum caute *in dict. leg. placet* appellet simpliciter collectam onus personale: attamen quoad emphyteutam nullum est discrimen, quia ad utrunque æque tenetur, & ita cavendum est à *Rebuf. in d. l. 1. C. de annor. lib. 10.* qui immemor receptæ sententiæ dividit onus collectæ inter dominum direc-

directum, & emphyteutam, cujus quidam
sententia non potest defendi nisi ea consi-
9 deratione, quod emphyteuta solvere debet
respectu sui emolumenti tantum deducta
pensione quantum domino solvit, ut tra-
dunt *Iserma, & Afflict. dict. §. plaustro-
rum numer.* 36. *Lucas l. una, Cod. de empt.
lucr. deser. lib.* 10. *idem Lucas l. fin. col.* 2.
versic. 3. quæritur ubi optimè loquitur, *C.
de fund. limitro. lib.* 11. *facit l. forma in
fin. principij ff. de censib. Sylva. d. consil.* 9.
column. 2. *junctis adnotatis per Alex. l. ubi
pure, ff. ad Trebe. & in l. quoties, ff. ad l.
fal. Iaf. l. non amplius, ff. leg.* 1. *& in leg.
pen. §.* 1. *ex n.* 6. *ff. ju. om. jud.* dominus
autem solvere debet respectu tantum pen-
sionis quam percipit argumento, *l. si quos,
C. de rescind. vēd. l.* 2. *C. de prædic. vicular.
l.* 11. *Plat. l.* 1. *C. de censib. & censito* * se-
quitur *Joan. Garcia*, ubi alios citat *tract. de
expensis c.* 11. *n.* 57.) Cui resolutioni con-
cinit alia similis de pensionario, & titula-
rio, seu rectore beneficij, ut is teneatur ad
decimam Papalem, charitativa subsidia pro
rata fructuum, ille vero pro rata suæ pen-
sionis, *Cacialup. de pens. quæst.* 17. *Gigas.
q.* 38. 39. *& Rebuf. de pacif. poss. num.* 120.
Chassan. de Burg. rub. 3. §. 6. *nu.* 7. *fol.* 154.
col. 3. alij plures quos citat *Andr. Tiraq. de
primoge. q.* 75. *num.* 10. & hæc ita proce-
dunt, nisi aliud longa, & præscripta consue-
tudine observetur * vel statuto peculiari,
quemadmodum in colonis insularum Tagi,
quas *lezziras* vocant, & quando simplex cō-
ductor teneatur pro collectis *cons.* 77. *nu-
mero* 2.

61 Sed an emphyteuta debeat collectari nō
deducendo impensas, præter pensionem, de
qua modo diximus? Et receptius est dedu-
ctis omnibus alijs impensis collectam fieri
debere, atque ita *Bald. leg.* 1. *column.* 1.
*versi. modo accidit, Cod. de fruct. & lit. exp.
Bald. Angel. Cuma. Roma. Alexand. Aretin.
Soci. & Iaf. in l. fructus. ff. solut. mat. Feli.
cap. ad nostram* 1. *col.* 2. *de jurejur. Tiraq.
li.* 1. *retr. ret.* §. 15. *glos. n.* 12. * refert *Gasp.
Baeca Hispan. tractat. de decimis tuto. cap.*
29. *num.* 1. *Joan. Garcia expensis cap.* 1. *n.*
20. ut latè) adversus *Salyc. & Paul. dicta
lege fructus, & Bald.* sibi contrarium *l. si
à domino, §. ultim. ff. de petit. hær. Afflict.
decis. Neap.* 252. *Magnificis col.* 4. *vers.
item ubi datur*, quibus tamen accessit no-
vissimè *Petr. Avendan. lib.* 2. *exequendis
mandatis cap.* 14. *nu.* 15. inquiens non de-
duci ratione publicæ utilitatis alludens for-
te ad decimas prædiales juris divini quæ sol-
vuntur non deductis impensis *cap. tua nobis
pastoralis, capit. non est capit. cum homine
deàuct.* & utrobique omnes *glos. Baldus &
Alberic. dicto §. ultim. Petrus Rebuf. tra-
ctat. de decim. q.* 11. *n.* 3. * *Joan. Garcia ubi
supra n.* 17.) veruntamen harum decimarū
alia causa, & ratio est, nec fiscus Ecclesiæ
ubique recte comparatur, ut tradit *Tiraq
ubi supra* ex mente scribentium, proinde
quod tradunt *Salyc. Paul. Afflict. & Avēd.*
minimè probari potest.

Sed quid in emphyteuta prædiorum Ec- 11
clesiæ, an his teneatur ad collectas per lai-
cos impositas? Quæstio est anceps, & multis
hinc inde adductis, & attritis argumentis
ex professo disputat per *Lauren. Sylva. cō-
sil.* 9. *incip.* in hac quæstione, per totum
ubi tandem resolvit, emphyteutas rerum
Ecclesiæ collectari non posse, ea authorita-
te *Bart.* qui ante alios ita docuit. *in l. pri-
vatæ Cod. de excusa. mun. lib.* 10. ubi pos-
tea *Angel. & Joan. à Plate.* idē voluit *Bal.
leg.* 1. *col.* 1. *Cod. de jure emphyt.* ubi scrip-
sit quod emphyteuta tenetur ad tributa, &
collectas, nisi sit colnus privilegiati, sequi-
tur *Chassan. de Burg. rub.* 4. *&* 6. *num.* 9. &
vers. & intellige male citans *Angel. consil.*
16. pro decisione ad contrariam opinionē
quia alio casu loquitur. *Adde Ioan. de ami-
cis dicto consil.* 8. *num.* 17. Verum ipsi con-
trariam opinionem sequor, * quam sequi-
tur latissimè *Ioan. Garcia de expensis dicto
loco numer.* 69. *&* 70. imò quod etiam em-
phyteutæ rerum Ecclesiæ collectari possint
pro eisdem prædijs, quæ in feudum vel
emphyteusim habent ab Ecclesia, & move-
or, nam si usufructuarius rerum Ecclesiæ
sine dubio collectatur, cur non multo
magis emphyteuta qui dominium utile
illius rei habet? Præterea, lex civilis gene-
raliter emphyteutas gravat oneribus fun-
ctionum, & tributorum *leg.* 2. *Cod. de jure
emphyt.* ergo & emphyteutas prædiorum

Ec-

Ecclesiæ, quia generalis est illa determinatio, *leg. in fraudem, § fin. ff. de test. mil.* cum præsertim non reperiatur aliqua lege Canonica contrarium determinatum, *cap. 1. ubi Innocent. & Abb. de nov. oper.* item collecta est onus non mere reale, quia imponitur personæ pro rebus *leg. rescripto §. fin. & ibi Bart. ff. de mune. & hon. notat Iaſ. in leg. idem Iulianus §. hæres num. 5. ff. de leg. 1.* unde habenda est consideratio personæ laici qui collectatur. Illud autem fortius me movet, quod dominium illud utile emphyteutarum Ecclesiæ est mere laicum, & 12 profanum, ac proinde subjectum statutis, & legibus Principum secularium, ut elegantèr voluit *P. Ancharra. capit. ea quæ colu. 17. de reg. jur. & consil. 125. visis colum. fin. vers. & prædicta tollitur & in consi. 433.* incip. *postquam ista domina numer. 3. vers.* non obstat quod bona Ecclesiarum, & non relatis prædictis consilijs idem scribit eleganter *Andr. Barb. consil. 14. scribit Propheta col. fin. num. 5. lib. 1.* ubi plura in materia congerit, tradit *Anchar. in Clem. 2. de jure patro. Paul. consil. 194. viso, colu. fin. libr. 1. Cum in consil. 84. quia causa col. 1. Alex. cons. 9. ponderatis col. 2. lib. 5. Albert. Brun. de statut. excludentibus fœmin. 8. membro q. 22. colu. 3. vers. & prædictã Socin. inter consilia ejusdem Bruni consil. 7. reverendi patres colu. 2. vers. tertio probatur Felin. cap. quæ in Ecclesiarum, column. fin. de const. Deci. in Authent. cassa. & irrita colu. 2. vers. nota secundo Codic. de Sacrosanct. & in consil. 139. an, & quando fœmina col. 1. vers. nec obstat, * Carol. Ruy. cons. 70. num. 11. lib. 5. Paris. consi. 22. n. 85. libr. 2. & cons. 1. n. 14. eodem libro, & cum his* & alijs elegantissimè *Andr. Tiraq. de retract. linag. §. 1. glos. 13. num. 8. pag. 223.* (quanquam solus *Laurent. Sylvan. dicto consil. 9. num. 23.* contradicat) Et huic est quod licet adversus quamlibet Ecclesiam requiratur spatium XXXX. annorum *capit. de quarta præscrip.* & adversus Romanam centum *Auth. ut Ecclesia Romana* 13 similiter, & adversus Imperatorem, seu Imperialem Cameram, aut Principem non recognoscentem superiorem, *Angel. leg. sicut Cod. de præscript. XXX. annorũ Alex. consil. 34. in causa col. 1.* at contra earundẽ Ecclesiarum vassallos, vel emphyteutas, ad præscriptionem utilis eorum domini) sufficit tempus commune quod adversus alios quoslibet privatos sufficeret, *Bartol. leg. si publicanus §. in vectigalibus, ff. de publica. Angel. & Imol. leg. quamvis ff. de usucap. Bald. cap. 1. quæ sint Regal. Alexãd cõs. 169. viso col. 2. vol. 2. Socin. cons. 266. in causa col. 15. vol. 2. Balb. de præscri. 1. p. 5. princ. in princ. n. 19. & 20. Tiraq. & Sylva. ubi supra.* Hinc etiam est, quod lex re- 14
tractus habet locum etiam in emphyteusi Ecclesiæ, unde proximior cõsanguineus admittetur ad retractum emphyteusi Ecclesiæ venditæ à consanguineo: quia illud utile dominium est profanum, & idcirco comprehenditur sub lege retractus licet civili, & sæculari, & in hoc inclinat *Baldus consil.* 300. statuto cavetur. *libr. 1. citat*, & sequitur pulchre *Iason. consil. 224. principale dubium column. fin. vers. octavo istud statutum, vol. 2. Alexandr. cons. 27. viso themate column. 2. dub. 2. libr. 6. Afflict. in tract. de jure prothomiseos col. 11. vers. item quæro an jus Tiraquel. lib. 1. retract §. 1. glos. 3. nu. 3. ubi declarat, & plenius idem dict. §. 1. glos. 13. n. 8. & 9. adversus Iason. sibi oppositum* 15
cõsil. 152. vere, & juridica col. fin. lib. Hinc etiam, & illud provenit, quod licet decimæ prædiales sint impræscriptibiles (quia sunt juris divini, ut habetur *c. in apibus cap. parochianos de decim. per Alexandr, consec. 6. Romana Ecclesia. vol. 4.* noviſſimè & latè *D. Perez in l. 1. tit. 5. lib. 1. ordi.*) attamen adversus laicum infeudatum de illis decimis, ut fieri potest, & scribunt *D. Covar. lib. 1. resol. cap. 17. nu. 4. & Perez d. l. 1. pag. 198. col. 1.* bene curret præscriptio, ut latissimè, & acutè probat *Cuman. cons. 83.* quia causa decimalis, &c. cujus meminit *Tiraq. d. t. nu. 8.* & plenius tradit *P. Paris. cons. 25. vidi num. 10. lib. 4.* quæ omnia ex eo ut jam dixi proveniunt, quia cum dominium utile sit pænes seculare, & de ejus tantum præjudicio tractetur, merito statutis secularibus subjici debet.

Quibus accedit axioma vulgare, quod mutata conditione personæ, & bonorum conditio mutata videtur *leg. Paulus*, aliàs

per

per procuratorem, ff. de acquir. hær. l. fiscus ff. de jure fisci leg. cum quidam, §. si debitores, ff. de publica. bonus text. cap. uno §. verum de jure patronat. libr. 6. tradit Ancharran. consil. 108. Jason. consil. 20. libr. 1. D. Segura. l. 3. §. fin fol. 319. ff. de lib. & post. Tiraquel. in 1. retract. §. 1. gl. 13. num. 12. novissimè P. Peralta l. cum patronus p. 301. col. 1. ff. de leg. 2. quo circa non est mirum, quod bona quæ cum possidebantur ab Ecclesia erant immunia à collectis *capit. quanquam de censibus libr. 6. Clem. præsenti eod. titulo cap. 1. de immu. Eccles.* si tunc reperiantur in manibus emphyteutæ laici quo ad utile dominium subjiciantur collectis, nec enim emphyteuta laicus ob emphyteusim habitam ab Ecclesia fit de foro Ecclesiæ, ut tradit *Roman. consil. 212. dubio 2.* Sequor igitur intrepide hanc opinionem, quod etiam emphyteuta rei Ecclesiasticæ teneatur pro eadem re ad communes collectas sæcularium ratione sui utilis dominij, & hujus sententiæ fuit *Andræas Isernia in titulo quæ sint regalia verbo plaustrorum*, *Lucas* per illum textum in *leg. 1. Codic. de impo. lucrat. descr. libr. 10.* * *& in lege fin. Codic. de fund. limitro. libr. 11. column. 2. vers. tertio* quæritur inclinat in eandem *Ludovicus Bologni. consil. 54. column. 1.* & hæc ipsa opinio 12. illis argumentis defenditur quæ congessit *Socinus in sæpius allegat. consil. 119.* circa hanc quæstionem, *vol. 1. & consil. 217. vol. 2.* & quanvis loquatur in collecta indicta à Summo Pontifice, ut patet ex argumento illorum consiliorum, certe ejus fundamenta bene concludunt, etiam in collecta indicta à Principe sæculari, voluit *Angel. dict. cons. 206. pro decisione, Felinus capit. Ecclesia numer. 99. de constitut. & Frederi. de Senis in consil. 111. quæstio talis column. penultim.* cujus decisionem pulchram ad limitationem hujus articuli sequitur *Jason. 1. numero 12. Codic. de indic. vid. tol. Roch. de consu. fol. 50.* idem firmat *Albert. Brun. in tract. de statu. exclud. fæmin. art. 8. quæst. 22.* inquiens quod secundum hanc opinionem audivit fuisse consultum per doctores Papienses, & tandem *col. 4.* testatur hanc esse communem opinionem, à qua non est recedendum: nam, & eam vigere in practica, & tenendam esse affirmat *P. Avendan. de exequendis mandatis cap. 14. num. 33.*

Quæ vero ad suadendum contrarium excitavit argumenta *Laurent. Sylva. dict. consil. 9.* per quam facile tolluntur ex superioribus, & illud potissimum quod onus collectæ imponi in rebus emphyteuticatis laico ab Ecclesia videtur in præjudicium Ecclesiarum, quæ propter hoc non tantam pensionem à suis emphyteutis percipient, propter onus enim collectarum vilius locatur prædium, ut dicit *Bartolus leg. fin. quoties, quæst. ultim. ff. de publican. text. leg. mortis causa, §. fin. cum glos. ff. de donat. caus. mortis Anchar. in Clem. præsenti de censibus* at laici nihil quicquam in præjudicium Ecclesiarum directe vel indirecte statuere queunt *Auth. Chossa.* ubi *Bald. Cod. de Sacros. cap. Ecclesia* ubi omnes communiter de const. citat plura jura *Sylva. d. cons. 9. num. 12. glos. Greg. l. 55. tit. 6. p. 1.* Sed hoc objectum tollitur considerãdo, non attendi secundarium præjudicium Ecclesiarum, quia quæ secundario eveniũt in consideratione non sunt *leg. 1. ff. de aut. tut.* plura cumulat *Jason. leg. quoties col. fin. Codic. de judic. M. Ant. in §. legatarijs nu. 2. inst. de legat.* unde non attenditur interesse secundarium *leg. 1. §. denuntiari ff. de vent. insp. glos. Alex. & alij leg. de unoquoque ff. de re jud. & in cap. quanvis de pact. lib. 6.* late *Jas. l. nequicquam §. ubi decretum n. ff. de off. procos.* nec dicitur verum detrimentum ejus qui secundario læditur *Felin. cap. cum M. col. 13. de const.* & ita bene in hac re considerat *Balb. de præsc. 1. p. 5. princ. in princ. num. 20.* proinde haud dubie tenendum emphyteutas Ecclesiarum ad collectas teneri pro dominio utili quod ab Ecclesijs habent, & ita praxis observat. Adde vero quod non solum pro illis collectis ordinarijs sunt obnoxij ad quæ bona ipsa erant obligata antequam ad Ecclesias venirent, in illis enim non est dubium, quia etiam Ecclesiæ ad quas transeunt, illa onera subeunt, ut supra probavimus *numer. 7.* sed, & pro alijs de novo impositis,

que appellantur extraordinariæ, ab Scrib. communiter *in leg. placet Codic. de Sacro.* quia ut sæpius diximus dominio utili laico imponuntur non vero Ecclesijs, aut Ecclesiasticis personis. Porrò á muneribus sordidis exemptos esse emphyteutas, & vassallos Ecclesiarum scripsit *Thomas Parpalia in alleg. leg. placet num.* 16. sic intelligendo *Bartolus in leg. Senatorum Codic. de dignita. libr.* 12. ubi indeterminate dicit vassallos Ecclesiarum forte exemptos, nec aperit à quibus, & idcirco debet necessario intelligi de muneribus sordidis, quia de realibus intelligi non potest, & ibi citat alios, sequitur *Joan. Mauri. in lege una Codic. de mulie.* & in quo loco *pagin.* 287. *Dueñas reg.* 100. *ampli.* 3. quæ sententia mihi jure non probatur saltem in praxi non admittitur, quia fere omnes essent exempti, nec potest defendi nisi in perpetuis servitoribus, & familiaribus Ecclesiarum.

Prædictis consequens est, quod si clericus vel Ecclesia habeant emphyteusim à 16
seculari (nisi res ipsa sit jam onerata tributo reali, vel collecta quando emphyteuticatur) certe non tenebitur clericus pro suo utili dominio emphyteutico, licet habito à persona seculari, tributum novum aut collectam solvere: quia cessat ratio illa quam nuper multis authoritatibus roboravimus, de dominio utili separato à directo, quod censeatur seculare, si persona cui fuit concessum est secularis, & eodem modo si concedatur personæ Ecclesiasticæ censeatur Ecclesiasticum, nec possit tributis, & collectis de novo impositis gravari, ut cæteræ res propriæ ipsius clerici: habent enim clerici à jure privilegium ut non solum in personis, sed nec in rebus tributa patiantur *capit. quanquam de censibus libr.* 6. & ibi *glos. capit. non minus de immun. Eccles. leg. placet Codic. de Sacros. cum alijs per Dueñ. reg.* 100. & *glos. lib.* 1. ubi text. *titul.* 3. *libr.* 1. *ord. Castellæ*, & pro hac sententia adest optima *l. Regia sup. citata libr.* 2. *tit.* 16. §. 33. *incip. outro si os clerigos*, in vers. *salvo se os ditos clerigos, in novis tit.* 33. §. 25. ubi etiá tributum jugationis remittit clerico habenti à laico emphyteusim terræ jugalis, cum tamen jugatio tributum reale sit, & antiquum, nisi dixerimus specialiter illud ibi statutum in tributo jugationis. Et ex nuper dictis nascitur nova limitatio ad *leg.* 2. *Codic.* ubi notat *Jason. num.* 2. *de jure emphyt.* cum ait emphyteutas teneri ad onera publica, ut non procedat in clerico habente emphyteusim ab Ecclesia, vel etiam à seculari: is etenim nullo modo tenebitur ad nova tributa, vel collectas.

Septimo principaliter extende, ut em- 17
phyteutæ teneantur, non solum pro tributis suorum annorum, sed etiam pro annis quibus ipsi non possederunt, sed antecessores sui, allegatur ad hoc text. cum *glos.* ubi notat *Paul. & Roman. in leg. Imperatores* ibi, *ipsa prædia non personas convenuri, ff. de publican. textus item leg.* 5. §. *fin. ff. de censibus* ibi, *ob tributa præteriti temporis*, probat *Afflict. decisione* 95. tradit item *Capyti. decis.* 20. *numer.* 6. novissime *Glosator leg.* 1. *titul.* 2. *lib.* 1. *ordin. column.* 91. est magis communis ex *Panormit. cap. pastoralis numer.* 5. *de decis.* tenet *Roman. consil.* 74. circa primum *in fine* optimus *textus in leg. penult. & fin. Codic. sine cens. vel reliq. text. leg. idem Julianus* §. *hæres, cum declaratione glos. & communis, ff. de leg.* 1. ibi etenim *J. C.* ait hæredem teneri ad onera, & tributa rei legatæ præterita: & dicunt interpretes quod tenetur in effectu, nam fiscus primum extorquebit à legatario, possessore, & legatarius ab hærede, & ita sane *glos. Bartolus, Albe. Imol. Paul. Alexandr. Aret. & Jason.* ibidem interpretantur, quicquid alibi noviores non sat recte. Juxta quam interpretationem text. ille (qui prima inspectione videbatur contradicere) confirmat nostram hanc ampliationem, tradit *Andreas Tiraquel.* 1. *retract.* §. 6. *glos.* 1. *numer.* 7. ubi citat *Specul. Albe. & Massuer.* qui hoc speciale esse in fisco asseverant, ut à quocunque possessore fundi tributarij, etiam præteriti temporis tributa non soluta extorquere possit. Accedit quod novus possessor beneficij tenetur 18
solvere jura episcopalia, etiam pro annis

præte-

præteritis, quibus author suus fructus collegit, ut ait *Zenzeli. in Clement. 1. de censib.* ubi *Cardin. quæst. 11.* Rursus, & decimas prædiales præteriti temporis novus possessor solvere cogitur *glos. cap. tua nobis c. pastoralis ad fin. de decim. Frederi. Senes. cons. 81.* incip. *laicus de prædio,* quod tamen controvertit *Chass. de Burg. rub. 4. §. 6.* super verbo è *supporter numer. 5. fol. 154.* * *Ioan. Gar-*
19 *cia de expensis cap. 11. num. 53.* sed & pensiones jam decursas, & non solutas novus successor in beneficio solvere tenetur, nisi pensionarius malit ab eo qui fructus percepit exigire: est enim in ejus electione quem malit convenire, ut concludit *Gygas de pensi. quæst. 43. Philip. Franc. in cap. fin. §. ultim. num. 4. de offic. ord. lib. 6.* tradit *Ioann. Baptist. Cacialup. eodem tract. quæst. 11.* Ratio autem hujus ampliationis est, quia pro tributis solvendis prædia censentur tacite hypo-
20 thecata *l. 1. Codic. si prop. publ. pensit. l. 1. Codic. in quib. cav. pig. tac. contr. l. 25. tit. 13. par. 5.* & non solum prædia ipsa tributaria, sed & omnia bona debentis tributum sunt pro eo obligata, ut probat dicta *l. 25.* quæ fuit opinio *Iacobi Raven.* quem retulit *Albe. dicta l. 1.* contra *Petrum* contradicentem, nimirum ergo si cum res sit hypothecata transeat cum illo onere in quemcumque successorem * & secundum prædicta fuit judicatum in senatu.

21 Adde hanc ipsam ampliationem procedere similiter in collectis, ut pro illis jam decursis, & non solutis, teneatur novus emphyteuta, seu alius quivis successor, & possessor rei, quod ita voluerũt *Paul. Alexandr. & plenius Aret. ac Iason. n. 5. in l. idem Iulianus. §. hæres cogitur, ff. deleg. 1.* * *Ioann. Garcia de expensis cap. 11. numer. 50. in fin.* quia etiam pro collectis (quanvis non sint onere mere realia ut tradit *Bart. l. rescripto. §. fin. ff. de mune. & hon.*) censentur bona illa pro quibus solvuntur tacite hypothecata, ut ante omnes dixit *Bal. in tit. de pace constan. vers. nos Romanorum, col. 4. vers. quid de collectis, & in l. 1. §. quod si nemo colũn. 4. vers. quid de secundo puncto, ff. quod ejus, univers. nomin. Paul. Aret. & Iason. dicto §. hæres. Dec. cons. 185. & pro tenui. colũn. penultim. vers. quinto facit Neguzant. de pignor. 2. p. 4. membro num. 125.* atque adeo ut glosator novus, *d. l. 25.* sequutus generalitatem illius legis, teneat etiam omnia bona debitoris censeri hypothecata pro collectis, contra *Alberi. in l. 2. Codic. in quib. cav. pig. tac. contr.* cui tamen ego magis accedo, quia nulla lege tam generalẽ hypothecam in omnibus bonis pro collectis solvendis inductam video: nam & pro decimis (quæ jure divino debentur) possessionem tantum ex qua debebant solvi obligatam reperio, & ita loquitur *Abbas dicto cap. tua nobis col. 2. glos. cap. si quis laicus 16. q. 1.* quanvis *dicta l. 25. partitarum ac Iacob. Raven. & Alber. dicta l. 1. Codic. in quib. cav. pig.* etiam generalem in casu decimarum hypothecam inductam esse asseverent.

Intellige verò prædicta omnia quod 22
emphyteuta tenetur pro tributis & collectis præteritis non solutis * quod & sequitur *Ioann. Garci. ubi supra nu. 51.* ita tamen quod habebit recursum adversus anteccssorem qui non solvit, & fructus percepit, & hæc est mens omnium communis ex text. (secundum communem intellectum ibi) in dicta *l. idem Julianus. §. hæres cogitur.*

Rursus intelligebat *Chassa. de Burg.* 23
rub. 4. §. 6. verb. support. num. 4. prædicta non procedere in usufructuario, quasi is ad tributa, & collectas præteritas non teneatur, sed pro futuro tempore ex gl. solarium ibi pro futuro tempore *d. §. hæres* cum qua omnes ibi silentio transeunt, sequitur noviſſime *P. Aven. de exeq. mand. lib. 2. c. 14. num. 15.* Sed mihi alia mẽs est, nam si proponimus prædia esse hypothecata pro tributis, & collectis, jam sequitur ad quemcumque possessorem hæc onera transire, nec hoc quisquã jure inficiabitur, & ita secure, tam in emphyteuta, quã in usufructuario, loquitur *Pyn. noster l. 1. C. de bon. mater. 2. p. pag. 256.*

Octavo amplia, ut emphyteuta teneatur ad tributa, & collectas, quan-

tumcunque contrarium pactum inierit, ut scilicet non ipse sed dominus directus tributa ac censum solvat, non valet enim talis pactio, & eo non obstante emphyteuta possessor potest conveniri, & exigi, atque ita singulariter probant in emphyteuta Principis text. optimus in *l. jus emphyteutici*, & ibi notant *Rebuff. & alij Codic. de fund. patri. lib.* 11. & generaliter *l. pen. t. & ulti. Codic. sine censu vel reliq. fun. comparat. non poss.* & probat ipsamet *Rub.* qua statuitur fundum tributarium, aut censualem, non posse emi, aut alio titulo acquiri sine censu, hoc est, eo pacto, & conditione, ut apud donatorem venditorem, aut alium collatorem obligatio census remaneat: nec sine reliquis, hoc est, sine obligatione solvendi reliquum, quod ex censu debebatur, & ita verbum illud, reliquis, exponit *Rebuff. ad Const. Galliæ tractat. de constit. redditu artic.* 1. *glos.* 15. *pag.* 419. sed & ad eandem conclusionem adest optimus text. *in l. inter dibitorem, ff. de pact.* ibi *pactis enim privatorum formam juris fiscalis convelli non placuit*, tradit *P. Paris. cons.* 52. *libr.* 1. *Neguz. de pignor.* 7. *part.* 3. *membro num.* 9. Sed tu hæc intellige, ut non valeant hujusmodi pacta in præjudicium quidem fisci, & quantum ad ejus rationem, ut loquitur text. dicta *l. inter cæterum* quoad ipsos contrahentes bene valebunt, & servanda sunt, *l. Epistola §. fin. ff. de pact.* optime *Hispanus noster Ioan. Oroſci* in dicta *l. inter debitorem.* Proinde si emphyteuta pascisatur cum domino directo, ut apud ipsum maneant onera tributorum, tale pactum servabitur inter ipsos. Limitabitur ergo *l.* 2. *hoc titul.* (quatenus emphyteutam onerat publicis functionibus) ut intelligatur, nisi aliud contrahentes pascisantur, quod pactum ipsis præjudicabit, non fisco ex his quæ nuper diximus. Limitabitur item, nisi tale pactum inter dominum, & emphyteutam à Principe fuerit confirmatum (ut dicta *l. jus emphyteutici*, secundum unam lecturam) vel adsit contraria consuetudo, ex traditis per *Deci.* (qui in fortioribus terminis consuluit) *cons.* 285. *col.* 2.

Nono amplia ut emphyteuta possessor teneatur ad tributa, & collectas, licet bona emphyteutica sint descripta in libro censuali, seu registro communitatis sub nomine alterius, ex sententia *Bald. l. si negotium, Codic. de nego. gest.* & in *l. fin. in* 3. *not. Cod. sine censu vel reliq.* ubi bonus *text.* ad hoc ibi, *& si non dum translata sit possessio censualis*, quem ad hoc, eandem conclusionem astruens: expendit *Roma. l. Imperatores numer.* 1. *ff. de publica. & Deci. cons.* 185. *& pro tenui. n.* 1. *Pynel. noster l.* 1. 2. *pagin.* 256. *vers. quarto* ampliatur, *Codic. de bon. mat.* licet à quibusdam controvertatur, ut tradit *Thomas Parpal. l. placet numer.* 41. *Codic. de Sacros. tradit Paris. de feud. fol.* 108. *n.* 4. sed non debuit controverti, quia descriptio in cēsu nō mutat rei veritatem, *l. censualis C. de don. & diximus sup. q.* 9. *numer.* 29. 25

Decimo ampliantur prædicta, ut procedat etiam in conductore ad longum tempus: nam & is ad collectas & tributa tenetur ex *Alexand. cons.* 1. *numer.* 10. *libr.* 4. *Thom. Parpa. d. l. placet num.* 48. *Mauriti. l. una pag.* 205. *Codic. de mulie. & in quo loco libr.* 10. *Pynel. d. loco ubi citat* notat per *Deci. cons.* 204. nec hoc recipit aliquam dubitationem, si concedimus conductorem ad longum tempus emphyteutæ comparari, & dominium utile ac naturalem possessionem nanciscī, quæ de re infra latius disputabitur, sed & fiet manifestius ex eo quod statim dicemus, de simplici conductore, ex quorundam sententia. 26

Dicunt enim non pauci, quod etiam simplex conductor, qui fructus percipit, debet tributa solvere, non dominus locans, & ita voluit *Ioann. Plate. l.* 1. *numer.* 2. *ad fin. Codic. de anno. & trib. lib.* 10. *Rom. in leg. Imperatores ff. de publica. Paul. cons.* 442. *libr.* 1. *in fin. Corset. in singul. verbo, locatio Franciſc. Marc. decis.* 472. *nu.* 10. & 14. ubi late agit *Iason.* ubi plures citat, *cōs.* 109. *ad fin. lib.* 1. Verūtamen hoc est intelligendum, primo in colono, seu conductore, qui omnes fructus percipit, domino 27

mino solam pensionem pecuniariam percipiente (ita enim loquuntur præcitati Doctores) vel etiam si sit colonus partiarius fructuum: alioquin si sit talis colonus partiarius, qui recipiat partem fructuum pro mercede culturæ, vel etiam solam pecuniam, qui duntaxat nudus minister est locans operas suas, vel etiam sit colonus ascriptius, originarius, vel censita, certè tunc dominus prædij solvet tributa, ut est text. ita intelligendus, & ita ibi notat *Plate. num.* 2. (licet sit in littera corruptus, deficiente negatione ante verbum cogitur) *in* l. 4. *Coaic. de agricol. & censit. lib.* 11. Rursus prædicta assertio est intelligenda in tributis tantum, quia onera realia sunt, & sequuntur rem quo vadat, ac percipientem fructus *leg. Imperatores, ff. de public. leg.* 2. *& ult. Cod. sine cēsu vel reliq.* & superius abunde probavimus & ita merito colonum percipientem omnes fructus sequuntur, secus vero in collectis quæ sunt onera non mere realia: quia imponuntur personis pro rebus, ut superius diximus, hæc etenim non sequuntur simplicem colonum, ut scribit Plate. (licet etiam in littera valde corruptus, & diminutus) in dicta *leg.* 1. *num.* 3. *column.* 1. *in fine Codic. de anno. lib.* 10. sequitur *Jason. dicto cons.* 109. *ad fin. clarius, & plenius Bald. dicto libr.* 1. *numer.* 5. *Alexandr. cons.* 4. *numer.* 4. *libr.* 5. *Luca. de fisco.* 3. *part. numer.* 19. quatenus de collectis loquitur, licet dum de decimis loquitur manifeste erret, ut patet ex text. & *Panormitan.* ibi *numer.* 14. in cap. tua nobis de decimis. Item intellige, nisi sit consuetudo in Regione quod dominus locator prædij solvere debeat tributa, & onera realia, non colonus, illa etenim servari debet; quia in his plurimum valet consuetudo *ex glos. fin. Plate. numer.* 3. & alijs in dicta *leg.* 1. *Codic. de anno. libr.* 10. & *Marc.* ubi supra, & juxta prædicta expones hunc articulum de simplici colono, an ad tributa teneatur quicquid nostri moderni, Hispani circa illum involute scribant magnas excitantes tragedias, & contradictiones, ubi nullæ sunt.

28 Sed pro materia exacta resolutione oportet ea quæ circa emphyteutam, & cōsimiles personas hactenus diximus, tantisper restringere, ac limitare. Et sit prima restrictio, ut non procedant in emphyteutis patrimonialium fundorum, & ita in emphyteuta Principis, qui non tenetur ad onera, & indictiones extraordinarias: in illis enim satis est quod ordinariam collectam, sive in auro, sive in fiumento præstare coguntur, unde extraordinarijs functionibus ulterius fatigari non debent, & ita decernitur *in leg.* 1. & 2. *Codic. de colla. fund. patrimon. & emphyteut. libr.* 11. & utrobique notat *Bart. Plate. Rebuffus, & alij.* Quod est valde notandum ad emphyteuses bonorum Coronæ, & domus Armamentarij, quæ sunt emphyteuses Principis, ut qui eas habent ulterius pro illis bonis ad novas indictiones non teneantur, quod tamen male servatur. Et hinc etiam satis ad praxim adnotabat *Rebuffus dicta leg.* 2. quod si pro vino, vel oleo aliquarum terrarum, solvatur quartum Principi (ut fere in omnibus terris Regalengis hujus Regni) debeant possessores earundem terrarum esse immunes ab alijs indictionibus pro eisdem terris, ne duplici tributo graventur, argum. text. *dicta lege* 2. *vers. cum eodem, & leg. privatæ Codic. de excusat. muner. & leg. evidenter eodem titul. & leg.* 1. *Codic. ut rustica. ad nullum offic. devot.* præterquam si inexcusabilis immineret necessitas *leg.* 1. *Codic. ut nemi. in empti. spti. li. se. excu. lib.* 10. *& l.* 1. *& ultim. Cod. qu. mune. vel præst. non li. se. excu. eodem libro cum late congestis à Dueñas regul.* 100. *limit.* 12. *Chassan. in Cathal. glor. mun.* 5. *part. consider.* 20. *numer.* 119. nam subsistente maxima necessitate privilegia excusationum non valent, *Paul.* & addit *l. divus ff. de peti. hæred.* quod etiam (ut ipse *Rebuffus ait*) male servant communitates: quia in taxatione taliarum deberent relevare res jam oneratas alijs oneribus, & tributis, ne super eadem re duplex imponatur onus, quod est maxime vitandum, *glos. & Bart. leg. una Codic. de mulie. & in quo loco Lucas in leg.* 3. *column.* 2. *Cod. de fund. limitro. libr.* 11. multos citando

Deci. conſ. 185. *num.* 4. *verſ. tertio Chaſſan.* ubi ſupra *conſider.* 24. *num.* 109. & melius *num.* 193. & hæc fuit mens legis Regni *li.* 2. *tit.* 16. §. 20. *incip. os labradores,* & §. *ſeq. in novis tit.* 33. §. 22. quo loco decernitur eos qui ſolvunt alia tributa non adſtringendos ad tributum jugationis.

Licet autem emphyteutæ Principis ab extraordinarijs indictionibus, ſeu muneribus ſint immunes, non tamen eximuntur ab illis oneribus extraordinarijs quæ pietatis, ac communis utilitatis rationem habent: uti ſunt inſtructiones viarum, reparationes murorum, fontium, aut pontium ut probat text. in dict. leg. 1. *Codic. de collat. fund. patrim.* nec mirum, nam, & Eccleſiæ & Eccleſiaſticæ perſonæ illa munera ſubeunt *leg. ad inſtructionem,* & ibi *Doctores communiter Codic. de Sacroſanct. Eccleſ.* & plurimi congeſti à *P. Dueñas dicta reg.* 100. *num.* 16. tradit noviſſimè *P. Avenda. lib.* 2. *de exequend. mandat. cap.* 14. *num.* 19. & 21. ubi declarat.

29 Secundo reſtringe prædicta, niſi aliter ſe habeat præſcripta conſuetudo, ut videlicet domini prædiorum, ſolvant, illa etenim ſervanda erit, quia in ſolutionibus collectarum, & tributorum plurimum valet *gloſ. Plate. numer.* 3. & alij, *in leg.* 2. *Codic. de annon. & tribu. lib.* 10. *leg. litibus* §. *hæc de reddit. Codic. de agricol. & cenſit. libr.* 11. *l. cenſus ff. de probat. Bald. conſil.* 365. *ſicut hactenus libr.* 3. *Dec. conſil.* 285. *n.* 2. *col.* 2. *in princ. ubi ad hoc ipſa citat Bald. l. fin. col. fin. Codic. ſine cenſu vel reliq. Avenda. ubi ſupra c.* 14. *num.* 20. atque adeo quod etiam minores ligat, ut eſt *text.* ad multa proficuus (cui meminit *gloſ.* & *Plate. dicto numer.* 3.) *in l. ſi ſine hærede,* §. *lucius, ff. de admi. tuto.* quem eleganter adnotat ibi *Bart.* ad hoc quod conſuetudo rem reſpiciens etiam minores, & pupillos ligat, meminit (dicens eſſe ſing.) *Bald. c. ultim. col.* 3. *verſ. ultim. de materia conſuet.* ex eo etiam notant alij legem retractus, & ſtatuta de compromittendo inter conſanguineos, comprehendere etiam minores, ut tradit *Tiraq. lib.* 1. *retract.* §. 1. *gl.* 13. *nu.* 13. confert quod circa clericos ſcripſit *Specul. de cleric. conjug. num.* 5. *Bald. leg. ad collationem Codic. de auro coronalib.* 10. *Pariſ. conſ.* 27. *lib.* 1. & *numer.* 32. *Remigi. de gomm. in tract. de charita. ſubſid. pag.* 238. *cum ſeq.* & *Roch. de conſuetud. n.* 511. Sed, & alter poteſt induci text. *in dicto* §. *lucius, ut tradit Gomez leg* 45. *Tauri. num.* 25.

Tertio reſtringe, niſi emphyteuta ſit forenſis in loco ubi collecta imponitur illa ſiquidem imponi non poteſt niſi ſubditis, *Bart. leg. libertus* §. *ſola ff. ad municipal. text.* ubi *Bart. in leg. reſcripto* §. *ultim. ff. de mun. & hono. & in leg. munerum* §. *patrimoniorum in fine eodem titulo & in lege* 1. *column.* 5. *Codic. de mulie.* & in quo loco, & *in leg. cum neque not.* 1. *Codic. de incolis libr.* 10. & plerique alij quos citati per *Deci. dict. conſ.* 285. *num.* 4. Verum hæc recepta opinio non ſervatur de conſuetudine generali, ſecundum quam, ubi quis poſſidet, ibi collectam patitur: & ideo etiam forenſibus imponuntur in loco ubi prædia poſſident, ut pluribus relatis tradit *Alexand. cōſ.* 52. *viſis his, lib.* 5. & cum multis refert *Deci. dicto conſ. num.* 1. in fine, & quanvis ibid. *column. fin.* aliud pro exigentia facti ſuadere conetur attamen ipſemet *Deci. conſi.* 694. prędictam conſuetudinem, etiã de jure veram eſſe latiſſimè contendit, & recte cui adde *Guydo. deciſ.* 87. Quia verò articulum iſtum ex noviſſimis optimè tractat *Avend. de exequendis mandat. cap.* 14. *ex num.* 18. ne amplius morer illuc te remitto. Adde *f. Marc. quæſt.* 459. 460.

Quarto reſtringe, niſi collecta ſit impoſita ſecundum æſtimum (ut doctorum voce utar) quia tunc non attenditur poſſeſſio bonorum, ſed ſolum æſtimum, ſeu allibratio, ut dicit *Angel. leg. fin. Codic. ſine cenſu, vel reliq. Bald. leg.* 1. §. *quod ſi nemo column. antepe. verſ. ſuper tertio pũcto, ff. quod cujus univ. no.* ſequitur plene *Deci. d. conſ.* 285. *num.* 5. unde hoc caſu non debet emphyteuta poſſeſſor moleſtari, ne contingat pro eiſdē bonis emphyteuticis collectam bis ſolvi, & de his hactenus, cætera colliges ex collectarum, & tributorum tractatibus *Mar. quæſtione* 459. & 490. *Par. conſ.* 25. *leg.* 1.

Poſſeſſio

SUMMARIA.

1 POsſeſsio emphyteutæ, & feudatarij quæ & cōductoris ad lōgū tēpus, n. 2. & uſufructuarij num. 3. & 6.
4 Quaſi poſſeſsio an detur ſuper utili dom.
5 Poſſeſsio an ſit duplex.
7 Civilis poſſeſsio an trahat ad ſe naturalem & è contra.
8 Poſſeſſoris remedia quibus poteſt uti dominus directus adverſus emphyteutam, ſi rē nō demitti finita emphyteuſi, & n. 10.
9 Dominus directus an poſsit expellere ēphyt. propria authorit. & quid in feudo.
11 Dominus directus an poſsit propria authoritate deſtruere opus quod emphyteuta fecerit finita emphyteuſi.
11 Dominus directus an poſsit agere poſſeſſorio, ſi ejus emphyteuta fuerit expulſus de fundo.
13 Emphyteuta an domino noceat in ſua poſſeſſ. tradēdo rē alteri verè, vel ficte, & quid in uſufructuario, n. 14. & declaratur §. ſi cōductor l. quāvis, ff. de acq. po. n. 15.
16 Dominus directus qualiter aget adverſus tertium injuſtum poſſeſſorē, & de remedijs c. ſæpe, & cano. reintegranda.
17 L. fin. Cod. de acq. poſſ. intellectus, & an habeat locum in emphyteuta.
18 Clauſula cōſtit. in ēphyt. & n. 19. & 20.
21 Reivendicatio an detur contra civilem tantum poſſeſſorem.
22 Poſſeſſoria remedia emphyteutæ competentia, quæ.
23 Novū opus qualiter poſsit emphyteuta nūtiare, & an adverſus ipſū dominū, & an ædificatū deſtruere, & quid è cōtra n. 24.
25 Hæres ēphyteutæ, an ſit ſaicitus ex ſtatuto Frācīæ, & quid in filio ſuo hær. n. 27.
26 Emphyteuſes, & feuda apud Gallos jure patrimonium cenſetur.
28 Succeſſor emphyteuſis, aut alia perſona nominata ad emphyteuſim, an teneatur inveſtituram petere à domino, vel poſsit eo irrequiſito poſſeſsionem capere.
29 Subemphyteuſi facta, an poſsideat primus vel ſecundus emphyteuta.
30 Præſcriptio emphyteuſis, an procedat à poſſeſsione naturalis emphyteutæ, & quæ poſſeſsio ſufficiat ad præſcribendum.
31 Poſſeſsio naturalis conjuncta civili, an retineatur in abſentia ſicuti ſola naturalis.
32 Colonus emphyteutæ, an ipſi queat præjudicare in ſua poſſeſsione, & de intellectu l. peregre §. quibus explicitis ff. de acq poſ. & leg. fin. Cod. eod.
33 Poſſeſsio an videatur tradita emphyteutæ ſi de conſenſu domini recipiat penſiones à colonis.
44 Princeps an poſsit penſionem transferre ſine ullo actu corporeo, & aliqua de poſſeſsione quam dicunt civiliſsimam.
35 Princeps ſi concedat licentiam ingredi endi fundum, an per hoc videatur translata poſſeſsio.
36 Emphyteuſi facta duobus, an primus poſsit ſe opponere traditione quam dominus vult facere ſecundo.

Quæstio decima octava. Qualis poſſeſſio quæratur emphyteutæ, & qualis maneat apud dominum directum, & de eorum effectibus.

IN hac quæſtione communiter reſolutū 1
eſt, quod emphyteuta, & feudatarius poſſidēt naturaliter, dominus autem directus poſſidet civiliter, ita *gloſ. Bart. Paul. Alexand. numer. 6. & 20. Jaſon. num. 44.* & alij *in leg. 3. §. ex contrario, ff. de acq. poſſ. gl. leg. ſi ut certo §. ſi duobus ff. cōmoda Bart. n. 4. Bald. col. 2. in l. 2. C. de jur. ēphyt. Azo. in ſumma C. de acq. poſſ. col. 4. in princ. Specul.* ubi latè probat *in tit. de emphyteuſi. verſi. 46. n. 59. Bart. Alexand. Iaſon* (dicēs hoc eſſe expeditum in jure) *n. 15.* & alij *in l. naturaliter in princ. ff. de acq. poſſ. idem Bart. Alex. Aret. l. interdū §. eod. tit. Fulg. conſ. numer. 3. Alciat. poſt gloſ. & omnes in l. 1. titul. nu. 23. in fin. Tiraq. in tract. le mort. in 6. declarat. 4. partis numer. 11. & iterum in 5. declaratione, & in tract. de Cōſtituto. 3. part. limit. 3. num. 7. Carol. Ruyn. cōſ. 156. num. 6. vol. 1. Paris de re integr. feud. fol. 30. num. 13. & fol. 98. num. 2. D. Covar. in reg. poſſeſſor. lib. 6. in 2. part. in princip. num. 4. gloſ. Greger. l. 5. titul. 30. partit. 3.*

ubi

ubi text. appellat emphyteutam, feudatarium, & usufructuarium, simpliciter possessores: sed debet intelligi de naturali quæ à dominio utili, seu jure ususfructus causã habet, ut ait *Bart. leg. si quis in tantam, num.* 19. *Codic. unde vi* possidet autem emphyteuta naturaliter suo jure, & nomine, non vero pro domino directo *leg. sciendum vers.* 1. *ff. qui satis cog.* & bene probat *Specul. dicto numero* 59. late *Jason. dicta leg. naturaliter numer.* 1. & 2. & est passim receptum.

2 Nec id solum in emphyteuta: sed adhuc in conductore ad longum tempus, ut, & is naturalem possessionem habeat, resolvunt interpretes, ex sententia *glos. magnæ, in dicto* §. *si duobus*, ibi, *idem in eo colono*, & ex text. *cum glos. leg. si quis ante, verbo*, novissimè ibi, *non ad modicum tempus ff. de acq. poss. Bart. l.* 1. §. *interdictum num.* 11. *ff. uti possid.* accedit *glos. l. quæro*, §. *inter locatorem, verbo biennij, in fin. ff. locati expresse Jason. dicto* §. *ex contrario num.* 48. & *in dicta leg. naturaliter numer.* 15. *Tiraq. in* 1. *retract.* §. 1. *glos.* 14. *ex n.* 79. *Aug. Bero. quæst.* 47. *num.* 1. *Fulgos. cõs.* 2. *Carol. Ruy. cons.* 156. *num.* 6. *lib.* 1. *pleno sermone Anton. Gomez* (ubi enumerat omnes qui habent naturalem tantum possessionem) *in leg.* 45. *Tauri. numer.* 100. proinde periclitatur allegatio text. *in leg. Attilius, Regulus ff. de donat.* ibi etenim habitatio fuit donata. Nicostrato præceptori ad vitam ipsius, ut text. non obscure determinat, & sic ad longum tempus, unde text. ille non probat vulgarem allegationem, quod etiam simplici detentatori (quales sunt colonus inquilinus, & alij) conceditur etiam officium judicis, seu actio in factum pro tuenda sua detentatione, ut adnotavit ibi (per illum textum, & glos.) *Paul. nu.* 5. *& in l. ut pomum, ff. de servitut.* & pro recuperãda ut *in l. manifestissimi* §. *sed cum in secũdã, & ibi glos. & Paul. num.* 2. *Codic. de furt. Panormit. cap. contingit colum. fin. de dolo, & contu.* latissimè *Anton. Gomez dict. leg.* 45. *Tauri. numer.* 12. *Bart.* & alij *ubi pulchre Ripa. ex numer.* 18. *in l. rem quæ nobis ff. acq. possess. Decii. cons.* 355. Non inficior tamen theoricam illam vulgo esse receptam, & in praxi observari, pro qua etiam citatur *glos. in leg. & non tamen ff. de petit. hæred.* & sic ex authoritate glosarum magis sustinetur quam ex illo text.

In usufructuario etiam (ut illum non 3
præteream, quia ad rem quoque nostram faciat) receptior est opinio, quod naturaliter possidet ipsam rem, per text. cum glos. Joan. ibi communiter approbata secundum *Jason. numer.* 5. *post alios, in leg. naturaliter ff. acq. poss. & per l. possessio in princ. ff. eodem*, & agnoscunt plerique ex *supra allegatis numer.* 1. & est communis secundum *Tiraq. in tract. le mort.* 3. *part. declara.* 1. *numer.* 4. quod ipsum fatetur *D. Covar. de reg. possessor.* 2. *part. in princ. numer.* 5. ea tamen adjecta declaratione, quod licet in re ipsa habeat duntaxat naturalem possessionem attamen in ipso jure ususfructus habet quasi civilem, & naturalem: ex sententia *glos. l. ait prætor* §. *item ei, verbo, quasi ff. ex quibus caus. mat. Bart. dict. leg. naturaliter in princ. &* ibi *Paul. ad fin. Alex. num.* 5. & 6. & pulchre *column. pen. ff. acq. poss.* & *dicto* §. *ex contrario nu.* 30. & 45. *Alex. numer.* 51. *Jason. leg.* 1. *num.* 62. & ibi *Alci. numer.* 30. *eod. titul. Paul. in l. fin. Codic. de præscri. long. temp. in fin. Balb. de præscript.* 4. *part. princip. quæst.* 9. *numer.* 1. *Covarr.* ubi supra *numer.* 4. *Gomez de contractibus cap.* 15. *num.* 25. *& plenius dict. l.* 45. *Tauri. num.* 100. quæ doctrina domino rei non applicatur, sive directo, sive utili (quantum ego opinor) quia in domino non est dare quasi possessionem ex successive patientia ejus qui tradidit sicuti datur in usufructu, & alijs juribus incorporalibus *leg.* 3. §. *dare ff. de usufruct. l. quoties* 2. *ff. de servitut.* ut advertit *Jason. late declarans dicta l. naturaliter numer.* 18. & 19. Cui consequens est, 4
ut emphyteuta, & similes personæ non possint dici habere quasi civilem, & naturalem possessionem, in suo utili dominio emphyteutico, vel feudali: quod mihi mirabiliter scripsit *Baldus cap.* 1. *num.* 5. quid sit investitura quamvis *Jason. dicto numer.* 19. de domino directo tantum loquens aliud inuat in dominio utili, & omnes ita velint *in leg.* 1. *ff. de acq. posse.* promiscue loquendo de usufructuario, & emphyteuta,

&

& expresse *Alexand. numer. 54. & Balbus* etiam in utili dominio emphyteutæ, sicuti in jure ususfructus, dari quasi possessionem civilem, & naturalem scripserit *in dicta q.9. nu. 2. allegando Bart. & Paul.* quibusdam in locis, ubi de dominio utili non loquuntur, sed & *Iason. in alleg.* §. ex contrario *num.* 45. nuncupatim scripsit, emphyteutam habere quasi possessionem civilem & naturalem super jure suo emphyteutico, dicens quod hæc est mera veritas.

5 Et hæc sunt vulgo ab interpretibus tradita, præmissa magis communi opinione quæ duas separatas species possessionis constituit, naturalem videlicet, & civilem, ex sententia *Ioan. & Accurs. in l. 1. ff. de acq. poss.* quam tutiorem, & magis communem profitetur *Salyc. l. licet, num.9. ad fin. Codic. de acq. poss.* & latissime *Gomez. l. 45. Tauri num. 19. Rebuff. 3. tom. ad leg. Galliæ tract. de mater. possess. in prin.* & probavit *lex partit. 2. tit. 39. partit. 3.* & ibi *Modernus glosator*, quanvis recentiores fere omnes contrarium scripserint cum *Azone*, qui unicam tantum speciem esse dixit, naturalem videlicet, quæ corpore tenetur, & in rei absentia eadem civilis nuncupatur, & sic unica tantum sit possessio, cujus civilis, & naturalis, quædam sint qualitates, accedit (alios referens) *D. Covarru. d. reg. possessor. in princi. 2. part. num. 5. ad fin.* & *acutissimus Franciscus Gall. lib. 3. jur. civil. cap. 10.* sed est verbalis magis quam realis controversia, quia quoad juris effectus in idem reincidunt opinio Azonis cum opinione communi: quemadmodum eleganter, ut solet, advertit *Alciat. dicta l. 1. num. 22. ad fin.* & jam olim id sensit *Butricar. ex relatione Salyc. dicta l. licet nu. 9.* ad docendum tamen facilior est opinio communis, & ita praxis eam magis recepit.

6. Quanvis autem supra scripta omnia frequentius sint recepta, ego semper verius sum arbitratus, quod emphyteuta, & vassallus naturaliter, & civiliter possident: quia sibi, & nomine suo proprio possident corpore, & animo, & domini utiles sunt, & tanquam domini rerum fructus percipiunt; dominus autem directus nequaquam possessor sit, sed ratione sui dominij, jus habeat tantum percipiendi pensionem ab emphyteuta, & servitium à vassallo, nec enim aliud ex Iure Consultorum responsis, aut Cæsarum placitis possum colligere, & *leg. sciendum, ff. qui satis cog.* simpliciter possessorem appellat. Nec mihi negotium facit quod vers. sequés ejusdem legis proprietarium etiam possessorem facit, nam non est intelligendus de domino directo, sed respectu usufructuarij, qui statim negatur esse possessor. Et illius text. etiam argumento probabilius esse puto, adversus receptam sententiam, usufructuarium nec naturaliter, nec civiliter possidere: quia fruitur re non ut sua, sed ut aliena, & tanquam procurator *leg. 1. §. fi. ff. de nov. oper. leg. 1. §. fin. ff. usufru.* quemad. cav. naturaliter possidere autem nemo potest rem nisi suam, aut ut suam, *l. acquiritur ad fin. ff. de acq. rer. dom.* unde *Vlpianus* dixit usufructuarium videre possidere *leg. naturaliter ff. acq. poss.* non autem possidere, & *leg. certe §. is qui. ff. de precar. & in dicta l. acquiritur, in fin.* simpliciter dicitur quod non possidet, & hæc opinio multis alijs argumentis instruitur, quæ tradidit *Iason.* (ad utranque partem disputans) in dicta *leg. naturaliter ex num. 6.* ubi *Bald. Cuma. Aret. & Roma.* idem tenuerunt, & ex antiquioribus *Iacob. Raven. leg. 1. eodem tit. Guilli. leg. licet. C. eod.* & voluit *Theophyl.* ut expendit *Covar. reg. possessor. in dicto princ. 2. part. num. 4. & 5.* & nemine relato *Franciscus Gallus libr. 3. jur. civil. cap. 10. pagin. 276.* qui & in superiore opinione de vassallo, & emphyteuta nobiscum sentit. Sed quia non soleo ab inveteratis sententijs recedere, saltem in hoc scribendi genere, regredior ad communes opiniones, & teneo emphyteutã vasallum & ad longum tempus conductorem, naturaliter tantum possidere, similiter, & usufructuarium, quanvis hic naturaliter, & civiliter quasi possideat jus ususfructus, illi vero non ita: quia in dominio (ut nos opinamur) non datur

quasi

quasi possessio: dominus vero directus civilem habeat tantum. Ex qua resolutione multa inferuntur, quorum aliqua exponam, prius de civili possessione domini directi agens, postea verò de naturali.

7 Et primo, ex civili possessione quam directus dominus habet, consequitur quod finita emphyteusi, vel feudo, illa civilis trahit ad se naturalem, ut eleganter dixit *Bald. l. 1. numer. 38. ff. de rer. divi.* meminit *glos. l. 2. tit. 30. par. 3. Tiraq. tract. lemort. part. 3. decla. 2. n. 3. * mod. Parisi.* sicuti è contra naturalis quandoque trahit ad se civilem: ut in eo qui absente domino ingressus est feudum, ad quem dominus civilis possessor non regreditur, quia suspicatur se posse repelli: tunc enim illa civilis domini trahitur ad naturalem spoliatoris, juxta glos. communiter receptam, *in l. sed si nolit ff. de acq. poss. ut per Iason. in §. qui ad nundinas numer. 40. * & numer. ultim. Gomez. l. 45. Tauri. num. 104. Castillo. l. 17. Tau. n. 73. & Bald. ubi supra.* Sed utraque doctrina falsa videtur: nam nec civilis trahit ad se naturalem emphyteusis finitæ, nisi rursus apprehendatur, nec civilis est dignior naturali, quidquid dicat *Bal. l. data colūn. fin. Codic. qui accu. poss.* nec naturalis possessor injustus potest trahere ad se civilem spoliati, quia non datur apud aliquem possessio civilis (quæ idem est quod legitima *l. nemo Codic. de acqui. poss.*) nisi sit justa. *Alciat. l. quæstio. ad fin. ff. de verborum significatione* quanvis enim naturalis possessio quandoque possit esse injusta, ut probat *Alciat. dicta l. quæstio* & aliquot operetur effectus, ut colligitur *ex l. 1. §. fin. cum l. seq. ff. uti poss.* civilis tamen non potest esse, nisi justa. *l. 1. ff. de just.* & *jure*, & consequenter non potest consistere apud spoliatorem qui est injustus possessor.

8 Licet autem (quantum ego opinor) civilis possessio domini directi non trahat ad se naturalem emphyteutæ finita emphyteusi attamen si vassallus, vel emphyteuta nolint finita emphyteusi ex tempore, vel ex causa commissi, rem dimittere, poterit directus dominus agere adversus eos interdicto ut possidetis, ut naturalem possessionem dimittant, & ab illa molestia desistant: quia per detentionem possessionis naturalis videntur directo domino molestiam inferre in sua civili, & ab eo vi, clam, vel præcario, naturaliter possidere, *ita Bart. l. 1. §. quod ait Prætor. numer. 17. ff. uti possess.* cui consequens est, quod idē dominus directus, si omissa via juris velit emphyteutam rei indebitæ insistentem turbare, poterit quidem impune, nec adversus ipsum juvabitur interdicto uti possidetis: ut in terminis voluit *Bart. l. 2. numer. 4. Codic. de jur. emphyt.* & ibi quoque *Angel. colūn. 2.* nec improbat *Iason. numer. 103.* nimirum quia interdictum uti possidetis non datur possidenti vi, clam, vel præcario ab adversario *l. 1. §. fin. ff. uti possid.* latissimè *Gom. l. 45. Tauri. numer. 169.* Sed & poterit interdicto unde vi experiri, quod datur etiam civili possessori. *l. 1. §. dejicitur, ff. de vi. Tiraq. de constit. 2. part. ampl. 11.* nam emphyteuta finito tempore non restituens valetur spoliare, *Bald. cons. 177. col. 1. lib. 3.* quia possessio naturalis censetur injusta finita ipsius causa, ut per *Tiraq. tract. lemort. 3. part. declar. 1. numer. 4.* imo (quod magis est) poterit propria authoritate expellere emphyteutam in continenti ex doctrina glos. & *Bart. l. 1. §. interdictum numer. 3 ff. ut poss.* ubi 9
docuit, quod sicut violentum possessorem vi possum repellere in continenti *l. 1. §. 1. vim vi. l. 3. §. cum igitur ff. de vi & vi arma.* ita quoque clandestinum qui me turbat in mea possessione civili possum in continenti propria authoritate repellere sequitur late *Iason. l. clam. possidere §. qui ad nundinas num. 24. & 53.* ubi testatur communiter receptum *ex Ludov. Roman. & Aret.* ibi *ff. acq. poss. Afflict. decis. 403. numer. 7. Guyd. q. 356. Castillo. l. 17. Tauri. num. 70. versi. quartus, Rebuf. 3. tom. pag. 227. nu. 15. Gom. dicta le. 45. Taur. numer. 124.* accedit quod de usufructuario propria authoritate expellendo finito usufructu, tradit *Tiraq. d. tract. lemort. 3. part. declara. 1. n. 15.* dicitur autem cō-

tinen-

tinenti secundum *Bart.* in loco præcitato, quousq; vitiosus possessor rē dimittat, & secundum prædicta accipitur, *leg.* 2. verbo, *repellere, Codic. de jur. emphyt.* quanvis *Bart. dict. num.* 4. contra doceat: quem licet defendat *Socin.d.* §. *qui ad nundinas n.* 12. *Jason.* 24. & sint in eo articulo variæ opiniones, ut seriatim refert *Jas.d.* l. 2. *ex nu.* 101. & plene *Jacob. in Authent. qui rem ex nu.* 86. *& de Sacros. Eccles.* receptius tamē est posse emphyteutam à domino propria authoritate repelli finita emphyteusi caducitate ob cessationem solutionis. ut constat ex *Jason. & Jacobi.* ubi supra *Alexand. cōs.* 131. *num.* 3. *lib.* 4. *Socin. cons.* 167. *nu.* 15. *vol.* 2. *& Deci.* qui testatur communem cōs. 146. *nu.* 7. *Gozad. cons.* 86. *nu.* 9. *Aciat. l.* 1. §. *nuntiatio. nu.* 2. *in fin. ff. de no. op.* quanvis tertius qui habet ab emphyteuta, licet domino irrequisito, non possit propria authoritate repelli ab eo secundum *Fulgos. cons.* 2. *numer.* 3. *&* 4. *& Afflict. decis.* 97. quod, & voluit in usufructuario, contra *Chassaneum, Tiraq. d. declara.* 1. *nu.* 9. Consultius tamen semper fecerit dominus directus si judicis authoritate utatur, ut pleniori stylo dicemus infra *in* 4. *part.* In feudo autem tradit *Afflict. decis.* 392. *nu.* 19. *Paris. de reintegr. feud. fol.* 19. *col.* 4. *cum seq.* * sed de hac quæstione latius infra *in* 4. *part.*

9 10 Porró si non sit finita emphyteusis, sed emphyteuta in solutione canonis cessando, dominum destituat quasi possessione percipiendi suas pensiones, poterit quidem agere utili interdicto *ex capit. quærelam in fin. de elect. & leg. litibus Codic. de agri. libr.* 12. ut aliàs in feudo inquit *Iserni. in prælud. feud. numer.* 46. *Paris. de feudis fol.* 124. *numer.* 19. & agit eleganter *Gomez dict. leg.* 45. *nu.* 172. *Tiraq. de retra. fol.* 23. *num.* 12. *& fol.* 240. *nu.* 79. optime *Capel. Tolos.* 59. & ejus additio.

11 Quod si finita emphyteusi non solum rei insistat, sed in emphyteutico solo aliquod opus construat, poterit absque dubio dominus directus illud destruere propria authoritate ex *Bartholo dict.* §. *nuntiatio nu.* 2. quod unusquisque potest propria authoritate demoliri ædificatum à tertio in re à se possessa *leg. si vitem* §. *qui ad januam*, ubi idem *Bartholus quod vi aut clam. leg. quemadmodum* §. 1. *ff. ad leg. aq.* & eadem ratione licebit occupare l. *si in area ff. cond. inde* tradunt *Alcia. Claud. Roy. nu.* 6. *Herman. n.* 5. & alij *dict.* §. *nuntiatio. Gomez d. leg.* 45. *n.* 124. docuit idem *Bart. a.* §. *interdictum num.* 3. *in fin. Raven. cap.* 1. *de immun. Eccles. num.* 6.

12 Secundo civilis possessio, quam dominus directus habet in fundo emphyteutico, alium habet effectum: quod si emphyteuta expellatur de fundo poterit directus dominus agere interdicto uti possidetis adversus dejectorem: quia per expulsionem emphyteutæ turbatur dominus in sua possessione civili: ita *Bartholus eleganter leg.* 1. §. *quod ait Prætor. numer.* 7. *ff. uti poss. ff.* Sic denique adversus dejectorem competunt in hac specie duo interdicta, interdictum videlicet recuperandæ, quod datur ipsi emphyteutæ sua naturali possessione spoliato *leg.* 1. §. *dejicitur ff. de vi & vi arma.* & interdictum uti possidetis; quod datur domino adversus eundem dejectorem pro sua civili, ut per *Bartholum dict. numer.* 7. nec altera actio alteram consumet; ipsi autē domino non dabitur hoc casu interdictum unde vi, quia ipse non est spoliatus *leg.* 3. *unde vi, ff. de vi & vi arm.* utetur autem alijs remedijs, ut in feudo scribit *Paris. de feudis fol.* 98. *cap. an comes.* * & ita teneas, quanvis *Guilliel. cap. Raymutius verb. & uxorem numer.* 417. *de test.* dicat quod in possessorijs non auditur dominus concurrēs cum emphyteuta, quem vide in materia, & *num.* 418.

13 Sed quid si ipse emphyteuta alteri rem emphyteuticam sine domini consensu tradat? Et magis est, ut non solum suam naturalem amittat, sed adhuc domino noceat privando eum possessione civili, argum. *leg. peregre.* §. *quibus explicitis ff. acq. poss.* quæ licet in colono tantum loquatur extenditur tamen ad naturalem possessorem, ex sententia *glos. fin. leg. interdum* §. *fin. ff. acq. poss.* cum qua doctores transeunt communiter secūdū *Carol. Ruyn. d. cons.* 156. *num.*

5. &

5. & ipse quoque eam sequitur. Adde singularius ex sententia ejusdem *glos. fin.* id non solum procedere quando emphyteuta rem alteri vere, & realiter tradiderit, sed etiam si per conductionem, vel constitutum, aut alio ficto modo tradat: hoc enim aperte glos. insinuat, dum loquitur in possessore precario quam *glos.* & in conductore ad lõgum tempus procedere volunt *Angelus Cuman. Alexand. numer. 5. in lege quamvis, §. si conductor, ff. acq. possess. Tiraq. de constit. 3. part. limitat. 14. num.* 11. & in emphyteuta probavit *Carol. Ruyn. dicto cons.* 156. *num.* 6 & ita teneo, quamvis *Imol. Paul. Alexand. column. 2. dicto §. fin.* restringant illam glosam ad naturalem possessorem ex vi precarij: quia (inquiunt) super hujusmodi possessione requiescit civilis possessio domini: ac proinde si esset naturalis possessio super qua domini civilis possessio non requiesceret (qualis est possessio naturalis usufructuarij, qui suo jure naturaliter possidet) dicunt ipsi, hujusmodi possessor nequiret præjudicare domino in sua civili, non solum tradendo alteri rem per actum fictum, sed nec per veram, & realem traditionem, juxta *glos. celebrem leg. 1. in fine ff. usufruct. quemadmodum cav. & in leg. 3. §. unde vi. ff. de vi & vi armat.* sensit *gl. unica Codic. uti poss.* docent *Bart. & Paul. num. 6. in dicto §. quibus explicitis Bart. leg. 1. §. non alij in fin. ff. de vi & vi arma. Tiraq. dict. limit. 14. num. 9.* licet idem *in tract. lemort. 3. part. declarat. 1. num. 9. distingat, & male* & idem in emphyteuta (æquantes eum usufructuario) scribunt *Beroi. d. q. 47. num. 11. & Catelia. in memorabilib. verbo, possessio civilis*, quasi quod possessio civilis domini directi non adhæreat, nec requiescat super naturali emphyteutæ, vel vassalli. Sed ergo illis non consentio, diversam enim esse causam existimo usufructuarij, qui possidet naturaliter non recognoscendo proprietarium ab emphyteuta, vassallo, & conductore ad longum tempus, qui naturaliter possident, sed tamen recognoscendo directum dominum: unde civilis domini videtur illorum naturali possessioni adhærere, & accedere atque ideo quamvis usufructuarius tradendo rem vere vel ficte non noceat domino tamen emphyteuta etiam ficte tradẽdo bene nocebit, & dominum civili privabit. Iuxta quæ explicari debet text. *dicto §. si conductor*, quo probatur (secundum communem intellectum) simplicem colonum non posse per fictas traditiones privare dominum sua possessione, & per illum textum *Bartolus leg. 3. §. in ammittenda in fine &* ibi *Iason. numero 8. & in leg. 1. numer. 109. eodem titulo Salyc. leg. fin. in fin. Codic. de acquir. possess.* plene *Tiraq. dict. limit. 14. numer. 1. Beroi.* ubi supra *numer. 7. Gom. leg. 45. Taur. numer. 66. ad fin.* & novo sensu declarans *Francisc. Con. lib. 3. jur. civil. cap. 9. num. 6.* ut non procedat in emphyteuta, vassallo, conductore ad longum tempus: hi etenim præjudicant dominis directis, non solum per veras traditiones, sed etiam per fictas ex sententia *glos. dict. §. fin.* & eorum quos supra citavimus: quicquid alij scribant, quãvis in usufructuario sit secus, quia nec vere, nec ficte tradendo privat dominum sua civili, in quo omnes consentiunt.

Sed cur (inquies) emphyteuta privat dominum possessione civili si rem alteri tradat etiam ficte, colonus autem ficte tradendo non privat? Et in promptu est ratio ex supra scriptis, quia tradendo ficte suam naturalem (ut potest juxta *dict. leg. interdũ, §. fin. Gomez dict. leg. 45. numer. 79.* naturalis trahit in consequentiam civilem domini, quæ illi naturali adhæret: at colonus, cum nullo modo possideat *dict. §. quibus leg. si quis ante §. 1. ff. de acquir. possess. leg. fin. Cod. eod. leg. male agitur Codic. præscr. XXX. anno.* non habet fictio juris super quo consistat, & ita debet explicari ratio *Dyni. Bart. & Paul. dict. §. fin. &* quæ scribit *Gomez dict. leg. 45. num. 66. ad fin.* aliàs non adaptatur. Nec inutilis est ista disputatio an per traditionem factam tertio, vere vel ficte ab emphyteuta, privetur dominus sua civili: ex hoc enim intelligitur, an ille tertius præscribere possit necne, quod tradit *Carol. Ruyn. dict. consil. 156. num. 7.*

Sed adversus quem aget dominus directus

rectus ita per emphyteutam suam possessione privatus? Et non dubito quod si petitorio experiri velit, adversum tertium illum possessorem agendum sit *leg. in rem leg. officium, ff. rei vendicat.* si vero possessorio unde vi, tunc adversus ipsum emphyteutam qui tradendo alteri dominum spoliavit, siquidem illud interdictum non sequitur tertium possessorem, *leg. cum à te, & ibi omnes, ff. de vi arma. Coras. in §. nihil commune numer.* 41. *Gomez leg.* 45. *Tauri, num.* 186. quod si tertius scienter rem emphyteuticam ab emphyteuta accepit, quia spolij particeps est, & succedit scienter in vitium, tunc ipsemet poterit à domino conveniri remedio *capit. sæpe de rest. spol.* quod in hoc casu propriè locum habet, ut ibi omnes docent. *Coras. ubi sup. numer.* 42. *Gomez dicto numero* 186. Si vero tertius ignorans rem emphyteuticam acceperit tunc ex auxilio Canonis *Reintegranda* 3. *quæst.* 1. quod datur etiam contra singularem successorem bonæ fidei qualitercumque tamen injuste detinente in rem alienam, ut ibi traditur, & per *Imol. cap. querelam de elect. Socin.* latè *in leg. rem quæ nobis ex col.* 2. *ff. de acquir. poss. Rip. in dict. §. nihil commune numer.* 53. & 54. ibi *Coras. numer.* 66. & alij noviores. *Alex. consi.* 61. *lib.* 7. *Gomez dict.* l. 45. *fol.* 210. & sunt æque proficua ista remedia sicuti interdictum unde vi, nec enim ex illis conventus poterit opponere exceptionem dominij: non quidem conventus *ex cap. sæpe*, ut ibi docet *Cardi. opp.* 4. *Socin. dicta leg. rem quæ nobis numer.* 3. *Coras. ubi supra numer.* 43. & 56. *Beroi. cap.* 1. *num.* 33. *de rest. spol. Socin. consil.* 366. *nu.* 17. *vol.* 2. quicquid contradixerint *Rip. d. c. sæpe num.* 22. & 50. nec etiam conventus ex Canone Reintegranda, secundum communem ex *Deci. consi.* 57. *n.* 5. *lib.* 1. *Ruyn. consi.* 48. *in princ. lib.* 4. tradit latè *Socin. ubi sup. nu.* 20.

17 Dixerit aliquis ista esse parum necessaria ipsi domino, cum illi nequeat hodie colonus præjudicare in possessione quæsita, non solum quando ipsam ignavia dereliquit, aut dolo prodijt, ut eam alius adepiscatur, sed etiam quando dolosè tradidit, ut dominium privaret, ex *leg. fin. Codic. de acquir. possess.* quam sic intelligit *Petrus, Cynus, & Salyc.* ibi, & optime declarans *Paul. de Castro* (alijs aliud opinantibus cum Joanne glossatore antiquo, & noviss imè *Francisc. Gallo. lib.* 3. *Juris civil. cap.* 9. *num.* 8.) illa etenim constitutio partim declaratoria partim correctoria juris antiqui, secundum meliorem intellectum, in illis tantum personis loquitur quæ nomine alieno rem corporaliter tenent, qualis colonus, inquilinus, & procurator: unde ad emphyteutam, vassallum, vel conductorem ad longum tempus, qui nomine, & jure suo possident, trahi non debet, & manet in illis antiquum jus illæsum, quanvis si rationem legis rectè perpenderis, & ad has quoque personas legem induces, ex identitate rationis, per ea quæ scribit *Salyc. leg.* 2. *Cod. de noxal. Tiraq. leg. si unquam, verbo libertis, numer.* 37. & est opinio pro communi utilitate tenenda ne emphyteutæ, & vassalli dominis ex suo facto, queant præjudicium inferre, contra æquitatem reg. non debet alteri, &c.

Tertiò operatur, & alium effectum civilis possessio domini, quod videlicet cõcedendo emphyteusim alicui, & constituendo se emphyteutæ nomine possidere, ex hoc ipso constituto habebit emphyteuta naturalem possessionem, quemadmodum voluit *Bart. leg. interdum §. fin. ff. de acquir. poss. ff.* cum quo ibi transit simplici relatione *Cumanus*, verumtamen dissentit *Aret.* & expresse reprobat *Alex. num.* 8. nec immerito: quia non potest dominus, civiliter tantum possidens, naturalem possessionem, quam non habet, transferre, *leg. traditio, ff. de acquir. rerum domin.* Operabitur ergo illud constitutum, videri facultatem concessam emphyteutæ apprehendendi per se naturalem possessionem, ut placuit *Alexand. dicto §. fin. in fine* cui remissive subscribit *Tiraquel. de constit.* 3. *part. limit.* 3. *num.* 7. Et juvatur hæc declaratio similitudine feudi, cujus possessio per investituram verbalem, seu abusivam, non

18

transfertur *cap. ex ore, verſ. quia verò de his quæ fiunt à maior. part. capit. Guilie. libr. 1. feudor. capit. 7. pagin.* 80. & tamen ex ea videtur conceſſa facultas propria authoritate apprehẽdendi poſſeſſionem feudi, ut tradit *Jacobi. de feud. verbo inveſtivi numer.* 3. *Jaſon. leg. quoties ſall. 12. Cod. de reivendi. Curti. de feud. 2. part. numer.* 51. *Rebuff. in præfa. mater. poſſeſſori* 3. *tomo numer.* 118. atque ita poteſt defendi *Bart. dicto loco*, qui cum ſubdubius prædictam deciſionem ſcripſerit, addit ſtatim, quod eſto quod ex tali conſtituto civilis tantum poſſeſſoris, non quæratur emphyteutæ naturalis poſſeſſio, bene tamen ex eo acquiretur utile dominium: quæ ſingularis eſt deciſio, ut per medium civilis tantum poſſeſſionis translatæ per conſtitutum tranſeat in emphyteutam utile dominium: quam ibi probat *Areti.* expreſſe *column. penult.* & alij per ſilentium, & eſt menti tenenda, ut opinor; non enim repetio in jure, civilem tantum poſſeſſionem eſſe modum dominij transferendi, imò rerum dominia à naturali poſſeſſione cœpiſſe Nerva filius ait, *leg. 1. in princip. ff. acquir. poſſeſſ.* & eſt addenda, ad id quod ſcripſi contra *Specul. ſupra quæſt. 14. numero* 6. ad conſtituendum utile dominium emphyteutæ non ſufficere ſimplicem conceſſionem ſine traditione, quod etiam eleganter voluit *Aretin. dicto §. fin. leg. interdum, column. fin. verſ. adverte tamen, de acquir. poſſeſſ. & Salyc. leg. 1. Codic. hoc titul. in fine* ut procedat, niſi concedens, licet ſolum civiliter poſſidens, conſtituat ſe emphyteutæ nomine poſſidere: transferet enim utile dominium ex hoc ſimplici conſtituto civilis poſſeſſionis, quod eſt nota dignum, habebit enim ſtatim is emphyteuta reivendicationem adverſus poſſeſſorem.

19 Sed quid ſi dominus civiliter, & naturaliter poſſidens, concedat rem aliquam in emphyteuſim alicui, & conſtituat ſimpliciter ſe nomine emphyteutæ rem poſſidere? An per hoc transferat in emphyteutam utramque poſſeſſionem, naturalem, ſc. & civilem? *Et Bart. dict. leg. interdum, §. fin.* ſatis inſinuat quod utraque transferatur, cum inquit, ex conſtituto civilis, in conſequentiam transferri etiam naturalem. Accedit vulgaris traditio, quod ſi conſtituens poſſidet naturaliter, transfert naturalem, ſi civiliter, civilem, *ex Bart. & omnibus, in dict. §. fin. & in leg. quod meo numer.* 3. *cod. tit. Balb. in leg. Celſus 2. part. numer. 14. ff. de uſucap.* & ſi utroque modo poſſidet utraque tranſfert, ita ut penes conſtituentem nihil maneat præter nudam, & ſimplicem detentationem, ut plene ſcribit *Tyraquel. de conſtitut. 2. part. numer. 4. & 14. & lim. 1. & in 3. part. declarat. 5. num. 1. in tract. le mort. Gomez. leg. 45. Taur. num. 79.* Unde videtur, quod ſi dominus civiliter & naturaliter poſſidens, conſtituat ſimpliciter ſe nomine emphyteutæ poſſidere, transferat in eum utramque poſſeſſionem, & ita limitabitur communis opinio quæ emphyteutam naturalem tantum poſſeſſorem facit. Cæterum * quidquid ſit in eo articulo an per conſtitutum transferatur utraque poſſeſſio, & ſimiliter per alios actus fictos doctiſſimo *Menchaca*, opinante adverſus pleroſque non transferri niſi civilem quouſque ad actus naturales conſtitutarius progrediatur *in lib. 2. illuſtrium quæſtionum capit. 57. numer. 2.* ego quoad noſtrum propoſitum de emphyteuta opinor, quod ex ſimplici conſtituto facto emphyteutæ à domino rei, transferatur duntaxat naturalis poſſeſſio, quæ de jure emphyteutæ competit, ut probavimus ſupra *numer. 1.* actus enim agentium non debet operari ultra eorum intentionem, *leg. non omnis, ff. ſi cert. petat.* & verba contrahentium naturæ contractus debent adaptari, *leg. inſulam, ff. de præſcript. verb. leg. ſi uno, ff. locati*, alioquin civilem etiam transferendo videretur dominus illam ſine ulla neceſſitate jactaſſe, quod non præſumitur, *leg. cum de in debito, verſ. nec enim, ff. de probat.* Suffragatur (fere in terminis) traditio *Bart. d. leg. quod meo nu. 5.* quod ſi quis alicui cõcedat uſumfructum

fructum fundi, & constituat se usufructuarij nomine possidere, per hujusmodi constitutionem producitur tantum naturalis possessio in usufructuario, nec transfertur etiam civilis, quam habebat dominus simpliciter constituens, igitur idem in emphyteuta. Et est notabilis declaratio in materia constituti, quam non reperi tactam à *Tiraquello*, licet diligentissimo in suo opere constituti.

20 Ex suprascriptis etiam illud tibi fiet manifestum, quod clausula constituti, & similes fictæ traditiones, non minorem vim habent transferendæ possessionis in emphyteusi, quam in alijs rebus. Hoc etenim pro constanti ponunt *Bart. Alexand. Paul. Aret.* & alij, *in dict. leg. interdum* §. *fin.* & alij citati ab *Andr. Tiraquel. de consti.* 3. *part. limit.* 3. *numer.* 6. *in tract. lemort.* 4. *part. declara.* 6. *numer.* 4. sed & idem tenent omnes illi, qui emphyteutam vassallum, alienantes, ac constituentes se nomine emptoris possidere sine domini cõsensu in commissum incidere scripserunt, non minus quam cum realiter rem tradunt irriquisito domino, quos lato sermone congerit *Tiraquel. dict.* 3. *part. limit.* 26. *numer.* 5. ubi *numer.* 6. frequentius hoc esse receptum affirmat, ultra alios quos ipse refert 2. *part. ampli.* 34. Nec istud admonuisse piget, quia fuerunt non pauci, & non infimæ classis interpretes, qui contrarium scripserunt, ne videlicet in feudo, aut emphyteusi per solum constitutum possessorem res in commissum cadat, quorum meminit *Tiraquel. dict. limit.* 26. *n.* 2. *& dict. ampli.* 34. *numer.* 3. quibus suffragari videbatur, quòd constitutum tanquam accessorium regulatur secundum principale, cui accedit secundum *Bald. l. ex testamento, Codic. de fideic. Bald. cap.* 2. *de feud.* dato invicem legis commissoriæ. *Thomas gramati consil.* 266. *colũn. fin. in* 2. *part.* unde constitutio apposita super alienatione emphyteusis facta irrequisito dominio, cum accedat titulo inhabili, & reprobato, nihil debet operari, nec inducere caducitatem, nec lex quæ fictam translationem possessionis induxit ex constituto, debet ad caducitatem & pænam trahi argu. *l. nec utilem, ff. ex qui. causa maio.* sed nihilominus ea opinio non est recepta, * de qua agemus latius infra *in* 4. *part.* Modos autem fictos à lega possessionis transferendæ ponunt *glos. & interpretes, l.* 3. *in princip. ff. de acqui. possess. Chassa. de Burg. Rub.* 7. §. 1. & prosequitur seriatim, & facili stilo, *Anton. Gomez. dict. l.* 45. *Tauri. ex numer.* 45. *Rebuf. in præf. de mate. poss.* 3. *tomo*, quos omnes, & in emphyteusi locum habere, etiam quo ad pænam commissi, non est ambigendum, si sequimur communem.

Quarto, ex eo quod dominus directus civiliter possidet, sequitur quod po- 21
test reivendicatione conveniri, sicuti si rem naturaliter possideret, juxt. *glos. in l. pomponius*, §. *si is qui præcario, ff. de acquir. possessio. verbo, accedere in fin.* ubi *Alexand.* late *num.* 10. profitetur communiter doctores ita tenere, idem *glos. in Rubr. ff. de reivendic.* ubi *Iacobi. numer.* 11. citat glossas similes, & testatur etiam esse communem opinionem, atque elegantèr declarat, mutuatus omnia ab *Alexandr.* quem tacet, & ponit practicam reivendicationis in hoc casu, quem omnino videas, & *Corra.* §. *nihil commune numer.* 27. & 28. veriorem esse opinionem ait *Alber. in l.* 2. *Codic.* ubi *in rem act.* ubi *glol.* similis, & doctores communiter, *Bal. cap. quoniam*, §. *quod si super col.* 2. ut lite non contest. probat etiam *Ias.* testatus communem, & alij, §. *omnium nu.* 105. *de act. D. Castillo in l.* 17. *Taur. nu.* 92. allegatur optimus text. *in l. cujuscumque* §. 1. *cum glos. verbo possessore, ff. de usufruct. text. item l.* 3. §. *fin. ff. ad exhib.* Adde verò quod sententia contra hujusmodi dominum lata super possessione civili, etiam restitutione facta, non nocet naturali possessioni, ut voluit *Accurs. in dict.* §. *si is qui precario*, ubi notat, & declarat *Alexandr. numer.* 1[illegible]. & *gl. in dict. rub. ff. de reivendic.* ubi etiam notat, & explicat *Iacobi. numer.* 15. *Castillo dict. numer.* 92. *Corra* ubi supr. quæ traditio in sententia lata super possessorio civili

tantum accipienda est, ut bene allegavit *Bart. & Paul. l. sæpe numer. 6. ff. de re jud. Cardin. cap. penultim. eod. titul. col. 2. Afflict. cap. 1. §. si vassallus 3. num. 6. si de feud. fuer. contr.* non verò generaliter quod sententia lata contra dominum non nocet naturali possessori, nec è contra, id enim longius examen requirit, & infra in peculiari cap. disputabitur.

Et hæc de civili possessione directi domini scripta sufficiant, alia vero de civili possessione, & ejus acquisitione, & plures ejus effectus colliges ex *Guydo. quæst.* 356. qui cumulat octo civiles effectus, quos transcripsit *Rebuff. in tomo. tract. de materia possessoria, ex numer.* 13. tradit *Cassan. de Burg. Rubr.* 7. §. 1. *D. Castillo in l.* 17. *Tauri ex num.* 67. ubi intermiscet alios effectus possessionis naturalis, colliges etiam ex *commentar. Alcia. l.* 1. *ff. de acquir. possess. ex num.* 26. *usque ad* 29. *& mod.* ibi quos addire licebit.

Transeamus jam ad effectus possessionis naturalis emphyteutæ, nam cum possessio naturalis sit jus insistendi rei, aptum producere civiles effectus, respectu alicujus juris à vero dominio separati, & respectu naturalium accessionum, ut diffinit *Bar.* (communiter in hoc receptus) *in l.* 1. *ff. de acquir. possess. nu.* 9. sequitur quod possessio naturalis emphyteutæ eosdem civiles effectus producet. Primo igitur ille poterit, si in 22 naturali possessione turbetur, ut interdicto uti possidetis, quod datur non solum naturali, & civili possessori, aut civili tantum, sed & naturali tantum, *l.* 1. *in prin. & in §. interdictum autem, & l. fin. ff. uti poss. &* ibi *glos. & omnes*, etsi dejiciatur uti interdicto unde vi, quod etiam naturali tantum possessori datur, *l.* 1. §. *dejiciatur, ff. de vi, & vi arma.* sed & alijs remedijs uti, quorum mentionem fecimus *supra numer.* 16. loquentes de possessione civili, ut interim omittamus, quod si petitorio uti velit cum à possessione cecidit poterit rem vendicare *l.* 1. *ff. si ager vect. in fin.* nedum ab extraneo, sed etiam ab ipso domino si ad ejus manum res devenit, nisi sit emphyteuta ex titulo præscriptio, *l. si quis emptionis*, §. 1. *C. de præscript.* 30. *annorum*, & ita *Iserm. in prælud. feud. numer.* 45.

Secundo poterit emphyteuta naturalis possessor novum opus nuntiare, si 23 quis in re emphyteutica novum opus moliatur, *l. in provinciali*, §. *si ego, ubi* doctores, *ff. de nov. oper. l.* 1. §. *juris nostri* (secundum intellectum *Jas. in* §. *ult. ejusdem legis column.* 4.) *eod. titul.* optimus text. *in l.* 4. *tit.* 32. *part.* 3. quæ licet loquatur per verbum, census, intelligitur etiã in emphyteusi, ut *l.* 28. *titul.* 8. *parti.* 5. & non solum poterit nuntiare novum opus extraneis, sed etiam domino directo civili possessori, ut voluit *Bart. l.* 1. §. *nuntiatio numer.* 9. *ff. de nov. op.* item non solum poterit nuntiare extraneis suo nomine, ut *dict.* §. *si ego*, sed etiam procuratorio nomine domini, ex *eod. Bart. dict. l.* 1. §. *fin. num.* 15. per text. ibi, & in *l. hoc amplius.* §. *quæsitum ff. de damn. infect.* quanvis contrarium in usufructuario sit statuturn; quia is non solum domino nuntiare non potest l. *si autem, ff. illo titul. & dict. l.* 4. *in* 2. *part.* imo nec extraneis, nisi procuratorio nomine, ut dict. §. *fin. quanvis dict. l. partitæ* 4. *in* 1. *part.* aliud in extraneis disponat, sic melius intellecta ab *Anton. Gomez. l.* 46. *Tauri. numer.* 52. *in fin.* quam à novo Glossatore Partitarum, & hæc ita tam diversa in usufructuario, quia debilius jus habet, & de facili amittendum, secundum *Bart. dict.* §. *ultim. col.* 1. & late *Jason. col.* 2. jungendo aliam rationem Doctorum licet simpliciter sequantur *Gomez. dict. numer.* 25. Non solum autem domino directo novum opus potest emphyteuta nuntiare, sed & ipsum dominum directum volentem ædificare in re emphyteutica, vel feudali, repellere, & ædificatum destruere, si illi incommodat, ex *Bart. dict. nuntiatio. numer.* 9. *vers. si vero habeo jus dominij saltem utilis*, argum. dict. *l. in provincij*, §. *fin.* sequitur *Andr. Alciat. dict.* §. *nuntiatio numer.* 9. licet etiam in hoc diversum jus sit in usufructuario secundum

dum *Bart.* & communem cujus rei non satis firma ratio affertur ab *Alcia.* ibi *numero* 8. ut non immerito contra communem disputarit ibidem *Carol. Ruyn. numero* 62.

Licet autem emphyteuta, vel vassallus possint domino ædificanti via facti resistere, ut nuper diximus, non tamen è converso poterit dominus directus illos ædificantes impedire, quia hoc illis permissum est, §. *si vassallus in titul. hic finitur* 24 *lex* ubi *Afflict. & alij*, si modo non in ipsius perpetuum damnum ædificent, posset enim tunc dominus illis resistere, sicuti potest propria authoritate expellere deteriorantem rem emphyteuticam, *Authent. qui rem Codic. de sacrosan. Eccles. Alexandr. leg. divortio*, §. *si fundum, ff. solut. matrim.* & ita *Alciat. d.* §. *nuntiatio numer.* 10. cui ego in eo quod ait de expulsione propria authoritate in casu deterioration is, non consentio: quia qualis deterioratio sufficiat ad expulsionem judex debet decernere, ex traditis per *Jason. & Jacobinum dict. Authen. qui rem*, & infra plenius dicam.

Sed an etiam dominus directus civilis possessor, possit novum opus nunciare ædificanti in re emphyteutica? Et sine dubio potest, quia omnis ille cujus interest, ædificium non fieri ratione dominij, vel quasi, vel possessionis, vel jure servitutis urbanæ, vel pignoris, potest novum opus nuntiare *leg.* 1. §. *juris nostri conservandi, & vers. jus is habet, ff. de nov. op.* probat plene *Gomez ubi supra numer.* 23. sic denique dominus directus, & utilis uterque pro jure suo potest nuntiare, & ita judicatur, ex quibus deciditur quæstio, an emphyteuta conventus possessorio possit nominare dominum, de qua late *Bart. leg.* 2. *numer.* 6. *Codic. ubi in rem actio*, ubi plenius explicat *Paul. nu.* 12. quod confert ad *Ordin. lib.* 3. *tit.* 30. §. *fin. in nov. titul.* 45. §. 10. quorum doctrina suppleri debet ex traditis per *Afflict. decis.* 217. *& Socin. leg. rem quæ nobis num.* 21. *ff. de acquir. poss. ff. Marant. de ord. judic. pag.* 401.

25 Tertio item ex eo, quod emphyteuta naturaliter possidet, sequitur, quod hæres ejus saisitur eadem possessione, in his locis ubi mortuus saisit vivum, ut apud *Gallos, Medio anenses, Ticinens. Bononien.* sicuti tradit *Tiraquellus in præfact. tract. lemort. in* 1. & 2. *declarat.* quod autem, & rei emphyteuticariæ transferatur possessio vi illius statuti scripsit *Guiliel. capit. Raynutius verbo, mortuo ij. numer.* 71. & *in verbo, & uxorem numer.* 180. *Tiraquellus dict. tract. lemort.* 4. *part. declarat.* 6. *Rebuf. in* 3. *tomo legum Franciæ tract. de materia possess. articul.* 9. *glosa una numero* 4. & idipsum in rebus feudalibus plene probavit idē *Tiraquellus* (copiose, ut solet) *dict.* 4. *parte declarat.* 5. adversus quam plures contrarium asserentes tam in feudo, quam in emphyteusi, quos ipse refert, nec id apud Gallos mirum, quippe in illo Regno feuda patrimonialia sortiuntur naturam aliorū bonorum, ut per *Baldum leg.* 1. *quæstio.* 34. *ff. de rerum divis.* * *Chassan. de Burgun.* §. 5. *numero* 26. similiter, & emphyteutica bona, ut scripsit *Joan. Faberi.* §. *adeo column.* 1. *institut. locati. & in Authent. ingressi. in fin. Codic. de sacrosanct. Eccles. & in* §. 1. *instit. de rerum divis. & Tiraquel. dicta declara.* 6. *numero* 4. *& in feudis declara.* 5. *num.* 21. *& 22. & P. Rebuf. d. nu.* 40.

Sed an cessante illo statuto transeat pos- 27
sessio emphyteutæ in ejus filium suum hæredem ipso jure, accepta emphyteusi pro se filijs, & nepotibus? Et non transire verissimum est, quia licet in hæredem dominium ipso jure transeat, certe non possessio; priusquam sit naturaliter apprehensa, *leg. cum hæredes*, ubi *Bartholus leg. qui universas, quod per colonum*, & ibi quoque *Bartholus ff. de acquirend. possession.* quamvis sit Ecclesia hæres instituta. *Bald. leg. fin. column.* 2. *vers. juxta prædicta quæro*, ubi optima *glos. Codic. de sacrosanct.* quamvis item sit filius suus hæres, quia suitas facit suum hæredem, sed non possessorem, ex *glos. Bart. Bald. Alberi. & alij communiter, in dict. leg. cum hæredes, & in leg. cum miles, ff. ex quibus caus. maior. & in dict. leg. in suis*

contra glo. ibi, & pleno sermone *Tiraq. dict. tract. de mort. in 3. declara. præfationis numer. 2. & 6.* sed, & fiscus, quia in eum possessio lege non transfertur, est necessum ut apprehendat, juxta *notation. in leg. cum duobus, alias leg. si fratres, §. idem respõdit, ff. pro socio, & leg. fin. in fin. Codic. de sacrosanct.* ubi *Ias. Bald. cap. 1. numer. 3.* quid sit investitura proinde dici non potest quod in bonis emphyteuticis, cessante statuto, transeat possessio ipso jure in filium Nec in hoc erit admittenda distinctio, an contra dominum ipso jure censeatur filius hæres emphyteutæ, aut vassalli investitus, an contra alios, ut distinguebat *Guylliel. dict. verbo, mortuo itaque 2. numer.* 70. cujus meminit *Tiraquellus in dict. præfatione declara. 4. numer. 7.* allegãdo *Bald.* (qui hoc non dicit) *in capit. si facta, si de feud. fuer. contr.* fulcitur autem superior sententia argumento feudi, cujus possessio cessante statuto, nec in filium, aut alium hæredem ipso jure transit sine nova apprehensione, ut per *Jacobum de feudis verbo, ita quod ipsi investiti column. fin. vers. item quæro nunquid mortuo,* & alios plures quos refert, & sequitur *Tiraq. in dict. declarat. 4. num. 4. adversus Bal. in leg. cum antiquoribus column. 5. vers. decimo sic, Cod. de jure delibr.* ubi dixit filium in feudis etiam vivo patre cẽseri investitum, ac continuatam in eum possessionẽ, quod ab omnibus fere est improbatum jure merito.

Licet autem circa possessionem procedant in hoc à pari feudum, & emphyteusis, at non ita circa investituram: tenetur enim etiam filius investituram petere intra annum à morte patris, alias feudo
28 privatur *capit. 1. quo temp. mil. & in bonis coronæ infra semestre petitur confirmatio.* ut *libr. 2. titul. 18. §. 1. in nov. titul. 38. §. 1. filius verò emphyteutæ,* nec alius successor durante tẽpore emphyteusis (licet pater moriatur) non tenetur novam investituram petere, nec laudemium solvere, ex *glos. 2. in fin. in Authent. si quas ruinas* * ubi *Salyc. num. 3. Cod. de sacrosan. Salyc. leg. fin. col. 7.* ubi *pulchre Iason. nu. 41.* (qui ponit rationem diversitatis) *Cod. de jure emphyt.* tradit *Guilliel. dict. verbo, mortuo itaque numer. 61.* (quamvis in Francia aliud observari dicat, etiam in emphyteusi) attamen nova persona nominata, seu alias ex vi contractus admissa ad emphyteusim, non potest possessionem per se capere, sed debet dominum requirere, ut ipsum in possessione ponat, quemadmodum voluit *Imol. capit. potuit numer. 60. de locato retulit Iason. dict. leg. fin. column. 2. numer. 4. Alexand. consil. 172. lib. 2.* eleganter *Chassan. de Burg. Rub. 3. §. 5. fol. 114. column. 1. in fin.* qui tamen loquitur in feudo *Bertr.* (qui in emphyteusi loquitur) *consi. 124. lib. 1.* sed hoc praxis nõ observat, nec solet dominus requiri, ut in possessionem mittat personam nominatam, aut aliam in quam libere res transfertur.

Quarto ex prædictis consequitur, quod si emphyteuta de consensu domini alium 29
emphyteutam faciat, secundus duntaxat naturalem possessionem habebit, & ita communiter resolutum est, *ex glos.* ubi *Bart. numer. 14. Jason. numer. 75. Aretin. ad fin. in leg. 3. §. ex contrario, ff. de acquir. possess. glos.* item, & *Bart. in fin. in leg. unica Cod. uti poss. glos. leg. si at certo, §. si duobus, ff. commod. Andr. Isern. in capit. 1. præterea de capit. Corra. col. ulti.* & hoc ideo, quia cum utile dominium recognoscens directum, sit unicum tantum (quia non est dare utile dominium utilis dominij ejusdem speciei) merito naturalis possessio illius utilis dominij non potest esse nisi unica, ut docuit *Bart. dict. §. ex cõtrario num. 13. cui concinit Bald. cap. sane column. ult. de renunt.* & consequenter apud secundum emphyteutam debet stare: quia apud duos in solidum eadem species possessionis eodem jure consistere nequit, ut *dicto §. ex contrario, & in dict. §. si duobus, & utrobique doctores* quæ ita recte procedunt præsupposita communi sententia, quod facta subemphyteusi nihil dominij, nec possessionis manet penes primum emphyteutam: sed nos aliter articulum istum distinximus *supra quæstion. 13. numer. 11. & 12.* & forte melius.

Sin

Sin verò emphyteuta non alium emphyteutam fecerit, sed usufructuarium, vel usuarium, manebit quidem ipse naturalis possessor ut erat, & usufructuarius habebit suam naturalem jure sui usufructus, *leg. naturaliter, ff. de acquir. possessio.* sicque eveniet ut ejusdem rei plures reperiantur possessiones etiam naturales diversis respectibus, quod *Bartholus* receptus docuit *dicto §. ex contrario, numer.* 12. & ibi *Imol. Roman. Alexand. Socin.* & *Jason. Abb. item capit. potuit numer.* 37. *de probat. Bero. capit. potuit numer.* 121. *de locato. Gomez leg.* 45. *Tauri. numer.* 100. *in fine.*

Quinto producit alium effectum naturalis possessio emphyteutæ, & similium, quod videlicet causat præscriptionem juris emphyteutici, unde *Bartholus* plane *in leg.* 1. *numer.* 9 *de acquir. possess.* (loquens in feudatario) voluit ex ea tantum possessione naturali effectum præscriptionis utilis dominij produci, & similiter in usufructuario: cæterum ejus doctrina est omnium sententia improbata, ut apparet ex *Jason.* ibi à *numero* 62. *Ripa. numero* 54. & *Alciat. numero* 20. & *alijs recentioribus Paul. leg.* 1. *column. fin. Codic. de servi. fugit. Ripa. in rubr. de causa possess. numer.* 21. *D. Covar. in initio.* 2. *part. Rep. reg. possessor. numer.* 4. inquiunt enim præfati interpretes, & alij paulo post referendi, quod præscriptio ususfructus emphyteusis, vel feudi, & similium, non provenit ex possessione naturali, quam hujusmodi personæ habent in rebus quas naturaliter, possident, quia naturalis possessio non sufficit ad præscriptionem, *leg. acquiritur in fin. ff. de acquirend. rerum domi.* sed duntaxat civilis, ut docuit *glos. Bart. Paul.* uterque *numer.* 3. *Alexand. numer.* 5. *Aret. col.* 2. *ad fin. Jason. num.* 32. & *noviores alij in l.* 3. §. *ex contrario, ff. acquir. possessio. Paul. Jason.* & *omnes cum glos.* ibi *in leg.* 1. *Cod. de servi. fugit. Balb. de præscriptionib.* 3. *p.* 3. *partis princip. quæst.* 3. & rursus late in *leg. Celsus* 2. *part. num.* 10. *de usucap. Dinus dict. reg. possessor. numer.* 29. & ibi *Covarr.* 2. *part. glos. nova leg.* 10. *titul.* 26. *part.* 4. *Castill. in leg.* 17. *numer.* 69. *Tauri.* post allegatos per *Tiraquel. de constit.* 1. *part. numer.* 17. & *sequent.* producitur ergo, & provenit præscriptio emphyteutæ, & usufructuarij ex quasi possessione civili quam habent ipsi in suo jure ususfructus, vel emphyteusis, juxta doctrinam glossarum quarum supra meminimus *numer.* 1. & ita nuncupatim *Alexand. dicta lege* 1. *de acquirend. possessor. numer.* 54. *ad finem Jason. Ripa. Alciat.* & *alij in locis paulo ante citatis Balb. dicta quæstion.* 3. *numer.* 2. & *in* 4. *quartæ princi. quæst.* 9. *numer.* 2. moventur item, nam alioquin si eorum possessio naturalis causaret præscriptionem, certè fundum ipsum quem naturaliter possident præscriberent, & non usumfructum, quia quantum professum tantum præscriptum: & hactenus communis. Ego verò contrarium existimo, quia verius supra *numer.* 6. existimavi emphyteutam civiliter, & naturaliter possidere: cui opinioni consequens est præscriptionem emphyteusis ab ipsius possessione civili, & naturali produci; quod si malis communem sequi, quod emphyteuta naturaliter tantum possidet, adhuc defendi poterit, & ab illa naturali præscriptionem causari: nam quod interpretes comminiscuntur, emphyteutam habere quasi civilem possessionem super suo jure emphyteutico, & inde produci præscriptionem juris emphyteutici, quoad me videtur erroneum: non enim est dare quasi possessionem, non solum super dominio directo, sed nec etiam super utili, ut scripsi *numer.* 3. & 4. Nec obstabit quod possessio naturalis sola non sufficit ad præscriptionem. ut communiter docetur, quia illa traditio etiam quoad me suspecta est * & contra illam tenet *Menchac. controver. illustri. libr.* 2. *capit.* 57. *ex numero* 6. cur enim possessio naturalis emphyteutæ, vel vassalli à lege probata, non produceret effectum præscriptionis emphyteutici dominij? Cum sit apta producere civiles effectus, ut definit *Bart. dict. numer.* 9. & *d. leg. acquiritur in fine*, quæ pro communi traditione præcipue allegatur, non

dicit

dicit emphyteutam non præscribere quia possidet tantum naturaliter, sed simpliciter ait, quia non possidet, item quia scit rem alienam esse, & sic loquitur in præscriptione rei non juris ususfructus, teneo igitur ad præscriptionem, sufficere quamcumque possessionem, sive civilem, sive naturalem: modo concurrant alia requisita ad præscribendum cui opinioni suffragatur *text. in leg. nemo, Codic. de acquir. possessio.* & hæc circa possessionem ex qua oritur præscriptio rei emphyteuticæ, reliqua in eadem materia dicentur infra suis locis.

31 Sexto, hæc ipsa naturalis possessio emphyteutæ, & similium (retenta communi) habet magnum effectum: quia licet emphyteuta, vel vassallus de fundo exeat, & longe abeat, non perditur, sed animo retinetur, *leg.* 3. §. *unde vi, ff. de vi, & vi arm.* cum tamen naturalis possessio conjuncta civili statim amittatur, ex ipso quod naturaliter, & civiliter possidens de fundo exit, & nec prope, nec in cõspectu rei est *leg. clam possidere*, §. *qui ad nundinas, ff. acquir. possessio.* ratio autem discriminis affertur, quia cum naturalis est conjuncta civili nequit animus utramque retinere, cum sat sit fatigatus in unius civilis cui destinatus est retentione, argum. *leg. quod habeo, ff. de compensat.* quem laborem in unius naturalis retentione non habet, & hanc doctrinam cum hac ratione posuit *glos. magna ad fin. leg.* 1. *in princip. ff. de acquir. possessio.* & sequuntur ibi *Doctores communiter*, post *Bart. ante numer.* 26. *& Alberi.* ut attestatur *Iason. & Alcia. uterque numer.* 45. idem *Iason. dict. §. qui ad nundinas numer.* 14. *Ripa in rubr. de cau. poss. numer.* 26. *Gomez leg.* 45. *Tauri. num.* 107. *Ang. post glos.* ibi *in §. quorum verbo, nec clam. numer.* 4. *institut. de interdictis*, sunt alij plures quos refert, & sequitur *August. Bero. quæst.* 47. *numer.* 2. Veruntamen *Iason. & Alciat. dict. numer.* 45. multis argumentis ostendunt, quo ad retentionem, aut amissionem naturalis nullam esse differentiam, an sit conjuncta civili, an per se sola, quia utroque casu animo retinetur etiam, quousque tertius ingrediatur, ut *dicto §. qui ad nundinas*, & ego huic opinioni subenter accedo, alia enim licet communis, quasi risu digna est, quippe melioris conditionis facit naturalem possessionem solam, quam conjunctam civili, & animum pluribus possessionibus fatigatum fingit, cum magis sit locupletatus, ac quoties quis de domo sua exit licet millies una die toties naturalem possessionem amittat, & toties revertendo iterum acquirat, ut sic propemodum infinitas amissiones, & recuperationes possessionis naturalis suarum rerum in vita sua quis habeat, quod absonum atque indignum jurisprudentia videtur. Et admissa hac nostra opinione, jam sequitur non recte respondisse *Beroi. dicta quæstion.* 47. *numero* 11. colonum, vel inquilinum emphyteutæ si de fundo dejiciatur, vel ipse rem alij tradat, non præjudicare emphyteutæ in sua naturali possessione, quanvis præjudicet directo domino naturali, & civili possessori, ex *lege peregre §. quibus explicitis, ff. de acquirend. possessio.* quia (inquit) difficilius amittitur naturalis sola, quam naturalis conjuncta civili, hoc etenim absonum esse jam ostendimus, quia textus *in dicto §. quibus explicitis*, non solum procedit in colono, vel inquilino, tutore, procuratore, & similibus dominorum civiliter, & naturaliter per illos possidentium, sed, & in colonis, vel inquilinis emphyteutarum, & vassallorum, atque ita explicetur *dicto §. quibus explicitis*, similiter, & nova constitutio *leg. fin. Codic. de acquirend. possessio.* de qua supra egimus *num.* 17. ut intelligatur etiam in colonis, & inquilinis emphyteutarum, atque alijs similibus, & hæc satis de effectibus possessionum domini directi, & emphyteutæ.

Quod si quæsieris quibus modis emphyteutæ possessio quæratur? Planum est eisdem omnibus modis acquiri, veris, vel fictis, quibus aliarum rerum possessio quæritur, quos non est operepretium hic traducere. Unus tamen est mihi modus memorandus, cum videlicet

domi-

domino consentiēte, vel possessore rei, recipit quis pensionem ex illa re vigore locationis, ex *glos. & Bart. l. quanvis*, §. 1. *ff. de acquir. possess. Abba. cap. 2. num.* 34 7. *de consuetud.* & traditi *supra quæst.* 9. *num.* 13. ubi plenius. Sed & alter non est omittendus, quando Princeps rei emphyteuticatæ voluerit statim possessionem transferri, non alias. *Alciat. l. traditionibus, Codi. de pact.* id quod etiam de dominio diximus *supra quæst. 9. numer.* 29. *vers. postremo. Iason. l. quoties num.* 30. *Codic. de rei vend. Afflict. cap. si facta, column. 2. si de feud. fuer. contr.* sicut enim ex dispositione legis acquiri potest possessio, sine actu corporeo, ut tradunt *Bart. Paul.* & scribent communiter per *text.* ibi *in l. raptores*, §. *sin autem diaconissa, Codic. de Episco. & cleric.* quem ad hoc magnificat *Iason. l.* 1. *num.* 72. *Anto. Gomez. l.* 45. *Tauri n.* 111. & est receptior opinio adversus plures, ut per *Tiraquel. in præfact. tract. lemort. declara.* 6. *numer.* 5. & *D. Covar. libr.* 3. *resolut. cap.* 5. *numer.* 6. quam possessionem doctores vulgo civilissimam appellant, ut per *Alexandr. dict. l.* 1. *num.* 58. *Ripam numer.* 36. *Tiraquel. ubi declara.* 7. quo loco plura nomina hujus possessionis cumulat. Ita quoque Princeps lex animata poterit possessionem etiam absque aliquo actu corporeo, transferre. *Tellius l.* 27. *Tauri. numer.* 43. nec de hoc potest juste dubitari. Illud tamen advertendum quod jus canonicum, aut civile, nunquam (ut ita ausim dicere cum *Alberi. in l. quarundam. ff. acquir. possess.* acquisitionem possessionis induxit sine actu corporeo. aut aliquo quod pro corporeo reputari possit. nam text. *in l. raptores* (ut ibi sentit *Fulgo. numer.* 6.) non dicit possessionem absque actu corporeo acquiri, imo contrarium si recte expendas *text.* vero *in cap. 2. de consuetud.* actum corporeum illius modici terræ traditæ præmittit, ut agnoscit *Tiraquel. dict. declara.* 6. *numer.* 4. & latius explicat *Gomez. dict. l.* 45. *Tauri. num.* 111. *vers. secundo facit*, ut cavendum sit ab allegatione *Berengar. dict.* §. *nihil commune numer.* 76. sed & exempla bonorum arrogari, & ingressi monasterium, quæ adduxit *Tiraquel. ubi supra*, pro nobis sunt, cum in illis in consequentiam personarum possessio bonorum transeat non sine aliquo actu corporeo, ut palam est. Quocirca Princeps raro & ex magna causa debet hanc possessionis translationem sine actu corporeo inducere, ad exemplum juris scripsit ubi talis translatio sine actu aliquo corporeo nusquam reperitur: adeo ut nec in favorem fisci, nec filiorum, imo nec Ecclesiarum, juxta *glos.* ubique laudatam *l. fin. verbo, in rem Cod. de sacrosan.* licet multis casibus dominium ipso jure transferatur, ut habetur *dict. l. traditionibus, Codic. de pact.* Adde vero quod quando lex, aut Princeps id induxerit, civilis tantum possessio erit, non naturalis, ut alias circa statutum Gallicum probat *Tiraquel. ubi supra in 2. declara. 3. part.* nisi quoque nuncupatim velit esse translatam naturalem tunc enim etiam ipsa transferetur, ut pro constanti ponit *Claudi. Aquens in l.* 1. *in princ. col.* 5. *vers. bene fatendum, ff. acquir. possess.* lex enim quæ civilem potest fingere esse translatam, potest similiter, & naturalem, secundum notissimas fictionum regulas: ut non ideo existimes civilem, aut civilissimam hujusmodi possessionem nuncupari, quod nequeat esse naturalis, si lex, aut Princeps id statuant, & exprimant.

Et ex prædictis, infertur contra *Flori.* 35 *in l. servitutes* 4. *ff. de servit. numer.* 11. si Papa, aut Princeps concedat licentiam ingrediendi castrum, non censeri ex hoc translatam possessionem illius, quoniam illa licentia ingrediendi non indicat voluisse Principem translatam esse possessionem, sed tantum facultatem concessam propria authoritate ingrediendi. *Bal. cap.* 1. *colūn.* 2. *quid sit investit.* late *D. Castillo, l.* 17. *Tauri. num.* 98. (qui tamen in hac quæstione doctores aliquot perperam citat.) & videtur text. *in cap.* 1. *de cons. recti. feud. in princ.* ubi dominus dixit, valde non possessionem illius fundi, & teneas illum pro feudo, & tamen paulo

in-

inferius text. ait, quod feudatarius possessionem feudi nactus est, ergo ex licentia ingrediendi non fuerat acquisita possessio feudi.

36 Unum quod nuper accedit in facto pro coronide hujus capitis solum addam, quod si dominus rem uni emphyteuticavit, nec tradidit: deinde emphyteuticavit alteri, & illum vult in possessionem mittere, quod primus poterit se opponere, ne alter cui facta est emphyteuticatio secunda mittatur in possessionem, re enim duobus vendita, aut locata nec alicui tradita præfertur ille cui prius fuit vendita, juxta tradita in *lege. in operis, ff. locati*, & per *Iason. l. quoties n.* 34. *Codic. de rei vend.* tacite enim quis tenetur ex natura contractus rem uni venditam alteri non vendere, ut *in l. qui fundum, ff. de contra. empt. l. qui duobus. ff. de falsis*, unde cum prior emphyteuta potius jus habeat, merito potest se opponere traditioni quam dominus vult facere posteriori, & postulare, ut cogatur sibi tradere quando habet facultatem rei tradendæ; juxta ea quæ diximus supra *quæst.* 14. *numer.* 11. & idcirco placere non potest sententia *Bald.* qui contrarium docuit *cap.* 1. *nu* 3. *quid sit investitu.* cui accessit *Ias. dict. l. quoties col.* 1. *post medi.* & latius *Ant. Gom. de contracti. cap.* 2. *fol.* 9. *col.* 2. *D. Castillo, l.* 17. *Tauri. num.* 110. ubi negligenter aliquot loca citat.

SUMMARIA.

1 *Emptionis, & emphyteusis plures differentiæ.*

2 *Dominij translatio an sit de substantia, aut natura contractus emptionis, & venditionis?*

3 *L. cum manusata. §. ultimo, ff. de contra. empt. intellectus.*

4 *Pacto adjecto, ne dominium utile in emphyteutam transeat, an sit emphyteusis.*

5 *Pacto adjecto, ut in emphyteutam utrumque dominium transeat, quis videatur celebrari contractus, & quid in feudo? num.* 6.

7 *Pacta contra naturalia, vel substantialia contractuum, qualiter sint judicanda.*

8 *Transformatio, seu transfusio unius contractus, aut dispositionis in aliam, an detur in jure.*

9 *Vendo tibi talem fundum in emphyteusim an sit venditio vel emphyteusis? Et quid si dicatur vendo tibi in usum? numer.* 10.

Quæstio XIX. Emphyteusis in quibus differat ab emptione, & venditione.

QUIA olim dubitabatur, utrum emphyteusis species esse venditionis, vel locationis, & nec locationem, nec venditionem esse constitutum est, sed medium inter utrasque, & veluti unum quid ex venditione, & locatione conflatum, ut ait *Constant. Har. lib.* 3. *tit.* 4. *&* §. *adeo justi. locat.* merito *glos.* ibi, & interpretes, *& in* l. 1. *Cod. isto tit.* (ubi in specie *Alberi. col.* 1.) immorati sunt in constituendis differentijs inter unum & alterum contractum. Et agendo de venditione prima differentia constituitur, quia emptio non consistit sine pretio in pecunia numerata, *l. empti fides, Codic. de contr. empt.* §. *item pretium instit. de empt.* at in emphyteusi sufficit speciem dari *dict.* §. *adeo* ibi, *quandiu pensio, seu redditus*, & dixi, *quæst.* 1. *num.* 7. Item in emptione datur pretium æquivalens, aut saltem non minus dimidia, vel ultra, *l.* 2. *Codic. de rescind. vendi.* at in emphyteusi modicum solet dari pensionis nomine, & aliquid aliquando pro ingressu, licet hoc non sit de necessitate, ut diximus *quæst.* 10. *num.* 1. & communiter etiam datur aliquid ulterius pro renovatione, ut pura unum par caponum secundum *Alberi. d. col.* 1. Item in emptione datur unicum pretium, licet quandoque per tempora distribuatur solutio, at in emphyteusi pensio annua trimestris, aut semestris solet constitui, ex *tex. d.* §. *adeo*, ibi. *quandiu pensio.* Item emptio non dissolvitur licet pretium non solvatur, aut res non tradatur, quanvis emptor pretium venditoris facere cogatur

gatur, venditor autem rem tradere, *leg. ex empto. in princip. ff. de act. empt. leg. non idcirco, Cod. de contr. empt. leg. in civile, Codic. de rei vend.* at emphyteuta si pensionem integro triennio non solvat, rem amittit *leg. 2. Cod. isto tit.* Item emptor rem suam cuilibet vendere libere potest, *leg. dudum Cod. de contra. empt.* at emphyteuta non nisi requisito domino, & illis solemnitatibus de quibus *in l fin. Cod. isto tit.* Item in venditione post perfectum contractum transit omne periculum ad emptorem, *leg. 1. Codic. de peric. & comm. rei vendicat. § cum autem, inst. de empt. & vendicat.* at in emphyteusi nõ totum, sed particulare, *leg. 1. Codic. eodem.* Item, & postremo, ex emphyteusi transit utile dominium in emphyteutam, *leg. 1. ff. si ager. vectig.* & late diximus *quæst. 13. numer. 1.* & manet dic 2 rectum apud dominum qui emphyteusim concessit, *leg. 1.* ibi. *rei domino*, & *leg. 2. & leg. fin. Codic. isto tit.* ubi semper appellatur dominus: at in venditione secundum magis receptas sententias (quanvis articulus sit satis disputabilis, ut constat ex late traditis per *Pynel. nostrum 2. part. Rubr. Codic. de rescis. vend. capit. 3. numer. 15.*) dominij translatio non est de substantia contractus, ita quod si non transferatur desinat esse venditio, *leg. si ita leg. rem alienam, ff. de contr. empt.* sed nec est de natura ipsius, ut per *Bart. leg. exempto, numer. 6. ubi textus ff. de action. empt. Curti. Iuniorem*, qui asserit communem, *leg. 2. numer. 33. ff. si cert. petat.* quanvis si contingat quod venditor tradens sit dominus, dominium necessãrio transferatur, & sit de substantia contractus, *dicta lege ex empt. tradit. Angel. testatus communem, §. actionum numer. 7. in fine de act. idem Angelus §. pretium colum. fin. de empt. & vend. Alexan. certi condict. num. 13. ff. si cer. pet. Burg. in Rub. de empt. col. 9. Gomez §. sic itaque colũ. 5. in princ. inst. de act. Hyero. Butig. in §. Cato. nu. 74. cum sequent. Curti. Junio.* ubi supra si verò venditor non sit dominus transferatur usucapiendi conditio. *leg. clavibus, ff. de contr. empt.* & hæc ideo, quia principale propositum legis fuit, ut dominia jure gentium per emptiones, & venditiones nobis acquirentur, §. *venditæ inst. de rer. divis.* Unde merito J. C. (ut hoc obiter dicam) *in lege cum mansata, §. ultim. ff. de contr. empt.* statuit 3 non videri vendidisse eum qui adjicit pactum, ne dominium in emptorem transferatur, quasi ex defectu intentionis contrahentium deficiat venditio, ut patet, ibi, *nemo potest videri, &c.* non verò quia pactum sit contra naturam, aut substantiam venditionis: & ideo ex vi pacti judicat talem videri celebratum, contractum qui pacto conveniat, atque ita olim explicabam, quanvis doctores magis communiter illud responsum intelligant in casu quo venditor qui ita pactus est, dominus est, & alibi *Alciat. de eo quod inter. pagin. 495.* intellexerit, ideo ibi pactum expressum ne dominium transferatur à jure reprobari, quia intentioni legis adversatur, cum tamen ibi pactum non reprobetur, sed judicetur alius celebrari contractus ex præsumpta mente paciscentium.

Et ultra ea quæ per illum textum scribit *Afflict. decis. 338. nobilis Petrus*, certè illius argumento palam fit in nostra materia, 4 quod si in constituenda emphyteusi conveniat, ne utile dominium transeat in emphyteutam, non poterit videri celebratus contractus emphyteuticus, per quem utile dominium transfertur, *leg. 1. ff. si ager vectig.* licet *glos. ulti. dict. §. ultim.* cõtra sentiat (nisi eam defendas cum *Fulg.* ibi *num. 5.* magis ergo erit contractus locationis quæ non solet dominum transferre, *leg. non solet. ff. locati* licet enim emphyteusis admittat pacta extranea, & diversa à natura ipsius *leg. 1. cum glos. & Bald. Cod. isto titul. Rolan. cons. 96. num. 46.* nõ ita si sint contra substantiam.

E contra veró si conveniat, quod etiam directum dominium transeat in § emphyteutam, non erit emphyteusis, sed judicabitur esse contractus censualis: quia per illum dominium plenum transfertur, & non modica pensio solum datur

in recognitionem antiqui dominij, *capit. constitutus*, ubi *glosa de religio. domib.* quando enim apponitur nomen unius contractus, & effectus alterius, judicatur esse ille contractus cujus effectus positus est: & id quod non concernit effectum habetur pro non apposito, *leg. sed etsi posseſſori, §. item si juravero, ff. de jurejuran. leg. si uno, ff. locati*, docet *Bald.* (per plura exēpla satis apta in nostra materia) *in rubr. num.* 9. & 10. *Codic. de jure emphyt.* latè *Rolan. á Valle dict. conſ.* 96. *ex num.* 39. cum sequen.

Accedit, quod alias in contractu feu- 6
dali si apponatur pactum, quod directum dominium transeat in vassallum, censebitur donatio, ut placuit *Oldrad. conſ.* 169. exthemate *Alberi. in rub. Codic. de don. col.* 2. vel magis contractus innominatus respectivus, ut scripsit *Bald. in prælud. feudorum, col.* 6. *verſ. & dixi* secundo, & cōprobat alijs argumentis *Curt. de feud.* 1. *part. qūæſt.* 6. *nu.* 18: quanvis ipse malit esse feudum improprium quando partes omnino feudum constituere voluerint, ut aliàs *in titul. de feudo* non habente propriam naturam feudi, quæ opinio in hac specie dubia est: quia feudo repugnat, quod utrūque dominium ad vassallum transeat, *capit.* 1. §. *rei autem de inveſt. de re alie. fact.*

Et huc pertinet quod scribitur in mate- 7
ria pactorum adversus substantialia, seu naturalia contractuum; quando vitient, aut vitientur, aut faciant ut alius censeatur celebrati contractus; quæ materia salebrosa est, & ab interpretibus hactenus non bene resoluta propter legum varias decisiones, quarum causa, & ipsi titubantes in varias opiniones, & distinctiones diffunduntur, ut patet ex *Curt.* & *ab eo allegatis dict. quæſt.* 6. & *Berengar. leg. pacta conventa.* 1. *part. ex numer.* 58. *ff. de contra. empt. Tellio. l.* 17. *Tauri ex numer.* 98. Verum ego semper sum opinatus, non posse in hoc generalem aliquam regulam, seu doctrinam dari: sed pro qualitate contractuum, & præsumpta mente disponentium modo pacta vitiare, modo vitiari, & aliquando aliam speciem cōtractus celebratam censeri, quod quia non est hujus loci per legum ipsarum exempla non declaro: qualiter autem cognoscantur naturalia, & substantialia, dixi remissive *quæſt.* 4. *numer.* 10. tradit aliqua *F. Conan. lib.* 5. *coment. jur. civi. cap.* 2. *num.* 9.

Unum admoneo, quod quando ex vi 8
pacti alius censetur esse contractus non est per viam transformationis, ut inducendo plures leges volebat *D. Peralta in lege Lucius* 1. *numer.* 10. cum sequen. *ff. de legat.* 2. & *Tellius dict. leg.* 17. *Tauri. num.* 104. & 105. quia leges non faciunt hujusmodi metamorphoseos, sed potius præsumunt illum magis voluisse cōtrahentes celebrare contractum cujus effectus in pactum deducuntur, quam alium qui duntaxat nominatur: * adde *Bald. in Rubr. columnn.* 2. *verſi. quæro an valeat, & in verſi. idem si dicerem, Codic. de jur. emphyt.* quem refert *Deci. conſi.* 164. non fuit proposiri mei *columnn.* 2. & *in cōs.* 160. *in casu monasterij col.* 1. *ad mediū post Alexand. in l. si quis numer.* 12. *ff. de acquir poſſeſsio. Jaſ.* late *in leg. si tibi pecuniam ubi bonus text. ff. de cert. peta.* noviſſime *Catelia in memoria verbo, Vendidit Avend. reſponſ.* 12. *num.* 5. quod si hinc inde fuerit argumenta suadentia, esse unum, vel alium contractum, tunc judicabitur ex nomine, quod contrahentes illi posuerunt juxta doctrinam *Bartholus leg. cotem.* §. qui maximos *quæſt.* 5. *ff. de publi. Ar et. conſil.* 55. *column.* 2. ubi eleganter scribit *Alexand. conſi.* 3. *numer.* 3. *lib.* 1. *Roman. conſi.* 509. *col.* 2.

Supraſcriptis annecto consimilem quæs- 9
tionem, si quis dixerit, vendo tibi talem fundum in emphyteusim, an erit vēditio, vel emphyteusis? Et magis est emphyteusim esse, quia sensus verborum est quod sit emphyteusis, cum *Bald. in Rubr. Codic. iſto titul. numer.* 9. & suffragatur doctrina suprapositа num. 5. Nec verbū venditionis emphyteusi male applicatur, cum emptionis, vel venditionis verbo omnem alienationem complecti *lege* 12. *tabularum* cautum sit *lege ſtatuliberi, §. quintus, ff. de ſtat. lib. ſecundum vulgarem*

garem allegationem: quã tamen latè improbat *Pinel. leg. 2. C. de rescin. vendi. 2. part. cap. 1. numer. 11. cum seq.*

10 Aliud tamen est, si venditor dicat, vendo tibi istam rem in usum, quia non erit emptor usurarius tantum, sed plena videbitur facta venditio, quoniam verbum, in usum, ponitur ad demonstrationem, non ad taxationem *leg. donationes in concubinam, §. species* ibi, *usibus suis, ff. de donat. Bald. ubi supra numer. 9.* & verba ista respiciunt commodum emptoris, unde non restringũt, ut aliàs per *Bart. leg. 2. §. Titio, column. 1. & 2. ff. de donat.*

SUMMARIA.

1 *Differentia aliqua inter locationẽ, & emphyteusim usque ad nu. 5.*

5 *Locatio an de necessitate exigat pretium in pecunia numerata.*

6 *Lex Regia lib. 4. tit. 40. §. ultim. declarata, & an habeat locum in emphyteusi, & nu. 7. & nu. 8. alia differentia.*

8 *Locatio simplex, an dominium transferat, & an possessionem num. 10.*

10 *L. indebitis. §. sed si numi, & ibi glos. ff. de cond. indeb. declarata, quoad emphyteutam expulsum.*

11 *Colonarium jus, an possit præscribi.*

12 *Emphyteuta, vel colonus, an præferatur domino in agendo: & de intellectu, l. cum in plures, §. messem, ff. loca.*

13 *Colonus, an sit dominus fructuum ante collectionem, & an ante pensionem solutam, disputatur contra communem, & de intellectu l. si servus, §. locavi, ff. de furtis numer. 15.*

15 *Colonus, seu Conductor quæ actione agat, & de locatione rerum civitatum, vel municipiorum.*

17 *Invectorum, & illatorum hypotheca, an habeat locũ in emphyteusi, & l. Regia l. 4. tit. 23. §. ulti. declarata aliquot modii.*

18 *Colonus an solvat collectas?*

19 *Successor particularis in proprietate, an teneatur stare emphyteutæ?*

20 *Renovata an videatur ẽphyteusis propter mansionem in illa?*

Quæstio XX. Emphyteusis in quibus differat à simplici locatione

Accurtius in §. adeo institit. locati, & ibid. omnes interpretes, ac rursus idem *Accurti.* & ibi *Alberi. col. 2. Bald. plenius n. 3. lect. 2. & Salyc. nu. 1. Cinus num. 7. in l. 1. C. de jure emphyt.* plures differentias constituerunt, inter emphyteusim, & simplicem locationem (simplicem autẽ intelligo ad modicum tempus, puta biennium vel quinquennium) *Baldus*, autem ex professo quindecim conglomeravit *in 1. lect. dict. leg. 1. ex numer. 8. Doctores verò juris canonici easdem differentias tradiderunt in cap. potuit, de locato.* ubi *Joan. ab Anania. colu. 1. & alij doctores*, & licet sit res magis laboriosa quam subtilis, quia tamen necessaria est ad explicationem materiæ (*Baldus* etenim bis easdem differentias repetijt in hoc tract. ut patet *in 1. & 2. lect.*) ideo utiliores differentias plenius sequar, in alijs nuda duntaxat relatione contentus.

1 Prima differentia est in origine contractus, nam locatio à jure gentium originem ducit, *leg. ex hoc jure, ff. de just. & jur. leg. 1. ff. loca.* ibi, *locatio cum naturalis sit, & omnium gentium*: at emphyteusis est juris civilis, ut supra probavimus *quæst. 3.* & tradit *Anani. dict. capit. potuit numer. 24. novissimè Francisc. Conan. lib. 7. jur. civil. capit. 12.* Item locatio est contractus bonæ fidei, emphyteusis est stricti juris, ut latè diximus *quæst. 4. Bero. cap. potuit nu. 83. quicquid contradicat idem Conan. dict. cap. 12.* & hæc est secunda differentia, cui consequitur alia tertia, quod actio locati est bonæ fidei, actio verò ex emphyteusis, vel ex *lege Zenonis*, stricti juris, ut ibidem etiam scripsimus, & per *Baldũ in dict. leg. 1. eo tit.*

2 Quarta differentia versatur circa substantialia, nam locatio contrahitur solo consensu, dicta *lege 1. ff. locati. §. uno institit. de obligat.* quæ ex consensu at emphyteusis exigit scripturam de necessitate, quod latius explicuimus supra *quæstionem 7.*

& *Julius Clarus verb. emphyteusis q.* 4.

3 Quinta item differentia substantialia respicit, nam locatio non postulat dari aliquid pro ingressu, at emphyteusis hoc de substantia requirit, secundum communem antiquiorum, ut per *Alberi. dicta lege* 1. *Cod. isto titul. numer.* 3. *Anani. dict. capit. potuit numero* 22. & tradit *Joan. Baptist. Ferret. consil.* 81. *numer.* 3. sed nos contra tenuimus *supr. quæst.* 7. & *Julius Clarus*

4 *verb. emphyteusis quæst.* 3.

Sexta differentia circa subjectum, seu materiam versatur; quia locatio constat, tam super rebus mobilibus, quam super immobilibus, ut toto titulo locati, at emphyteusis non nisi super immobilibus leg. *privatæ, Cod. de excusat. muni. lib.* 10. *Alberi. dicta lege* 1. *num.* 4. de quo etiam egimus *supra quæst.* 12. & ponit rationem *Guiliel. Cune. in leg.* 1. *Cod. hoc tit.*

5 Septima differentia etiam substantiam respicit, quia pensio emphyteutica potest constitui, vel in pecunia, vel in specie, §. *adeo*, & ibi *glos. & Theophyl. instit. loca. & diximus supra quæst.* 11. *tradit Imol. dict. capit. potuit numer.* 7. *& ibi quoque Anani. numer.* 22. *Fulgos. dicta leg.* 1. *nu.* 5. *& ibi Alberi. numer.* 3. *Rolan. cons.* 96. *n.* 45. *Ord. lib.* 4. *tit.* 60. §. *antep. in nov. titul.* 45. §. 2. & 3. in locatione verò requiritur omnino ut interveniat pretium in pecunia numerata, *leg.* 2. *cum glos. verbo, mercede ff. loca. l.* 1. §. *si quis servum, ubi etiam glos. & Paul. ff. depositi, leg. si convenerit, ff. commu. divid. text. omnium optimus, l. naturaliter*, §. *at cum do.* ibi *pecunia data locatio erit*, & ibi *si res sit non erit locatio, ubi Fulgos. & Paul. num.* 2. *Iaf. & Curti. ff. de præscri. verb. post glos. ibi verbo, si res, & in* §. 1. *ubi etiam antiqui, & noviores omnes inst. locati Hosti. de location.* §. 1. *in fin. Azo. eod. tit. in princ. Bart. leg. si pecuniam col.* 6. *ff. de cond. ob caus. Abb. cap. propter sterilitatem numer.* 14. *de loca. Ang.* §. *præterea in princ. inst. eod Iason.* §. *actionum numer.* 185. *& in* §. *item serviana nu.* 12. *de act. Corne. consi.* 137. *numer.* 4. *lib.* 3. *& consi.* 301. *numer.* 2. *lib.* 3. *Carol. Ruy. consi.* 151. *num.* 8. *lib.* 4 *Paris. de pute. de reinte. feudo fol.* 62. *numer.* 18. *Rebuf. in* 1. *tomo ad leges Gall. tract. de lit. oblig. arti.* 4. *glos.* 2. *numer.* 22. *Gomez de contract. cap.* 3. *num.* 3. *Rolan. ubi supra*, & est magis recepta conclusio, ut tradit *Pinel. in rub. C. de resci. vend.* 2. *part. cap.* 3. *numer.* 28. *latissimè Fer. Mencha. controv. usufrequent. lib.* 3. *capit.* 52. *col.* 1. *probat. l.* 1. *tit.* 8. *part.* 5. ubi, *em diversos contados*. Unde si quis locat fundum pro annua mercede in frugibus consistente, in genere pura ad certam quantitatem frumenti, vel olei, vel alterius speciei, censebitur esse contractus innominatus non locatio, & agetur præscriptis verbis, *dicta leg. naturalis*, §. *at cum do. & dict.* §. *si quis servum*: licet quandoque improprie appelletur locatio, leg. *si olei, Cod. loca. & ita Bart. leg. si apes*, §. *item constat numer.* 1. & ibi *Ang. numer.* 3. *ff. de furt. Ang. etiam Aretinus in princ. inst. loca. numer.* 2. 3. & 4. *& dict. leg. partitæ. P. Costali. in leg.* 2. *ff. loca. Anani. dict. cap. propter numer.* 18. *Paris dict. tract. de reintegr. fol.* 62. *num.* 18. *Bellonus cons.* 45. *num.* 5. *Felin. cons.* 25. *col.* 1. ac proinde libellus in hac specie de locatione mentionem faciens debet impropriari secundum *Bart. dict. leg. si olei, & Angel. Aretinus* latè *dict. numer.* 2.

Cæterum de hac communi opinione dubitat, *Salyc. dict. leg. si olei, & Pinel. ubi sup.* longe lateque disputando contrarium defendit, imo quod etiam in locatione non requiratur pretium in pecunia numerata, sed sufficiat mercedem aliam consistentem in pondere numero vel mensura dari, quod ante eum tentavit *Ioan. Corras. libr.* 2. *Miscellan. capit.* 11. & noviissimè post eos, & elegantissimè *Fer. Mencha.* ubi supra. & satis indicat esse verum *Constanti. Harmenopul. in epythome juris civilis libr.* 3. *titul.* 8. dum de mercede solum, & nunquam de pecunia mentionem facit, & sentiunt doctores citati per *P. Rebuf ubi supra.* Sed ante omnes voluit satis aperte *Bald. leg.* 1. *num.* 3. *versi. item differt in rei præstatione, Codic. hoc titulo*, & eandem opinionem probat *lex nostra Regia libr.* 4. *titul.* 60. §. *penult. in nov. titul.* 45. §. 3. hanc opinionem contra communem ab orbe fere universo receptam esse

esse testatur *Mencha, loco jam citato*, ubi juribus pro communi adductis elegantissimè ultra alios respondet. Qua opinione admissa jam hæc differentia inter emphyteusin, & locationem corruit manifeste. Sed retenta communi, dic quod licet pensione constituta in aliqua specie, censeatur contractus innominatus, quia tamen contractus innominati regulantur secundum naturam nominatorum, ut *dict. leg. si olei, & dict. §. siquis servum*, idem judicabimus de illo contractu, quod de locatione *Bart. leg. si uno §. item cum quidam num. 7. ff. locat. & in leg. si merces, §. vis mator in fin. eodem tit. Abb. dict. cap. propter, & Bellon. ubi supra numer. 6.*

Advertendum tamen est, quod licet
6 pensio solvenda pro emphyteusi possit constitui, sive in specie, sive in pecunia, juxta *dict. §. adeo*, & scribentes supra citatos: attamen jure Regio aliud statuitur specialiter *lib. 4. titul. 59. §. fin. in nov. titul. 40.* in emphyteusi domuum, vel alicujus soli ad domos ædificandas, in hujusmodi enim casibus jubet lex ne pensio constituatur in pane, vino, & oleo, aut his similibus, sed duntaxat in pecunia numerata, & avibus, alioquin contractus emphyteutici aliter mercede constituta sunt nulli, & nullius effectus, ut expresse lex inquit, cujus legis rationem ego aliquando perscrutabar, & dicebam in emphyteusi domuum illud ideo constitutum, quia tales emphyteutæ plerunque sunt oppidani, & incolæ civitatum, qui non habent in redditibus panem, vinum, vel oleum: & inconvenit quod ad ea obligentur, quæ ex suis redditibus non colligunt, argumento alterius *legis Regiæ libr. 2. titu. ulti. in nov. lib 4. tit. 68.* ubi prohibentur fieri contractus de rebus, quæ pertinent ad alimoniam nisi ad pecuniam, præterquam si is qui obligatur habeat in redditibus, vel statim sit soluturus, cui adde *Ordin. lib. 5. tit. 65. in princ. in nov. lib. 5. tit. 65.*

Accedit in suffragium præfatæ rationis, *text. in l. domini prædiorum Codic. de agric. & censit. lib. 11.* ubi juxta primam & ultimam lecturam, probatur quod rustici obligati ad pensionem fructuum, vel ad certos anseres, capones, vel sues, non coguntur solvere in pecunia, nec conventio desolvendo in pecunia valet, nisi sit consuetudine suffulta, quia rustici optare pecunias non debent audere ne à dominis subtili ingenio subducantur *leg. 5. Codic. de agric.* & ne quærentes pecuniam ad solvendam pensionem momento à cultura distrahitur, *leg. colonus nulla, Cod. de agricol. lib. 11.* & tradit *Plate. dict. leg. domini prædiorum numer. 4. Lucas de pena. Rebuf. & alij ibidem.* Sicut igitur rusticos ad pecuniam compellere iniquum est, ita per contrarium compellere oppidanos ad fructus videtur iniquum, & hæc videtur ratio *legis Regiæ*, quousque alia melior afferatur. Faciunt quæ tradit *Chassan. in Cathal. glor. muner. 12. part. consider. 99. numer. 25.*

Juxta quod quæro circa eandem legem Regiam de duobus, primo, an illa habebit locum, etiam eo casu quo emphyteuta domuum habeat, & colligat ex suis redditibus, vinum, vel oleum quod pollicetur pro pensione, quasi videatur cessare ratio legis, argum. *Ord. libr. 2. tit. ultim. in nov. lib. 4. titul. 68.* & eorum quæ nuper diximus, & magis est, ut adhuc isto casu procedat decisio *text. in allegato, §. fin. in nov. titul. 40.* quia lex adaptatur ad id quod frequentius accidit, *leg. nam ad ea, ff. de legibus*, & ideo sufficit quod in plurimum oppidani, & habitatores civitatum facilius in pecunia quam in redditibus solvunt, & licet aliqui reperiantur, qui in redditibus solvere possint, non propterea debet cessare lex quæ indistinctè, & generaliter loquitur, *leg. de pretio, ff. de publicia. leg. 1. §. & generaliter, ff. de legat. præst.* Præterea licet is qui primo accipit emphyteusim habeat in redditibus, reliqui successores forte non habebunt, quia propter legis dispositio cessare non debet quæ proficua est, & utilis reipublicæ.

Item quæro an præfata *lex Regia*, habebit locum etiam in emphyteusi domuum Ecclesiarum, ut si pensio fuerit in

vino, tritico, oleo, vel similibus, non valeat, sicuti in emphyteusi seculari non valeat & respondeo quod non, quia constitutio Principis secularis, quamvis justa, & generaliter loquens non extendit suum effectum, nec ligat res Ecclesiæ, ut est communis secundum *Deci. capit. Ecclesia S. M. num.* 53. *de constitut. Joan. Baptist. in rep. leg.* 1. *numer.* 189. *Codic. de Sum. Trinit. contra Bart. ibi numer.* 29. quem communiter inquit reprobari, & *Covar.* (licet ipse sit pro *Bart.*) *in quæst. pract.* 8. *nu.* 5. post *Felin. dict. cap. Ecclesia num.* 81. *Rochum de consuet. quæst.* 11. *Alciat. Auth. Chassa.* & irrita verbo, *sanctiones, Codic. de sacrosanct. Eccles.* tradit latissimè *Robert. Maran. in disputat.* 8. *per totam*, proinde dicendum *legem Regiam, dicto* §. *fin. in notit.* 40. non habere locum in emphyteusi Ecclesiæ, maximè quod de jure communi Cæsareo expresse decisum est, in quibus rebus pensio emphyteusis constitui possit, & jus pontificium recurrit ad leges cæsareas, ubi jure canonico non est expresse decisum contrarium *capit.* 1. *de novi. oper.* & non recurrit ad jura particularia Regnorum, ut tradit *Præpos. capit. consuetudo column.* 3. 1. *dist. P. Raven. in allegat. consuet.* 1. *column.* 5. quamvis contrarium scribat *Palat. Rube. in introduct. rubr. de donat. inter vir. & uxor. numer.* 8. *Chassa. in consuet. Burg.* §. *utrum numer. fol.* 381. *Bernar. Luco. in pract. crimi. capit.* 137. qui non advertunt, quod jus canonicum non potuit cogitare de statutis, & legibus terrarum, quæ quo ad jus commune sunt statuta particularia ignorata à Pontificibus, nec sunt pars juris communis, de quo intelligunt summi Pontifices *in dicto capit.* 1. *de novi. oper.* quod summe advertendum est, quia circa hoc in practica inultoties perniciose erratur. * attamen *in Concilio novissimo provinciali Brachirensi fol.* 39. verso jubetur recurri ad leges Regias. Poterit tantum præfacta lex *Regia dict.* §. *fin. in nov. dict. tit.* 40. servari in emphyteusi Ecclesiæ, si modo apud tribunalia Ecclesiarum fuerit longo usu, & tempore recepta: fit enim ex hoc promiscuo, & longævo usu, mixta consuetudo laicorum, & clericorum, quæ servanda est in foro canonico, ut per *Abb. per illum textum in cap. cum causa numer.* 4. *de re judic. Felin. dict. cap. Ecclesia numer.* 81. *vers. secundus casus. Deci. in cap. ad nostrã num.* 3. *de probat.*

Rursus circa *d.* §. *fin. in nov. dict. tit.* 40. *legis Regiæ*, non ommitto quod illæ aves quæ pro pensione emphyteusis domuũ dari promittuntur, debent dari vivæ non mortuæ, ut firmat *Bart. in fin.* & ibi quoque *Alberi. Angel. Jason. num.* 36. *leg. quod te mihi ff. si cert. pet. idem Bart. per illum text. leg. qui decem,* §. *fin. ff. de solu. & in l.* 1. §. *plane*, per illum *text. ff. si quadr. paup. feci. dic.* & hanc ipsam opinionem probat, & defendit *Curti. Jun. dicta lege quod te mihi, in fine* ubi declarat decisionem *Bart.* non procedere quando fuerit eadem ratio vivorum, & mortuorum, juxta decisionem ejusdem *Bart. leg.* 1. §. 1. *ff. de cadave. punit.* Proinde si pro pensione tot perdices, aut cothurnices dari debent, satisfaciet emphyteuta eas mortuas dando, & ita usus observat, non sic in gallinis, & caponibus, quia diversa ratio est propter dubium, an ex se ipsis mortuæ sint.

Adde præterea ad declarationem *dict.* §. 7 *fin. in nov. dict. tit.* 40. quod cum ibi dicitur pensionem emphyteusis domuum debere constitui dumtaxat in pecunia: debet intelligi de pecunia, & moneta currente tempore contractus, non verò tempore solutionis, ut concludit post longam disputationem *Christo. Castelio cons.* 35. *per tot. scrib.* communiter in *leg.* 2. §. 1. *si cert. pet. P. Costa leg. res in dotem, ff. de jure do. & mod. Hispa.*

Octava item constituitur differentia ab 8 *Alberi. dict. leg.* 1. *hoc titul. numer.* 3. quia locatio potest esse temporalis, & perpetua, at emphyteusis non nisi perpetua, *dict.* §. *adeo, leg.* 1. §. 1. *ff. si ager vectiga.* sed nõ jure procedit hæc differentia, quod attinet ad locationem, quia locatio, quæ perpetua est, emphyteusis est, ut infra dicetur, unde rectius loquitur *Anania, dict. cap. potuit nu.* 22. *in locatione temporali.*

Nona differentia versatur circa effe- 9 ctus, nam simplex locatio nullum dominium

nium transfert *leg. cum manusat. §. fin. ff. de contr. empt. leg. nō solet, ff. loca.* juxta vulgarem intellectum (aliter enim, & eleganter eam explicat *Franciſc. Gallus, ubi sup. capit. 11. numer. 3.*) *Bald. in rub. numer. 7. Codic. isto tit. Alexand. consil. 104. num. 1. lib. 3.* emphyteusis verò transfert utile dominium, *leg. 1. §. 1. ff. si ager vectig.* ponit *Anani. dict. cap. potuit num. 22. Ruyn. consil. 57. in princ. lib. 1.* & *Neviza. consil. 92. nu. 43.* quod & nos tradidimus *sup. q. 13.*

10 Decima differentia est, quia merus, & simplex conductor non possidet, sed dominus per eum tanquam per instrumentum *leg. peregre, §. quibus explicitis, leg. si quis ante, leg. qui universas, §. quod per colonum, ff. de acquir. possess. leg. Attilius,* secundum vulgarem intellectum, *ff. de donat.* at emphyteuta possidet naturaliter, *leg. si ut certo. §. si duobus, ubi glos. ff. commoda. Bald. leg. 1. column. 2. Codic. isto titulo Dueñas reg. 40. numer. 12.* quod nos etiam latè explicuimus *supr. quæst. 18. numer. 1.* unde colono dejecto censetur dominus dejectus, ut in *dicto §. quibus* secus dejecto emphyteuta, ut per *Rimin. consil. 94. numer. 24. vol. 1.* & inde etiam est quod colonus vi expulsus potest agere contra locatorem, ut sibi cedat interdictum unde vi, ut per *Bover. sing. verbo, actio, numer. 11.* at emphyteuta non eget hac cessione, quia pro sua possessione agere potest eo interdicto, ut diximus *dicta quæst. 18. num. 21.*

11 Undecima præcedenti annectitur differentia, quia si expulisti conductorem vel colonum meum, & ego à te solam possessionem condicam (uti possum ex *text.* & quæ ibi docent *Bart. Paul. Iason.* & *alij in leg. indebiti, §. sed si numi. ff. de cōd. ind. Cyn.* & *Paulus* & novissimè *Ant. Menes. leg. si post divisionem numer. 8. Codic. de jur.* & *fac. igno.*) non poteris mihi objicere de jure coloni, seu conductoris, ut ea tenus res apud te sit, quatenus futura erat jure conductionis apud ipsos, per regulam, *leg. loci, §. competit, ff. si servit. vendi.* sicuti nec potest quis objicere de jure ususfructus competentis alicui tertio, ut per *glos.* communiter receptam *in dicto §. sed si numi.* Secus autem si expuleris emphyteutam, vel aliter possessio rei emphyteuticæ ad rem perveniat, & ego à te solam illam possessionem velim condicere: poteris enim mihi objicere de jure tertij emphyteutæ, & prætendere, ut eatenus apud te sit res emphyteutica quã occupasti, quatenus futura erat apud ipsum emphyteutam, recognoscendo me in dominum, *ita glos. celebris in* verbo, *cum re, ad finem dicto §. sed si numi.* cujus doctrinam alibi melius non reperiri, inquit ibi *Bartholus* & esse singularem in jure testatur *Angelus* ultra quos sequitur eam ibi *Iacob. Butric. Alber.* & *Salyc.* & in judicando non esse ab ejus doctrina recedendum scribit *Paul. numer. 14.* & communiter à Doctoribus teneri ait, (ea tandem post disputationem sequutus) *Iason. column. fin.* & novissimè ibi *P. Costal.* contra *Uldari. in fine* sequitur etiam *Bartholus leg. 2. ad finem ff. exce. rei jud. Salyc.* & *Paul. in leg. cum servum, Codic. de servi. fug. Bald. etiam leg. 2. column. 2. ad finem Cod. hoc titulo Iason. leg. 2. num. 29. Codic. eod.* Nec regula de exceptione juris tertij non admittenda, hic locum habet, quia jus emphyteuticum, vel feudale, quod est dominium utile, stat de per se æque principaliter sicuti directum, ideo potest domino directo objici: secus in alijs juribus accessorijs rei alterius, ut prædialibus, vel personæ, ut ususfructus vel usu, quia illa jura non possũt objici principale jus habenti, & ita tenendum, quanvis plures non sine magno argumento contradixerint uti *Fulgos. dicta lege cum servum, Bald. Castelion. Fulgos.* & *Alexand. numer. 9. in dicto §. sed si numi,* quibus suffragatur *glos. in leg. 1. §. quod autem, vers. is autem,* cujus verbo, *in rem 2.* cui consentiunt ibi *Bartholus* & *Angel. ff. de superficiebus.*

Adverte tamen quod non est restringenda opinio *glos. in dicto §. sed si numi.* ad possessorem tantum, qui de facto expulit emphyteutam: imò debet generaliter intelligi quomodocunque possessio ad eum perveniſſet, ut voluit *Bartholus* ibi, & satis expressit *P. Costal.* & est de mente cõmuni, licet *Iason. ibid. in fine* parum adverten-

vertenter solum eam intelligat injusto expulsore.

Quid autem è contra, si emphyteuta qui cecidit à possessione agat contra tertium possessorem, an possit ille tertius opponere de jure domini directi, & sic quod amisit emphyteusim propter caducitatem? Dicam *infra in 4. parte* quia hic non est locus.

12 Duodecima differentia est circa præscriptionem, potest siquidem jus emphyteuticum præscribi, ut dicemus *infra 3. parte* at jus colonarium, seu coloniæ præscribi non potest à puro colono, nisi intrevertatur possessio *leg. male agitur, Codic. de præscript. 30. ann. Bald. leg. 1. column. 2. Codic. de jure emphyt. ad finem* idque viginti argumentis probat *Aymon. Cravet. de antiqu. tēp. 4. parte ex numero 216.* & novissime *Fer. Mencha. 2. tomo contro. lib. 1. capit. 4. numer. 16.* quanvis præscribi jus colonarum longissimo tempore 30. vel 40. annorum pro lege ponat *Const. Harmen. in epitho. jur. civil. lib. 3. tit. 8. in hæc verba, colonum triginta annis in fundo moratum, etiam invitum cogo, ut agrum colat, nec amplius in meo arbitrio est jus prohibendi, vel repellendi*, cui consonat *leg. cum satis, §. cum autem. C. de agric. lib. 11.* & idē docuerunt *Bald. d. l. male agitur col. 2. n 7. vers. si vero conductio*, & ibi quoque *Angel. col. 2. & Alex. ad Bart. & ijdem Bald. n. 4. & Angel. leg. omnes col. 2. vers. exemplum colonus Cod. de præscript. 30. ann. Alex. ad Bart. leg. item quæritur, §. qui impleto in 1. addit. ff. loca. Bertachy. in suo Repet. 1. parte* verbo, *colonus, vers. 11. Afflict. decis. 365. numer. 13. & Joan. de Anic. cōsi. 150. præstantissimi numer. 20.* ubi testatur ita tenere *glos. Cyn. Alberi. Bald. Angel.* & communiter *scribentes in dicta lege male agitur*, quanvis item *glos. in lege litibus* verbo, *colonorum, Codic. de agricol. & cēsit. libr. 11.* dixerit jus coloniæ posse præscribi à domino spatio decem annorum, & ad hoc illam citaverint *Platea colu. 2. & alij* ibi, sed melius intelligit *Rebuffus numer. 7.* Nec sequerer opinionem *Bald. leg. male agitur.* & sequacium in casu quo de titulo locationis non constaret, ut voluit defendere *Cravet. ubi supra numer. 222.* nec ullo casu in conductore alias læso, quia rem illam modico pretio vendidit locatori, nec jam habet remedium redimendi: in qua specie etiam *Baldum* defendit *Aymon. Cravet. numer. 233.* quia cum colonus, quatenus tanquam colonus domino solvit nullo modo sibi possideat, sed domino ut *dicto §. quibus explicitis*, & *dicta lege fin. Codic. de acquirend. possess.* nec in jure locationis habeat quasi possessionem, (sicuti dicimus in jure emphyteusis, & ususfructus) sequitur quod nullatenus etiam longissimo tempore potest præscribere, nec rem ipsam, nec jus coloniæ: nequit enim sine possessione præscriptio currere, reg. sine possessione, *leg. sine possessione, ff. de usucap.* * poterit autem hæc posterior opinio defendi in colonis fundorum patrimonialium qui per 30. annos ibidem commorantes perpetuum jus acquirunt (salvo Canone) ut tenet *Odofred. & Plate. in lege jubemus column. 1. vers. patet etiam differentia, Codic. de fund. patrimonial. lib. 11.* adde in materia simplicis coloni an præscribat per 30. annos *Carolum consil. 75. numero 1. libr. 1.* Adverte tamen quod licet jus coloniæ præscribi nequeat à colono, ut ipse verius opinor (quanvis aliquando viderim judicatum contrarium) bene tamen colonus qui rem sterilem, & incultam suis expensis, & laboribus ad cuituram redegit poterit cogere dominum, & multo magis Ecclesiam (quæ est cultrix justitiæ, & æquitatis *capit. 1. §. sed diversum de alien. feud.*) ut coloniam renovet pro eodem pretio, ex traditis per *Bartholum leg. fin. Codic. de omni agro deserto libr. 11. & in leg. 2. Codic. de locat. præd. civil. & in lege cognovimus Cod. de mancipijs, & colonis libr. 11.* tradit eleganter *Barb. capit. ad aures column. 2. de reb. Eccles.* accedit *text. leg. cum satis, §. caveant Cod. in quib. caus. coloni*: imò, & ut in emphyteusim concedat, ut latè probavit *Carol. Ruyn. cons. 116. in primis libr. 1.* post *Paul. consil. 63.* videtur dicendum *libr. 1. argumen. dicto capit. ad aures* secundum intellectum *Anchar. & Barba.* ibi Sed hoc ego non ita plane admitterem, nisi

nisi quando Ecclesia vellet eandem rem alteri locare: teneretur enim potius illi concedere, qui de sterili arabilem, & fructuosam fecit, ne lugeat labores suos ab alijs possideri contra æquitatem *leg. fin. Codic. de alluvio. & paludib. leg. cum oportet. C. de bon. quæ liber.*

13 Decima tertia assignatur differentia, quia emphyteuta præfertur domino in agendo, non ita colonus, & inquilinus, *leg. cum in plures, §. messem, ff. locati. leg. si apes, §. item constat. ff. de furtis* & ita *Baldus leg. 1. Codic. isto titulo column. 2.* Sed non sic simpliciter hæc accipienda sunt, ut à *Baldo* scribuntur, nec unquam judice dici potest, quod emphyteuta præfertur domino in agendo: patet evidenter, nam si concurrat cum domino in re emphyteutica vendicanda neuter præfertur, sed uterque pro suo dominio poterit agere, ut diximus *supra quæstion. 14. numero 3.* Si verò agatur de fructibus rei emphyteuticæ, existentibus penes tertium, vel forte ab eo surreptis, dominus directus ad eos fructus nullam actionem habet, nisi cum excusso emphyteuta non reperiatur, unde sibi de pensione satisfiat, habet enim (ut plures opinantur) fructus tacitè hypothecatos pro pensione solvenda. Solus ergo tunc emphyteuta poterit, vel reivendicare fructus, vel contra furem furti actione agere, imò, & condictione furtiva: nam cum ipse sit utilis dominus, *leg. 1. ff. si ager vectiga.* ea condictione uti potest, quia domino rei datur *leg. 1. ff. de condit. furti*, & ita *Bartholus numero 1. Angelus numero 4.* loquendo in conductore ad longum tempus *in leg. si apes dicto §. item constat.* In hoc ergo stat differentia inter emphyteutam, & colonum simplicem, nam emphyteuta pro fructibus prædictas actiones habet, cæterum in colono diversum jus est, cum faciat dumtaxat fructus suos, postquam fuerint ab eo collecti vel ab alio eo invito, ut per furem, vel eo volente, ut per emptorem suum; *leg. si servus communis, §. locavi. ff. de furtis* ubi hæc est *Bartholus*, & aliorum concors sententia, & ejusdem *Barthol. & Angel. in dicto §. item constat numer. 4.* certè colonus non poterit nisi in suprascriptis duobus casibus fructus vendicare, aut condictione furtiva agere, & contra furem colligentem, ac furantem fructus pendentes, non habet condictionem furtivam, sed aget ex conducto contra dominum, ut agat adversus furem condictione furtiva, & quidquid consequutus fuerit sibi restituat. Et hic est intellectus *dicto §. messem ex Bartholo Fulgos. Paul.* ibi, & eodem *Barthol. dict. §. constat.* contra *glos. ibi, & dicto §. messem, & Alberi. ibidem* cum aliquot antiquioribus intelligentibus illum *textum* in colono tantum partiario, & contra *Petr. Costalium*, qui illum intelligebat in colono ante solutam pēsionē quod mere divinatorium est.

Decima quarta differentia satis liquet ex præcedenti, quia emphyteuta dominus est fructuum ante, & post collectionem illorū: colonus autem non est dominus nisi post collectionem à se vel suo nomine factam, ut est *textus alleg. §. locavi, & ibi Doctores communiter, & in allegat. §. item constat*, & in hoc æquatur usufructuario, in quo idem disponitur, *leg. si usus fructuarius messem*, ubi *omnes, ff. quibus mod. usu. amit. leg. arboribus, §. Julianus, ff. de usufruct.* ubi novissimè *Petrus Costali.* declarat, *& Paul. dict. §. messem.* 14

Decima quinta differentia est, quia fructus fiunt emphyteutæ, licet adhuc pensionem non solverit, quia dominus est, expectatur enim usque ad triennium, ut *leg. 2. Codic. isto titulo* cæterum colonus fructuum dominus non fit, nisi postquam pensionem solverit, vel fides illi sit habita de pretio, ut est *textus glos.* verbo, *facere Barthol. & Angel. in dicta lege si servus communis, §. locavi. ff. de furt. Bald. l. licet, opp. 3. Codic. loca. P. Costali. in lege cum in plures §. messem in fin. ff. eodem, & in lege prædijs, ff. in quibus caus. pignor. tac. controh.* Ex quo notandum, quod sicut in venditione non transfertur in emptorem dominium, nisi pretio soluto, vel aliter venditori satisfacto, puta pignore ex promissore, fidejussore, aut habita fide de pretio, *§. venditæ inst. de rerum divison. leg. quod vendidi. ff. de contra. emption.* Ita similiter in locatione, 15

tione, & alijs contractibus bonæ fidei, prout etiam tenuit *glos. leg. in civile, Codic. de rei vend.* & post *Bart.* adnotavit *Angelus dict. §. locavi, numer. 8. ubi* idem tradũt generaliter etiam in contractibus stricti juris, cum *glos. leg. cum proponas, Codic. de dolo P. Costal. dict. leg. in prædijs. Alcia.* verbo, *nudis*, post alios, *in leg. traditionibus, Codic. de pact. contra glos. ibi, & in leg. 1. C. de rerum permu.* Atque ita ex hac, & supra proxima differentia, intelliges quod ut colonus fructus suos faciat, non solum requiritur, ut eos ipse colligat, aut ab alio suo nomine colligantur, sed adhuc etiam quod jam pensionem solverit, vel de ea sit ei habita fides, nec antea suos faciet, & hoc non est obliviscendum, quia aliud vulgo existimatur.

Veruntamen hæc doctrina valde mihi suspecta est, quia non reperio *text.* qui in locatione, aut alijs contractibus, præter vẽditionem, id ita decernat: *text. numer. in dicto §. locavi, column. 2.* ei non suffragatur, quia ibi dolus causam dedit redditioni pignoris. Sed, & illud argumentum me multum movet, quod de jure fructus prædiorum tacite intelliguntur pignori esse domino fundi locati pro pensione solvenda, etiamsi nominatim id non convenerit, ut *leg. in prædijs. ff. in quibus causis pignor. taci. contr. leg. si in lege, §. si colonus, utrobique notant omnes, ff. locati*, adeo quod dominus potest eosdem fructus retinere loco pignoris, & prohibere ne colonus illos exportet, ut scripsit *Baldus leg. ædem, col. 1. in fin. Codic. locati, Jason. §. item ser viana numer. 36. de actionibus* licet secus sit in fructibus iuduſtrialibus, ut per eum *numer. 37.* post *Bart.* latissimè, *column. 2. in leg. assidnis, Codic. qui pot. in pign. hab.* unde sequitur colonum esse eorum verum dominum, etiam antequam pensionem solvat: nam alioquin si interim essent locatoris nõ consisteret tacitum pignus in eis, nec etiam expressum, prout fuit interpositum in *dicto §. locavi*, quia in re propria pignus non datur, leg. *nec pignus. ff. de regul. jur.* Accedit quod in venditione dicitur res retineri quasi pignus, *in lege Iulianus, §. offerri, ff. de act. empt.* quia vere pignus non est, at in locatione non quasi pignus sed verum pignus dicitur, *d. l. in prædijs*, ex quo fit palam dominum fundi locati non esse fructuum dominum, quãvis pensio adhuc sibi soluta non sit, cum ut dixi in re propria pignus non consistat. Nec obstat, quod in alleg. §. *locavi* dicitur colonus furtum in hac specie commisisse, quod non diceretur si dominus fructuum esset, quia rei propriæ non fit furtum, cum sit rei alienæ contrectatio, ille enim *textus* rationem habet ad interesse pignoris, cujus causa fundi dominus furti actionem habere potest, *leg. creditoris, leg. si is qui rem pignoris, ff. de furt.* non verò quia fundi dominus, etiam fructuum dominus sit ante solutam pensionem, & hæc mea mens est circa prædicta, licet aliter doceat schola communis, cui tamen semper parendum censeo.

Decima sexta differentia versatur circa 16
actionem, quia emphyteuta agit utiliter in rem pro re emphyteutica, *leg. 1. ff. si ager vectig.* secus in conductore, nisi sit conductor ad longum tempus, quia emphyteutæ vicem habet, ut dicam in sequentibus, vel nisi sit conductor alicujus loci publici, nam, & in his in rem utiliter agit, ut *leg. 1. ff. de loco publico fru. Bald. column. 2. Salyc. numer. 11. post Nicola. Mata. in leg. 1. Codic. isto tit.* tradit (licet his non citatis) *P. Avendan. loco statim citand. nu. 15.* Quibus autem solemnitatibus locentur loca, seu res civitatum, aut municipiorum scribit melius quam quisquam alius idem *Avendan. libr. 2. de exeq. mand. capit. 12.* ubi congerit octo solemnia necessaria, & alta notanda in eo articulo quæ conferunt ad *legem Regiam lib. 1. titu. 46. in princ. & §. 1. in nov. titu. 66. §. 12. & §. 1.* & est materia *titul. Cod. de loca. prædio. fisc. civil. lib. 11.* exponitur enim ibi civilium, pro prædijs cujuslibet civitatis, ut per *Plate. in rub. illius titul.* in quo etiam, & in sequentibus titulis, agitur de materia locationis prædiorum fiscalium, & rei privatæ, vel dominicæ, & de locatione rerum templorum: qua de re aliqua forsitan scribam infra *in 2. part. quæst. 2.* Illud interim notabis, quod de jure cõmuni prædia

seu

seu fundi civitatum poterant indistinctè locari ad tempus vel in perpetuum, i. quandiu pensio solvatur, quod est idem quod emphyteuticari, §. *adeo inst. locat. leg. loca.* & ibi *glos. & Plate. Cod. de loca. præd. fisc.* erat tamen aliquæ differentiæ interlocatorem perpetuarium, & temporalem, quas colliges ex legibus illius *tit.* & interpretibus ibi, quas itidem differentias hodie observa ad declarationem *legis Regiæ dicto titulo* 46. §. 28. *in nov. titul.* 66. §. 17. ubi id maximè indicitur, ut horum bonorum cum præconijs emphyteuticatio fiat non alias, quod, & jure communi cautum erat *leg.* 2. & 3. *Codic. de locat. præd. civil.* ubi tradunt *Platea, & alij.*

Decima septima differentia, quod licet
17 invecta, & illata sint tacitè obligata pro pensione emphyteutica, vel conductoris ad longum tempus, ut voluit *Fal. leg. certi juris numer.* 8. *Codic. locati*, sicuti invecta, & illata à colono, ut in *dicta lege certi*, cũ latè traditis per *Mencha. contro. freq. libr.* 3. *cap.* 56. attamen si emphyteuta alij rem locaverit (ut plane potest secundum *Paris. consi.* 6. *numer.* 20. *libr.* 4.) non reperio quod invecta, & illata illius conductoris, sint obligata domino directo pro pensione, licet reperiam quod invecta secundi conductoris, qui conduxit à primo conductore, sint tacitè obligata domino pro pensione, ut tradit *Gomez.* 2. *tomo capit.* 4. *numer.* 12. Sed cum emphyteusis plurimum accedat naturæ locationis non auderem constituere hanc differentiam, imò dicerem quod sicuti invecta, tam primi quam secundi conductoris sunt obligata domino domus pro pensione, ut etiam tradit bene declarans *Rebuffus ad leges Galliæ, tract. de lit. ob articulo* 4. *glos.* 2. *numer.* 13. & *elegantius Orosc. in leg. item quia numer.* 13. *ff. de pact.* & *habet jus executivum, ut scribit Soar. leg. post rem judicatam pag.* 525. *numer.* 4. *vers. item est alius casus, ff. de re judicata* Ita, & invecta ab eo qui conduxit ab emphyteuta sint obligata pro pẽsione domino directo. Et inde utiliter infero, quod *constitutio Regia libr.* 4. *titul.* 57. §. *ult. in no. tit.* 23. §. *ult.* permittens locatori domus sine alia judicis authoritate jubere officiali, ut executionem, seu pignorationem faciat in bonis primi, vel secundi conductoris, locum habeat etiam in emphyteusi: ego tamen nunquam vidi suprascriptam Regiam constitutionem in emphyteusi practicari, & jure merito, quia lex illa à jure communi exorbitans non potest ad casum in quo non loquitur extendi juxta notata *in Auth. quas actiones, Codic. de sacrosanct. Eccles.* maximè quod ratio quæ movit legislatorem, ut illud statueret in locatione, quæ bonæ fidei est, & frequentissimus contractus, non æque militat in emphyteusi, quæ juris stricti, & non æque frequens est, & si de emphyteusi sentiret, utique silentio non præterijsset *capit. ad audientiam de decimis.* Item non videtur quòd sit facienda executio contra emphyteutam, qui utile dominium, & naturalem possessionem habet, *leg.* 1. *ff. si ager vectig.* sicut fit contra conductorem qui solam habet personalem actionem, & nullam possessionem suo nomine. Proinde jure videtur Regiam sanctionem solum in locatione procedere, & usu receptam.

Et quia *Rebuf.* in loco paulo ante citato *ex numero* 6. 12. *ampl.* & decem limitationes congerit ex scriptis *Neguzan. de pign.* 2. *parte* 4. *membr.* & *Socin. in reg.* 239. invecta commentando aliam ferè similem consuetudinem, quæ observatur in Regno Franciæ pro conductoribus exequendis. Ideo licet obiter, aliqua re admonere volui circa prædictam legem Regiam. Et primo quod non potest fieri pignoratio, juxta formam illius legis, nisi conductor prius requiratur, aut alius, qui in possessione, seu tenuta domus fuerit, vel quisquis ibi rem aliquam habuerit, quod patet ex serie legis, ibi, *pode requerer*, alioquin si neminem in domo reperirit, non erit locus legi, sed adeundus erit judex, quod nota quia vidi in hoc pernicioſè erratum. Secundo adverte, quod potest fieri talis pignoratio, etiam si res ibi fuerint invectæ à conductore, non ut ibi perpetuo essent: licet enim ut invecta, & illata sint hy-

pothe-

pothecata tacite pro pensione hoc exigatur, ut *in leg. prædijs, vers. videndum*, ibi, *sed ea sola quæ ibi sint, ff. in quibus causis pig. tac. contra, Bart. leg. si inducta, Cod. eod. titul. Afflict. decis.* 184. attamen attenta *lege Regia*, hoc non exigitur quoad pignorationem, quæ juxta formam illius fieri debet: nec enim est pignoratio pro invectis, & illatis tantum, sed generaliter in bonis conductoris, ut ex ea patet: igitur nulla vis est, an bona conductoris in domo reperiantur, necne, & an fuerint in domum illata, ut ibi sint perpetuo vel minus, & an sint expositæ venales, quod negabat *Neguz. de pignor. 4. membro 2. parte ex numero* 133. & affirmabat *Rebuffus ubi supra numer.* 28. hæc etenim quæstio ad hypothecam invectorum pertinet, non ad pignorationem, & executionem quæ fieri potest secundum *dictam legem Regiam*, quod & circa suam consuetudinem Franciæ firmat *Rebuffus numero* 15. sed melius nostræ constitutioni aptatur. Tertio supra proximæ adnotationi addunt aliqui, jure etiam Regio non exigi quod bona quæ in domo reperiuntur invecta sint jure dominij ipsius conductoris, nam licet non sint, potest in illis fieri pignoratio, ut ibi, *ou que tiver alguma cousa nella*, quod enim bona sint propria conductoris, vel saltem domino rei sciente, & patiente inducta, exigitur ad tacitam hypothecam invectorum, bona etenim aliena cum nequeant expresse ob igari à non domino, *leg.* 1. §. 1. *ff. de pignor. multo minus tacitè leg. rem alienam, ff. de pignor. action. glos. leg. certi, Codic. locati Bart. & ibi eleganter Oroſci. numer.* 6. *leg. item quia, ff. de pact. Rebuf. ubi supra numer.* 36. *Afflict. eleganter dict. decis.* 184. Quarto adnotabis remedium præfatæ *legis Regiæ* non habere locum pro deterioratione domus, si quidē pro illa non poterit ad pignorationem ex jussu locatoris procedit, nec officialis illum exequi tenebitur, quia lex eo casu non loquitur, *leg. si servum, 6. prætor ait, vers. non dixit prætor, ff. de acquir hæred.* licet enim invecta, & illata sint tacitè hypothecata, etiam pro deterioratione domus, & omni alio debito inquilini, sicuti pro pensione, ut per *Bart. leg. solutum, §. solutam in fin. ff. de pign. act. & est tex. leg.* 2. *ff. in quibus causis tac. contr. Fanus de pignorib.* 2. *part.* 4. *membr. numer.* 129. *F. Oroſci. in dicta lege item quia numer.* 12. *ff. de pactis* atque adeo ut fidejussor datus pro pensione domus solvenda, censeatur etiam pro deterioratione obligatus, *leg. amissi, §. fidejussores. ff. de fidejussor. Cepola cautela.* 127. ille qui fidejussit. *Roma. sing.* 152. *Hyppol. latè de fidejussor. quæst.* 8. *facit leg. si ab uno, ff. ut leg. nom. cave.* illud sane procedet quoad inclusionem ex tacita hypothecata, cæterorum quoad executionem, de qua in suprascripta *lege Regia* non ita erit, quia lex eo casu pignorationem non concessit, & est exorbitans, ut non sit mirum quod praxis eam legem in deterioratione non acceperit, quod, & circa sui Regni consuetudinem scripsit *Rebuffus loco præcitato numero* 32. *ubi numero* 31. aliam elegantem limitationem scribit, in eo ejus bona sunt invecta jure hospitij, tu illum videto, & hæc circa prædictam *legem Regiam* licet per transenam, scripta adnotabis uti frequentiora, jam ad alias differentias transeamus.

Decima octava differentia est, quia emphyteuta tenetur ad collectas, non autem 18
simplex colonus, *leg. si pendentes, §. si quid ff. de usufructuar.* & diximus late supra *quæst.* 17. *Iulius verb. emphyt. quæst.* 46. quod si colonus solvat repetit à domino, *l. ædiles, ff. de ædil. edic. Bald. l.* 1. *boc titul. lect.* 1. *numer.* 5.

Decima nona differentia est, quod succes- 19
sor particularis in proprietate tenetur stare emphyteutæ, secus autem in colono, & inquilino, ut *leg. emptorem Codic. locat.* & est ratio secundum *Bald. leg.* 1. *col.* 2. *C. hoc tit.* quia emphyteuta habet jus reale & utile dominiū, *leg.* 1. *ff. si ager vectig.* unde meritò non potest expelli à particulari successore, sed nec conductor ad longum tempus, *leg.* 1. §. *quod autem ff. de superfic. glos. & Doctores communiter, dict. leg. emptorem Bart. l. cum filiofamilias, §. si vir in quinquennium, ff. solut. mat.* & ibi *Rom. n.* 31. *Alex. nu.* 2. 24. & 25.

Rota

Rota, antiq. 861. Guydo. quæst. 480. nu. 3. Aufrer. ad Capel. Tholo. 420. & alij plures, ut per Tiraq. lib. 1. de retract. glos. 14. numer. 82. & D. Covar. lib. 2. resolu. cap. 15. num. 2. & postea P. Dueñas reg. 240. limit. 2. inquientes, quod locatio ad longum tempus, non solum dicetur ad vitam (qui casus est sine dubio, juxta *glos. Clem. 1. de reb. Eccles. & in cap. perpetua 10. q. 2.* quod enim ad vitam est, perpetuum dicitur, *leg. 1. ff. pro socio*) sed, & si fuerit facta duntaxat ad decennium, nam, & illa locatio dicitur ad longum tempus, *juxta glos. capit. 2. verbo, non modicum, de rebus Eccles. & in leg. fin. ff. si ager vectig.* quod & voluit novissimus *glosator Grego. in leg. 19. titul. 8. part. 5.* verbo, *sua vida*, dicens ita communiter teneri. *Ant. Gomez. 2. tomo de contract. cap. 3. numer. 8. vers. secundo infertur*, & juvatur ea sententia *Regijs constitutionibus lib. 4. titul. 6. §. 9. in nov. tit. 48. §. 8. & tit. 2. lib. 3. in nov. tit. 47. in princ.* Verumtamen præfata lex partitæ in fine in duobus tantum casibus loquitur: in locatione, videlicet, ad vitam, vel in perpetuum: nec de locatione ad decennium quidquam expressit. An verò successor in emphyteusi, vel emptor emphyteusis teneatur stare locationi factæ ab antecessore, tradit *Anani. capit. propter numer. 13.* de locato, & an successor maioratus teneatur stare locationi factæ ab antecessore, scribit *Gomez leg. 40. Tauri numer. 84. ad finem*, & latè *Grego. l. 2. titul. 8. part. 5.* non teneri ex *leg. si quis domum §. 1. ff. loca. leg. peto §. prædium, ff. de leg. 2. leg. 3. tit. 8. dict. part. 5.* quod tamē limitabis, ut per eundem *Grego. dict. leg. 2.* & his consequens est, ut multo minus teneatur stare emphyteusi concessæ ab antecessore, quia de re tamen latius infra in *2. part. post Pine. in leg. 1. Cod. de bon. mater. 3. part. num. 65.*

Vigessima differentia est, quod licet locatio videatur renovata pro toto anno sequenti cum eisdem conditionibus, si locator sciens permittat colonum manere in prædio rustico, & si fuerit prædium urbanum pro solo illo tempore quo inquilinus habitaverit, & relinquatur judicis arbitrio quantum tempus sufficiat, ut videatur tacite reconducere, ut est *textus* capitalis, & ibi eleganter *Bart. Bald.* & alij *in leg. item quæritur, §. qui impleto, ff. locati*, & ibi *P. Costal. explicat* etiam *Mencha. 2. tomo contr. capit. 19. Anto. Gomez in 2. tomo capit. 4. fol. 29. colun. 2.* & est optima *l. part. 20. titul. 8. part. 5.* ubi novissimus glossator quinque notabiles ponit declarationes, & ex jure Regio limitationes post *Alex. consi. 17. ex numer. 12. lib. 4. Iason. consi. 49. lib. 3. Carolum Ruin. consi. 78. num. 3. lib. 1.* Attamen secus est in emphyteusi, sive rei urbanæ, sive rusticæ, nam si sit finita lapsu temporis, vel ex alia causa, & emphyteuta maneat in re, non censebitur tacite renovatus contractus emphyteuticus pro aliquo tempore, ut in terminis tenet *Bald. in dicto §. qui impleto, column. penult. & in l. una num. 32. Cod. quan. non pet. part. & plures alij* quos citavimus *sup. quæst. 7. num. 10.* ultra quos *Alexand. dict. consi. 17. vers. secundo principaliter, vol. 4. Paris. de put. tract. de reinteg. feud. fol. 76. numer. 9.* quicquid contrarium tentaverit *Glossator dict. leg. partitæ*, ex generalitate ejusdem, & est ratio, quia cum emphyteusis requirat scripturam, ut diximus *dict. quæst. 7.* non potest esse locus tacitæ renovationi, ut est *textus dicto §. qui impleto, vers. nisi scriptis*, ubi eleganter *P. Costali. in §. in urbanis pag. 338.* Proinde non est vera opinio quam novissimus *Glossator* ille tentavit, ut videlicet videatur facta tacitè reconductio, finita locatione ad decennium, nam cum illa in effectu habeat vicem emphyteusis, *juxta glos. leg. fin. Codic. si ager vectig. & in Clem. 1. rebus Eccles.* consequens est, ut scriptura sit necessaria saltem in Ecclesiasticis jure Regio, & tacita renovatio non possit, induci, ut *dicto §. qui impleto, vers. sine scriptis*, tempus verò lustri cujus fit mentio *in dicto §. qui impleto*, non transfert utile dominium sicuti locatio decennalis, quod non advertit *dictus glossator*, & renovatio pro sequenti anno tantum quam ipse existimat parum præjudicij inferre, non potest fieri tacitè ex dissimili contractu,

si atten-

si attendimus ad mentem *dict.* §. *qui impleto, cum scriptis per Alex. cons.* 1. *libr.* 2. *Socin. cons.* 17. *incip. prosequendo lib.* 3. quapropter tam in emphyteusi quam in locatione ad decennium, teneo non procedere *textus in dicto* §. *qui impleto*, cum superius citatis, & præterea cum *Fulgos.* ibi, & *Alexand. cons.* 76. visis dubitationibus *lib.* 5. quanvis Roma. *consi.* 103. viso propositæ quæstionis, &c. & *Andr. Alcia. reg.* 2. *præsump.* 17. *num.* 3. scribant illum *text.* etiam in emphyteusi locum habere, quasi par sit ratio simplicis locationis, & emphyteusis, cum tamen sit dispar, propter magnum præjudicium ratione utilis dominij quod transfertur, ut advertit *Baldus dicto* §. *qui impleto*, unde in hoc, de locatione ad emphyteusim non est justum argumentum.

SUMMARIA.

1 *COlonus simplex quo tempore possit expelli propter non solutam pensionem, & an propria authoritate n.* 2. *& an si adjiciatur pactum de non expellendo n.* 4. *& quid si colonus sit absens n.* 4. *& quod si colonus sit absens num.* 6.

3 *Lex Regia li.* 4. *tit.* 23. §. *ult. declarata.*

5 *L. quæro*, §. *inter locatorem, ff. locati, declarata.*

6 *L. cum domini horreorum, ff. locati, declarata.*

7 *Cōductor ad lōgū tempus quando possit expelli propter non solutam pensionem, & de intellectu cap. propter*, §. *rerū de loc.*

8 *Conductor expulsus propter non solutā pensionem, an possit moram purgare.*

9 *Dominus an habeat intentionem fundatam, quousque colonus pensionem solutam probet, & an insimul possit expellere, & pensiones præteritas petere num.* 10.

Quæstio XXI. quando simplex colonus possit expelli propter non solutam pensionem, & qualiter in hoc differat ab emphyteuta.

VIgesima prima differentia signatur inter emphyteutam, & simplicem colonum, quod emphyteuta secularis ob non solutum canonem non expellitur nisi lapso triennio *leg.* 2. *Codic. isto titul.* & si fuerit Ecclesiæ lapso biennio. *Auth. qui rem, Codic. sacrosanct. Eccles. capit. potuit de locato*, & hoc ideo quia jus in re habent, *leg.* 1. *ff. si ager vectig.*

Cæterum simplex colonus eo ipso quod non solvit, potest ex continenti expelli, l. 1 *ædem. Codic. loca.* & ibi, *Bart. & in l. quæro* §. *inter locatorem. ff. illo tit.* & ibi *Fulg. in fin.* & est receptum, ut constat ex *Imol. cap. propter*, §. *verum numer.* 23. & ibi *Abb. numer.* 10. *Anto. in fin. Capra.* 6. *fol.* & post alios *Anani. numer.* 15. *de locato, & in cap. potuit numer.* 22. *eod. tit. Roma. leg. vectig.* §. *ultim. ubi text. de publican. Iason. l.* 2. *num.* 37. *Cod. isto tit. Deci. dict. Auth. qui rem numer.* 17. ubi *Ias. nu.* 12. *Curt. dict.* §. *inter numer.* 2. *P. Costal.* 1 *cum domini in princ. ff. locati Rymina. consi.* 212. *numer.* 8. *libr.* 2. *lex Regia libr.* 4. *titul.* 24. *in princ.* §. *licet Accurti. in d. l.* 2. *verb. triennium*, & alibi sæpe, & *Albe ibid. col.* 2. contradixerint, ut plenius prosequitur *Iason. dict. leg.* 2. *numer.* 37. Intelligitur autem colonus non solvisse, ut queat expelli, quando lapsum est tempus, consuetudine, conventione, aut lege statutum, *ex lege Regia ubi supra & leg.* 5. *titul.* 8. *part.* 5. *Saly. dict. leg. ædem. nu.* 8. *Deci. dict. Auth. qui rem numer.* 17. *Ias. dict. leg.* 3. *num.* 38. licet ad particularia se restringat & ita cessat scrupulus *Imol. dict.* §. *verum num.* 24.

Ampliabis autem hanc receptam tradi- 2
tionem, adeo, ut etiam privata domini authoritate possit conductor statuto tempore non solvens expelli, quod tam in hoc casu quam in alijs similibus *ex Angelo ad Bart. leg. obsistere, Codic. de annonis libr.* 10. late *Gregor. tradit. leg.* 11. *titul.* 13. *part.* 5. *in glos. magna ad fin. post Azon. in Sūma, Codic. locati. voluit Innoc. numer.* 3 *& Abb. dict.* §. *verum numer.* 10. *Ias. l.* 2. *numer.* 101. *C. isto tit. & cōmunis ex Alexand. consi.* 105. *num.* 17. *lib.* 3. *& in consi.* 131. *num.* 1. *lib.* 4. *Deci. dict. nu.* 17. *Paul. l.*

colonus

colonus, ff locat. P. Costali. in dict. l. *cum domini in princ. additi. Mathe. sing.* 10. quibus accedit *text. in l. si duo. vers. cum inquilinus, ff. uti possid.* verbo, *volentem, facit quod scribit antiqua consuetudine servari Guydo. quæst.* 480. *numer.* 1. posse dominum propria authoritate claudere hostium conductori finito tempore locationis, item & quod tradit alibi *Jason.* l. *clam. possidere, §. fin. nu.* 20. & 53. *ff. de acquir. possess.* quidquid reluctetur *Barba. dict. §. verum numer.* 30. Tutius tamen est quod fiat authoritate judicis, ut ex *Rofre. & Alber.* scribit *Gregor. in l.* 6. *tit.* 8. *par.* 5. *in glos.* 1. quo fit, ut si ad hanc expulsionem petere quis velit à judice officialis, debeant illi concedi, ut per
3 *Alex. dict. consi.* 131. *numer.* 3. hodie vero ex *lege Regia lib.* 4. *tit.* 58. *§. ult. in nov. tit.* 23. *§. ult.* debet omnino requirere officiales, nec licet cuiquam per se ipsum expellere suum conductorem ad evitanda scandala & rixas, arg. l. *non est singulis, ff. de reg. jur. & doctr. Bald. l. nullus, not.* 2. *Codic. de sum. Trini. facit dict.* l. *cum domini* ibi *á publicis personis*, & quod ibi *Bart. ff. locati*, & quod scripsimus circa emphyteutam *quæst.* 18. *numer.* 9. quod si dominus indebite colonum expulerit, præstat suprascripta lex Regia triplicatum tempus commorandi in ædibus gratis, in pœnam injustæ expulsionis: nam & stelionatus reum facit *Bal.* l. 3. *co.* 3. *C. locati*, locatorem qui judici obrepit in hac materia, sed & si malit conductor, quod sua interfuit non esse dejectum consequi poterit, juxta, *l. qui insulam, ff. locati, glos. communiter recepta dict. l.* 3. idque prædictæ legi Regiæ addi potest, non inutiliter.

4 Secundo amplia, ut conductor non solvens possit expelli, etiam si in conducendo adjectum fuerit pactum de non expellendo cum pœna: subintelligitur enim ex natura contractus, si modo suo tempore pensionem solvat, ut est tex. ad multa necessarius in *l. quæro, §. inter locatorem. ff. locati*, ubi not. & omnes, & *Jas. l. quæ dotis, numer.* 32. *ff. sol. matr. & in dict. Auth. qui rem n.* 13. quinimo, & si tale pactum de non expellendo juramento firmatum sit, ex *Archid. post Vincent. in c. alienationes*, 12. *quæst.* 2. *Grego. l.* 6. *titul.* 8. *part.* 5. *Hypol. sing.* 42. facit regula tex. in *l. fin. ubi Bal. & Paul. C. de non nu. pecu. cap.* 3. *cap. quemadmodum de jurejur. cap. beatus* 22. *quæst.* 2. & quod scribunt *Bald. l. fin. vers. secundo quæritur, &* ibi *alij; ff. qui jur. cog. Jason. l. cum proponas* 2. *not.* 6. *C. de pact.*

Limitatur tamen prædicta conclusio ut ex continenti possit expelli, ne pro- 5
cedat quando fuerit adjectum pactum, ut conductor non possit expelli: tunc etenim biennium expectatur, si locatio fuerit ad maius tempus biennio, ut est textus secundum communem intellectum *in dict. §. inter locatorem*, quo in loco ita docent & interpretantur *Bart. & alij*, & sentit *glosa* ibi, & idem *Bart. & Imol. in l. vectig. §. ulti. ff. de publica. Bald. & Salyc. in dict. l. ædem*, & esse receptam interpretationem testatur *Jason. dict. Auth. qui rem, & ibi Iacobinus num.* 13. & tanquam receptam, sequitur *P. Costal. d. §. cum domini. Covarr. in rub. de testamentis*, 2. *par. numer.* 12. *& glos. nova.* 1. *ad fin. in l.* 5. *titu.* 8. *par.* 5. denique potest iste communis intellectus defendi, quanvis illum impugnet *Jason. dict. Auth. qui rem numer.* 13. *& Deci. ibi numer.* 16. intelligendo *in d. §. inter locatorem.* fieri mentionē biēnij, quia ita casus accidit, non propter aliquod juris misterium, sed non advertit *Decius I. C.* ibi expendere continuum fuisse biennium, & de biennio quæstionem proposuisse. Nec ratio generalis illius text. obesse debet, cum debeat ad casum propositum restringi ratione pacti, argū. *l. pater filium, ff. fundum Titia numer. ff. de leg.* 3. Non inficior vatie intelligi text. *di. §. inter locatorem, glos.* etenim ibi intelligit de conductore ad longum tempus, sed non recte quia tunc necessarium esset triennium, ut in emphyteusi, ut paulo inferius dicam. Alij vero accipiunt illum tex. generaliter, quasi probet, quod quotiescumque locatio fuerit ultra biennium, debeat expectari cessatio biennalis, quo ad hoc ut possit conduc-

ctor expelli, qui intellectus fuit multatium gloſſatum, & retulerunt (*yn. & Bal. dict. l. ædem, & expreſſa, l. partitæ 6. tit. 8. part. 5. in verſ. La quarta, & voluit gloſ. 1. dict. l. 5. & Conan. lib. 7. juris civi. cap. 15. numer. 20. & Paris de re integ feud. fol. 57. verſo numer. 7.* quo etiam modo intelligitur text: *in dict. §. verum.* Rurſus aliter intelligitur, ut procedat in conductore ad quatuor vel quinque annos, qui quoad totalem expulſionem requiritur quod biennio ceſſet, & tunc non eſt locus purgationi moræ, alioquin quoad expulſionem à præſenti tantum uſu rei, non requiratur biennium, ſed ſufficiat prima ceſſatio, *dict. l. ædem.* poteritque conductor moram purgare, quem intellectum etiam tradiderunt *Bald. numer. 5. & Saly. dict. l. ædem. Iacobi. Auth. qui rem. numer. 13. Paul. numer. 4. & Curt. Iuni. numer. 3. dict. §. inter locatorem, & alij quos retulit Iaſon. ubi ſupr. Beroi. dict. cap. potuit, nu. 66. de locato. Grego. in dict. l. 6. in gloſ. 1.* atque ita ſpeciale ſit *in dict. §. verum,* ut benignitate canonica liceat etiam poſt biennium moram purgare. Sed quāvis hujuſmodi interpretationes ad *§. inter locatorem.* defendi poſſint, magis tamen placet communis, ne ocioſum ſit pactum, de quo *in dict. §. inter locatorem.*

6 Secundo limitatur ſuperior concluſio de expulſione coloni non ſolventis, ne procedat quando conductor eſt abſens: tunc etenim debet biennio expectari, ex tex. *l. cum domini, ff. locati,* quem ita intelligit *Bart. in dict. §. inter* communiter ibi & alibi receptus, & per *Fulgo. ibid. numer. 5.* & eundem, & *Coſtali. dict. l. cum domini. Covarr. ubi ſupr.* verum hæc interpretatio ita generalis placere non poteſt, abſurdum quippe videtur, ut propter partis abſentiam tandiu dominus penſione ſua careat, & biennalem abſentiam atque ceſſationem expectet, quemadmodum pungit *Bald. d. l. ædem. numer. 3. in lectura.* Dixerim igitur tex. illum non generaliter in quibuſvis conductoribus abſentibus procedere, ſed nuncupatim in conductoribus horreorum, ut ſatis inſinuat *text. in fin.* ibi, *in hujuſmodi re.* Ratio autem ſpecialitatis eſt propter abſentiam conductoris qui horrea clauſa reliquit, & merces reconditas, cui inconvenit hoſtia aperire, & merces ac rem familiarem detegere ac deſcribere, argum. *l. 2. C. quando & qui. lib. 10. l. defenſionis facultas* ibi, *inquietari deſcribique fas non ſit, Cod. de jure fiſ. lib. 10.* & ideo caute. lex illacum domini, in hac re procedi jubet, ut ex ea patet. Proinde exiſtimo quod non quivis abſens cōductor per biennium eſt expectandus, ut *Bart.* opinatus eſt per illum text. quem & ſimpliciter, ſed perperam, intelligit *Franc. Gallus, dict. cap. 11. n. 20.*

Tertio eadem ſupra ſcripta conclu- 7
ſio limitatur in conductore ad longum tempus: is etenim ante triennium licet id ſolutione ceſſet non expellitur jure civili, & ante biennium jure canonico. *Abb. cap. 3. col. 2. de loca. Coſtali. d. l. cum domini in fin.* pro qua concluſione allegatur *text. in dict. cap. propter, §. verum,* ſecundum unum intellectum *gloſ.* ibi verbo, *canonem, receptum* ab *Anto.* ibi *in fin. Abb. numer. 10. Imol. numer. 23. Capra. & alijs.* Sed mihi non loquitur ille tex. de conductore ad longum tempus, nec id exprimit, nec convenit ſeriei literæ quæ tota eſt de locatione ſimplici, & ſimplex appellatio locationi; ad talem locationem non extenditur, quæ magis emphyteuſis eſt, ut infra dicam; veriſſima tamen eſt illa traditio in ſe, quæ & iſte intellectus ſine dubio comprobantur ex multis traditis *per Deci. in Auth. qui rem in princi. &* ibi *Jaſon. numer. 15. Jaſon. l. 2. Caſto tit. numer. 36. quanvis Angel. in §. ſcire autem numer. 13. aut. 25. Auth. de non alien. coll. 2.* dicat nullo jure probari, hujuſmodi conductorem ad longum tempus non poſſe ante biennium, vel triennium expelli. Textus igitur in *d. §. verum,* dum loquitur de biennio, ne repugnet receptis ſententijs, eſt intelligendus, ut procedat in caſibus ſupradictis, quibus expectatur biennium ſecundum communem. Sed ſi quæſieris quid ego ſentiam in hac re circa *dict. §. verum,*

verum, & alia jura in hac materia: crediderim sine dubio veram esse opinionē *Glossatorum*, & legis partitæ, nec enim temere in omnibus juribus de biennio fit mentio.

8 Quarto limita præfatam conclusionem, quod licet verum sit conductorem posse confestim expelli, si pensionem statutis temporibus non solvat, poterit tamen expulsus reintegra moram purgare, & ad locationem redire, ex *Bald. Auth. qui rem numer.* 1. licet loquatur in Ecclesia duntaxat, *Codic. de sacrosan. arg. l. si in lege, §. colonus, ff. locati, Cost alli. dict. l. cum domini pag.* 345. secundum quem dicitur res integra si res alteri jam locata nō est *dict. §. colonus facit l. & si post tres, eum mater. ff. si quis caut. Alex. cons.* 131. *in caus. & lite. num.* 2. *libro* 4. ubi addit quod adjecto juramento per conductorem non est locus purgationi moræ allegat, *l. si quis maior.* ubi *Bart.* & alij, *Cod. de transact.* cum alijs per ipsum citatis.

9 Illud insuper nota in hoc articulo quod locator per instrumentum locationis habet intentionem fundatam adversus conductorem, si ipse non probet pensionem solvisse, ut per *Alex. dict. cons.* 131. *numer.* 2. *vers. & eo ipso Roland. cons.* 84. *numer.* 4. quod & ipsum in emphyteusi resolutum est, ut notat *glosa magna in l.* 2. *C. isto tit.* & ibi nuncupatim *Iason. n.* 132. *Soci. Iuni. cons.* 111. *n.* 15. *Vol.* 2. *Jacobin. dict. Auth. qui rem numer.* 76.

10 Sed & illud memineris, dominum posse colonum non solventem expellere, & insuper pensiones præteritas, una cum expulsione petere, ut eleganter resolvit *Paul. d. l. colonus numer.* 3. & ibi quoque determinat, quid in colono Ecclesiæ, tu illum legito.

SUMMARIA.

1 *Dominus an possit expellere emphyteutam ex occurrenti, & improvisa sibi necessitate, & an locatorem ad longum tempus numer.* 2.

3 *Colonus an possit expelli ex necessitate domino supervenienti: quod declaratur per multa exempla, & quid si res sit hypothecata numer.* 4. *quid si conductor sit scholaris numer.* 5. *& quid si nuncupatim convenerit de non expellendo numer.* 8. *& quid si post contractum augeatur necessitas n.* 9.

6 *Conductor, seu colonus, an propter supervenientem inopinatum casum, possit domum deserere.*

7 *Conductor an possit domum deserere propter malos spiritus, qui ibi vagari dicuntur.*

10 *Singularis successor in casu quo alias tenetur stare locationi, an possit pro sua necessitate superveniente conductorem expellere.*

Quæstio XXII. An dominus directus possit expellere emphyteutam, quia res est sibi necessaria ad proprios usus, & quid in locatione?

1 VIgesima secunda differentia inter locationem, & emphyteusim est, quod dominus directus non expellit emphyteutam, etiam ex occurrente & improvisa sibi necessitate, *ut Ioann. Andr. ad Specul. titul. de emphyteusi, §. nunc aliqua quæst.* 4. *numer.* 4. *Jas. l.* 1. 2 *numer.* 13. & l. 2. *numer.* 152. *Cod. isto tit.* quinimo nec expellit conductorem ad longum tempus, ut per *Angel. cons.* 2. *numer.* 12. quem sequitur *Alex. ad Bart. in l. ædem Cod. locati. Tiraq. in* 1. *retract. §.* 1. *glos.* 14. *numer.* 82. *Boerius decis.* 234. *numer.* 3. nec mirum nam cum emphyteuta, seu conductor ad longum tempus domni sint utiles, & in rem utilem actionem habeant *l.* 1. *ff. si ager vectig. l.* 1. *§. quod autem, ff. de superfic.* inconvenit, ut propter directi domini utilitatem, utilitate propria priventur: secus autem in simplici conductore, is etenim minus jus habet, unde potest à domino expelli, si probaverit domum proprijs usibus fore necessariam ex causa de novo superveniente, quæ verosimiliter non potuisset prævideri tempore contractus, ut *l. ædem*, ubi *Odofre. Cyn. Angel. Salyc. Fulgos.* & reliqui,

liqui. *Gofred. Ioan. Andr. Hosti. Cardi. Abb. numer. 9. & alij in dict. cap. propter, §. verum de locat.* ubi est tex. in id ipsum profitetur communem *Corneus consil. 103. numer. 14. lib. 2. Paris, de feud. col. 4. fol. 68. numer. 4. & lex nostra Regia lib. 4. tit. 58. §. penult. & in nov. tit. 24. in fine principij*, explicat omnium quos viderim elegantissime *Andr. Alciat. respons. 137. per totum lex 6.* & ibi *Glossator tit. 8. part. 5. Anton. Gomez. late de contractib. cap. 3. num. 6.* dicitur improvisa necessitas, ut exemplificat eleganter *lex partitæ*, si forte domus in qua locator habitat terremotu, aut alio casu diruta est in totum, vel in parte, aut ruinam minatur, & non habet aliam ubi moretur, vel hostes habet, aut aliud imminens periculum in ea vicinia ubi moratur, ita quod non audet ibi habitare, & idem si ex improvisa necessitate necesse habeat pro filio, aut filia, aut fratribus, ut voluit *lex nostra Regia ubi supra*, & idem si pro patre vel matre, ex *Bal. dict. l. ædem n. 11. juxta reg. l. nam & si parentibus, ff. de officio.* Dicitur item novus casus si ducat uxorem, ut voluit *glos. 1. d. §. verum, & in dict. l. ædem verbo, necessario*, communiter ibi approbata secundum *Salyc. numer. 4.* similiter & si filio uxorem deturi voluit *l. parti. & Covar. in quæst. practi. 30. numer. 3. vers.* imo excepta causa quicquid scribat *Barb. dict. §. verum nu. 11.* sed & aliud notabile exemplum & jure communi non expressum posuit præfata lex partitæ, si videlicet filius locatoris crearetur miles, quia forte (ut ibi inquit *novus Glossator*) ex more antiquo Hispaniæ filius miles creatus habitare solebat seorsum à patre, & ideo domo indigebat. Quo argumento idem esset dicendum si fieret presbyter nam & militare dicitur, *glos. Bar. Ripa & alij in l. miles, ff. de re jud. cap. militare 23. quæst. 1.* vel crearetur doctor qui & nobilis dicitur, ut per *Cyn. l. providendum Cod. de postul.* & late *Tiraq. de nobilita. cap. 5. num. 3.* vel fieret advocatus, nam & is militat *l. fori, l. advocati, Codic. de advoc. diver. judic. Ripa d. l. miles numer. 4.* & ita his casibus legem procedere scribit *Gregor. d. l.* verbo, *cavalleros*, quod & in creato præside vel judice fuit aliquando in nostro senatu decisum argu. *l. 2. §. Scipio, ff. de orig. jur.* Veruntamen ego non ita libere legem nostram Regiam ad istos casus extendere; nec enim attento jure sufficit demum sibi vel filijs fratribus, aut parentibus necessariam ex causa honesta & rationabili, sed adhuc etiam quod improvisa sit, & verosimiliter non cogitata tempore contractus, ut aperte *lex Regia*, & *communis schola* scribit. Proinde si tempore locationis spes erat uxoris ducendæ non posset conductor expelli, licet postea ducatur ex *Imol. dict. §. verum numer. 21.* & idem in filio vel filia, si eo tempore jam essent nobilis ætatis, nec enim sunt casus inopinati, quibus dumtaxat lex succurrit ex verosimili mente contrahentium, argum. *l. qui jure, ff. de milit. test.* & quæ tradit *Angel. Auth. ex causa, Codic. de liber. præt. Roman. consil. 294.* hæc confessio, *l. qui cum tutoribus, §. 1. & §. ultim. ff. de transact.* Sed & mihi valde suspectum est in hac materia unum exemplum *Bald. dict. l. ædem in princ. col. penult.* quo loco dixit justam censeri necessitatem ad explendum conductorem; si locator velit in domo locata facere artem lanæ vel aliam honestam, non videtur enim talis necessitas urgens, ut alias (non contra *Baldum*) pungit *Alciat. in dict. responso. 137. numer. 4.* & ab eo expresse recedit *Grego. dict. l. 6. titul. 8. par. 5.* inquiens posse procedere, quando domus in qua locator exercebat hujusmodi artem diruta fuerit casu, vel ex alia causa non possit ibi ars exerceri. Sed nec hoc mihi est satis, si dominus aliunde quam ex illa arte vivat, quia lex usibus proprijs necessariam esse domum requirit.

4 Intellige vero & amplia quod adeo ex supervenienti & inopinato casu necessitatis licet conductorem expellere etiam durante tempore conductionis, quod licet, res locata sit hypothecata pro securitate contractus, adhuc superveniente tali casu possit conductor expelli,

pelli, ut eleganter scribit, *D. Covar. lib. 2. resolu. cap. 15. numer. 4. adversus Arnold. Ferro. in consuet. Burdegal. tit. 3. §. 2.* & merito quia hypotheca firmat contractus secundum suam naturam, *l. solvitur ff. quib. mod. pign. sol. l. 2. Cod. per quas pers.* non vero tollit ea quæ insunt contractui à natura, uti est hæc facultas expellendi ob proprium, & necessarium usum ipsius locantis, *dict. §. verum. & l. ædem.* Non sunt igitur audiendi *Barb. numer.* 10. & ante eum *Anchar. num.* 9. qui contrarium hac in re opinantur. Quibus non suffragatur quod singularis successor licet alias non teneatur stare colono, *l. emptorem, C. locati,* tenebitur tamen stare si res sit hypothecata, sive specialiter, sive generaliter, pro securitate locationis, ex *Bart.* ibi & alijs plurimis, & frequentissimo omnium consensu, quemadmodum late tradunt *Covar. dict. cap.* 15. *Gomez. 2. tomo. cap.* 13. *numer.* 8. *Duennas regul.* 240. *numer.* 7. *Hypol. sing.* 321. longe enim diversa ratio est in nostro casu, quia dominus ex superveniente, & inopinata necessitate domum repetens à conductore, non videtur in eum casum contraxisse, ut jam probavimus, quod in specie, l. *emptorem,* & doctrinæ *Bart.* ibid. diei non potest.

5 Amplia secundo prædicta: ut etiam si conductor sit scholaris ex supervenienti tamen necessitate possit expelli, quia generalis determinatio *l. ædem cum similibus*, comprehendit etiam personas alias privilegiatas, *l. in fraudem, §. si.* ibi, *quia generalis est ista determinatio, ff. de mil. test. Deci. consi.* 5. *& in cap. sedes numer.* 7. *de vesceri.* & ita existimo quanvis *Bolog. in Auth. habita num.* 369. *Ripa, & Rebuf.* quos sequitur *Duennas reg.* 213. *nu.* 1. contradicant.

6 Amplia tertio quod è converso conductor potest propter supervenientem inopinatum casum domum deserere, ut sentit *Panor. in dict. cap. propter numer.* 7. & 8. *Fulgos. in l. cum in plures, ff.* locati. *Hypol. sing.* 615. facit *glos.* ubi *Fulgos. in l. si in lege, §. si domus* verbo, *statim, ff. locati*, casus autem ex parte conductoris non sunt illi qui ex parte locatoris sufficiunt, sed maiores alij, puta bellum grave, & periculosum, *l. item quæritur, §. exercitu ff. locati,* vel pestis ingruens, ut est communis opinio secundum *Ripam tractat. de peste 2. part. numer.* 8. cum alijs quos citat, & sequitur *D. Covar. in quæst. pract.* 30. *numer.* 3. & ultra eum *Cosmas in pragmat. titul. de author. general. Concil. cap.* 1. *pag.* 1. *§. sed forte.* verbo, *pestis*, licet more suo contradicat *Barb. dict. §. verum num.* 10. & contrarium fuisse decisum in senatu Neapolitano dicat *Afflict. decis.* 238. quod ex consuetudine tantum illius Regni non de rigore procedit, ut scribit *Covarr. dict. cap.* 3. *col. fin. in fine,* qui & illud eleganter adversus aliquos scripsit cessante peste teneri conductorem, iterum contractui stare; nec enim pestis nisi temporaliter liberat conductorem à mercede, & pro eo tempore facultatem tantum recedendi tribuit, quia periculi causa cessante, cessat quod ejus causa statutum est, & permissum secundum *Bald. & Salyc. l.* 1. per illum text. *C. de nautico fæno.* cum alij per *Tiraquel. tract. cessante causa* 1. *part. numer.* 198.

7 Sed propter lemures (quos malos spiritus appellant) licet conductori è domo ubi illos vagari dicitur migrare, & justus talis timor censetur, licet re vera illi non appareant, juxta, *l. habitatores, §.* 1. *ff. locati l. in hanc stipulationem, ff. de dam. infect.* tradit in specie idem *D. Covar. lib.* 4. *resol. cap.* 6. referens ita judicatum, ex *Portio in §. item quæritur numer.* 5. *inst. locati, Cagno. in l. contractus numer.* 31. *de reg. jur.* & scribit novissime *Doctissimus, & perspicuus Dott. Anton. Menesses. in l.* 2. *C. transact. numer.* 12. ubi addit teneri hoc casu inquilinum antequam migret, domino denuntiare, & claves domus illi consignare ex *Joan. Baptist. in l. diem functo. numer.* 56. *vers. consulo quod dicto casu, ff. de offic. asse. Curs. l. si quis nec causam, §. res pignori numer.* 8. ubi quoque *Thom. Parpal. numer.* 4. *ff. si cert. pet.* pro quibus est text. apertus secundum quem ita vidi judicari *in dict. l. item quæritur,*

ritur. §. exercitu ibi, *domino non denuntiavit, & migravit*, ff. locati, nec sufficit domini scientia, quia lex requirit denuntiationem ex traditis per *Bart. Angel.* & omnes *in* l. *qui absentem*, ff. *de procurat. Bart.* l. *denuntiasse in princip.* ff. *de adulte.* accedit *Ordin.* lib. 3. titul. 30. §. *Outrosi*, *in no. tit.* 45. §. 2. ibi *posto que o Autor nomeado fosse fabedor*. Sed & illud ego addiderim, quod si fama erat tempore contractus in ea domo malos spiritus vagari, & conductor sciens prudensque nihilominus conduxerit, non poterit ex ea causa domum deserere ad effectum pensionis sibi remittendæ, ipse enim sibi ipsi metum intulit l. 2. §. *quod diximus*, ibi, *ipse se arctavit*, ff. *si quis cau. l. qui comeatus*, ff. *re mil.* nec scienti dicitur fieri injuria, aut dolus, ut regula juris cavetur.

8 Ampliat quarto, etiamsi nuncupatim conveniat de non expellendo conductore, adhuc etenim ex superveniente necessitate domini poterit expelli: quia pactum illud de non expellendo, ipsi contractui inerat ex se, unde expressum nihil addit, ut traditur *in l.* 3. ff. *de lege* 1. nec immutavit specialem limitationem positam à *l. ædem*, Codic. *locati*, quia nunquam per generalem dispositionem censetur renuntiatum casu in quo est specialiter provisum, secundum *glos.* l. *sciendum in princ.* ubi late *Ison.* ff. *qui sat. cog.* accedit quod locatio, etiam jure jurando confirmata, habet subintellectam conditionem si modo solvatur pensio, ut diximus superiori capite. Unde non immerito hanc sententiam, ut de jure veram, & reipublicæ utilem sequitur *Covarr.* libr. 2. *resolu. cap.* 15. *numer.* 4. *vers. ex quo mihi*, & *Gregor. in glosa.* 2. l. 6. titul. 8. *par.* 5. *adversus Angel. in dict.* l. *ædem*, qui contrarium scripsit, & pro optima cautela posuit, cui subscripsere *Cornel. consi.* 103. *numer.* 17. *libr.* 2. *Deci. consi.* 292. *col.* 1. & *consi.* 667. *col.* 2. & *in cap. quæ in Ecclesiarum numer.* 31. *de constit.* & *in cap. pastoralis numer.* 1. *de appell.* & *in l. fin. numer.* 7. ff. *si cert. pet.* novissimeque defendit *Alciat. respons.* 137. *numer.* 4. quorum authoritas vereor ne in judicijs priori opinioni prævaleat, text. enim *l. quæro*, §. *interlocatorem*, ff. *locati*, quem *D. Covarr.* adversus *Angel.* retorqueri posse ait, non parum *Angelo* suffragatur si consideres, quod ibi pactum de non expellendo, excludit dumtaxat casus in quibus conductor contractum violat, & in culpa est, veluti quia non solvit pensionem, aut rem demolitur, ex mente *Pauli* ibi, & *Panor. dict.* §. *verum* quibus suffragatur reg. *l. cum proponas*, Codic. *de pact. cap. pervenit. ij. de jurejur.* Unde in casu, quo conductor non peccat adversus contractum, ut cum supervenit necessitas domino, iniquum videtur, ut qui sibi specialiter pacto providit ne expelleretur, non obstante tali pacto expellatur, & inania verba protulerit, cum nullum debeat esse sine mysterio operandi. *Bal. in rub.* Codic. *de cont. empt.* quod si expresse pactus sit, ut etiam ex causa necessitatis propriæ liceat expellere, hic casus sine dubio est, ut voluit *Corne. dict. consi.* 137. licet enim unicuique privatæ utilitati renuntiare, l. *penul.* C. *de pact. cum simili.* Ex quo infero, quod si necessitas fuerit publica, tunc, quia pacto renuntiari nequit, ut traditur *d.* l. *penul.* & *l. jus publicum*, ff. *de pact.* non obstante pacto expelli poterit, & id etiam videtur indubitatum.

Quinta amplia, ut sufficiat ad expul- 9
sionem, quod necessitas, quæ imminebat tempore contractus, post contractum augeatur inopinanter ex aliquo casu ex *Barb. dict.* §. *verum numer.* 17. voluit gl. in sæpius allegata, *l. ædem*, verbo, *versatus*, quæ necessaria est declaratio ad l. *Regiam d.* §. *pen. in no. d. tit.* 24. *in prin.*

Cæterum prædicta omnia limitanda 10
sunt, ut procedant in ipsomet locatore, qui re locata pro suo usu indigeat, alioquin tertius qui rem locatam emerit, vel jure donationis acceperit & locationi stare teneatur propter hypothecam, non poterit quidem expellere conductorem, etiam si re ad proprium usum indigeat, ita *Cuman. l. si filio fam.* §. *si vir in quinquennium*, ff. *solu. mat.* quem

in

in casu donationis tantum, sequitur ibi *Alexand. col.* 3. dicens quod non meminit alibi se legisse. & *Gregor. in dict* l. 6. *tit.* 8. *part.* 5. sed & in emptore, & quocunque singulari successore probat elegantissime *D. Covarr. dict. cap.* 15. *num.* 4. & bene quia lex prospectum dumtaxat esse voluit ipsimet locatori, qui non intelligitur contraxisse in casu propriæ necessitatis provenientis ex incogitato eventu. *dict. l. ædem, & dict. §. verum,* cum communi intellectu, & non alteri tertio qui ex novo contractu rem jam affectam accipit.

SUMMARIA.

1 L*Ex Regia lib.* 4. *tit.* 38. §. 2. *in nov. titu.* 24. *in princ. declarata.*

Quæstio XXIII. An emphyteuta possit expelli, quia utitur domo ad illicitos & inhonestos usus, & qualiter in hoc differt à simplici cõductore.

VIgesima tertia differentia inter emphyteusim, & locationem constituitur, quod in simplici locatione receptum est, si conductor inferat in domũ meretrices, aut malos homines qui ibi inhonestus actus exerceant, ex quibus vicini detrimentum aliquod honestatis patiantur, ex hac ipsa causa possit expelli, licet nullum damnum in hoc generetur locatori, vel ipsi domui, & ita *Bald. ac Salyc. in dict. l. ædem. Codic. locati,* text. *cap. propter,* §, *verũ* & ibi *Hostì.* cõmuniter receptus de locato super verbo, *præverse lex Regia libr.* 4. *titul.* 58. §. 2. *in nov. titul.* 24. *in princ. l.* 6. *in vers. La tercera razon tit.* 8. *part.* 5. etiam si domus locatoris sit procul à domo locata: sufficit enim præjudicium vicinorum *ex Imol. dict.* §. *verum numer.* 2. veruntamen hoc intelligitur quando domus est inter probos viros, quorum honestas propter conductoris turpes actus in ea domo factos lædituꝛ, & scandalum patiuntur, ex *Bald. numer.* 7. & *Salyc. numer.* 9. *ubi supra* si vero domus esset juxta lupanar, vel ad talia consueta, non posset tunc conductor expelli, licet in ea turpiter ageret, nisi esset sacerdos, ex *Bald. dict.* l. *ædem col. fin.* Nec refert an conductor qui ita male, & turpiter versatur sit scholaris, cum ratio inhonestatis, & scandali vicinorum in eo vigeat, licet *Bald. dict.* l. *ædem in fin. Bologn. Auth. habita nu.* 377. aliud velint, & hæc ita in simplici locatione. Cæterum in emphyteuta non reperio jure expressum quod propter inhonestos actus quos gerit, aut gerere permittit in domo emphyteutica possit expelli, dominus enim utilis est, *l.* 1. *ff. si ager vectigal.* & in re sua quilibet est moderator, & arbiter, *l. in re mandata, Codic. mand.* etiam abutendo, *l. sed si lege,* §. *consuluit, ff. de pet. har.* proinde si vicinia lædituꝛ ex turpi exercitio, & actibus inhonestis, manu judicis id advertendum est qui poterit mulcta pænali emphyteutam arcere, juxta ea quæ tradit *Jason. l. quod jussit numer.* 17. *ff. de re judic.* non vero quod dominus directus possit ob id emphyteutam expellere, in feudo tradit *Imol. dict. cap. propter,* & remissive *Paris, de feud. fol.* 68. *col.* 3. *nu.* 7.

Et quid si infidelibus domum locaret, an diceretur male versari, tradit optime *Calderi. cons.* 3. *de locato,* quem retulit *Paris, ubi supra,* qualiter vero emphyteuta, & locator propter deteriorationes in re factas expellantur, dicetur *infra in* 4. *parte.* ubi proprius locus, & ista hic intexui, quia alibi commodius inseri non poterant.

SUMMARIA.

1 L*Ocator an teneatur relocare, & declarata, l. congruit, C. de loca. pre. civili. lib.* 11.

3 *Colonus si vendat fit actus, an domin. transferatur alteri mere volenti pro eodem pretio.*

Quæstio

Quæstio XXIV. An locator finito contractu, teneatur relocare conductori, & an fructus agri debeant potius vendi domino directo quã alteri: & qualiter in hoc differat locatio ab emphyt.

1 VIgesima quarta differentia est, quod finita emphyteusi tenetur dominus renovare emphyteusim potius ejusdem emphyteutæ filijs agnatis qui rem meliorarit quam extraneis, ut est celebris doct. *Bart. l. 2. §. permittitur, ff. de aqu. quot. & æstiva*, & aliter injuriam facit à qua poterit appellari late *Tiraq. in præf. ut. 1. retract. num. 41.* & plena manu disputabitur *infr. in 5. par.* hujus operis. Cæterum locator non tenebitur eandem relocare conductori magis quam alteri, licet rem conductam magno opere meliorarerit, & eandem pensionem offerat, *l. ne cui, Cod. loca. l. dudum, ub. Joa. Ign. & M. Mantua. Cod. de contr. empt. Ordi. lib. 4. tit. 57. in nov. tit. 23. in princ.* nec enim æqua ratio est conductoris ad emphyteutam qui fortius jus habet, & ad pristinum dominium facilius impellentibus meritis, & melioramentis debet redire, & suadentur hæc ex his quæ lato sermone tradit *Tiraq. ubi supra ex numer. 13.* Verum hoc quod diximus de conductore, fallit in locatione prædiorum fiscalium, seu civilium, ut est text. *in l. congruit, C. de locat. præd. civil. lib. 11.* cujus hæc verba sunt, *congruit æquitati, ut veteres possessores fundorum publicorum novis conductoribus præferantur*, ex quo text. notant ibi *Bar. Plate. Rebuf. & Pirrh.* generaliter, quod si finita locatione primus offert tantam pensionem quantam novus, in conductione præferatur, licet non offerat plus, dummodo pensio non fit minor antiqua, ut ibi Plate.

2 Et sic est restringendus ille text. ad simplicem conductorem prædiorum publicorum, prout loquitur, & in specie explicuit ibi *Plate.* & licet interpretes non dicant, habet illa decisio peculiarem rationem, quia conductor loci publici habet in rem actionem, *l. 1. cum glos. ff. de loco publi. fruen.* & similis est emphyteutæ, *l. 1. ff. si ager. vectig.* proinde nimirum si prælationis jus habeat, sicuti diximus in emphyteuta. Nec illud omiserim, quod text. *dict. l. congruit.* præfert tantum veteres possessores fundorum publicorum, ut non ita libere ausim præferre possessorem non veterem, quasi non mereatur eundem favorem, arg. eorum quæ traduntur de feudo, seu emphyteusi antiqua.

Rursus quod diximus de conductore, fallit in locationibus factis magistris seu scholaribus, qui etiam in domibus præferuntur alijs novis conductoribus pro eadem pensione secundum *Plate. & Rebuf. dict. l. congruit, arg. text.* ibi, & notat glos. *l. ne cui, Cod. locati, & l. prædia, §. sane si quis, vers. maneat, Codic. illo tit. de loca. præd. civil.* & allegat *Plate.* tex. *in cap. 1. de locato.* qui certe probat oppositum, dum loquitur in statuto quo illud erat cautum, & iterum confirmatum in personis scholarium, non aliorum, secus inuens si statuto non caveretur. Nec obstat quandoque dominos posse cogi locare domos scholaribus, ut tradit *Abbas cap. 1. de empt. & vendit. Alex. post Bald. l. 1. ad fin.* & ibi *moder. ff. solut. matr. Bologni in Auth. habita numer. 369. Codic. ne fil. pro pat.* Illud enim in casu necessitatis obtinet non semper, & generaliter, & est statutis, vel legibus alibi cautum.

Vigesima quinta differentia est quod si 3
colonus vult vendere fructus perceptos in fundo locato, dominus præfertur unicuique emere volenti pro eodem pretio, *l. 1.* & ibi *Bart. Plate. Rebuf.* & alij, *Cod. de metal. lib. 11. sequitur Paris de puteo in tract. de reintegr. feudor. fol. 77. col. 3. numer. 4. Hyppol. sing. 510. numer. 4. Petr. Rave. sing. 104. Boerius decis. 107. numer. 2. in 1. part. fol. 102. Fabia. de empt. & vend. in 20. q. tertiæ princi. *Carolus cons. 152. num. 6. lib. 1. Ripa de pestè numer. 260. col. 4. fol. mihi xx.* quibus suffragatur, *l. congruit, Codic. de loca. præd. civ. lib. 11.* adjuvat etiam tex. *in l. jubemus, §. & filio, C. de advo. diver. judi.* ubi filij advocatorum doctores potius eligendi sunt à republica quam extranei, secus autem in em-

emphyteuta, is enim potest vendere fructus rei emphyteuticæ cuicumque voluerit nec tenetur vēdere domino, ex regula generali, l. *dudum.C. contr.empt.* secundum quam & ego idem dixerim in conductore (quicquid supra scripti interpretes scripserint) quia quod *d. l.* 1. *C. de metalarijs* perpensa deliberatione, & singulari favore fisci in metalarijs introduxit: non est contra juris regulas generaliter ad omnes conductores trahendum, *cap. quod ob gratiam de reg. jur. lib.* 6. conductor enim in fructibus neminē recognoscit,& hanc nostram opinionē tenuit *M. Mantua. de jure prothomyseos pag.* 172. vers. undecimo dubitare contingit, & praxis eam recepit.

SUMMARIA.

1 *MElioramēta facta ex speciali pacto an repetantur.*

2 *Melioramēta an repetat emphyteuta sua culpa expulsus, & quid si fuerint magna & ultra naturam concessionis emphyteuticæ n.*3.

4 *Melioramenta facta post incursam caducitatē an repetat emphyteuta,& qualiter.*

5 *Impensas in colligendis fructibus quas fecit emphyteuta ille anno quo damnatus est fundo cedere, an repetat.*

6 *Melioramenta an amittat emphyteuta,si emphyteusis sine culpa finiatur, & quid si adjiciatur clausula quod finito tēpore res ad dominum meliorata revertatur, vel alia similes clausula n.* 7. *& quid de alijs sumptibus n.* 8.

9 *Melioramenta facta post prohibitionem domini, an repetantur.*

10 *Melioramēta excessiva dolose facta,an repetantur.*

11 *Melioramenta etiam parva an repetat emphyteuta, finito tempore, & quando dicatur modica impensa numer.* 12. *&* 13. *& declarata l. omnino, ff. de impensis numer.* 14.

15 *Melioratio in deboscando qualiter distinguenda sit.*

16 *Melioramenta, solvere vel tolli permittere, an sit in facultate domini directi.*

17 *Melioramenta extrinseca,& omnino separabilia, an revertantur ad dominum directum.*

18 *Pactum quoà melioramenta ad dominū revertantur,sine ulla satisfactione,an valeat.*

19 *Clausula quod libere revertatur emphyteusis cum omnibus melioramentis,qualiter intelligatur.*

20 *Melioramenta quæ accesserunt sola natura operante, an domino accedant, vel emphyteutæ.*

21 *Melioramēta civilia qualiter intelligēda.*

22 *Retentione rei,an possit uti emphyteuta pro melioramentis.*

23 *Cautione præstita de solvendis melioramentis, an cogatur emphyteuta rem dimittere.*

24 *Restitutio quarundam rerum non melioratarum an propter alias melioratas detineatur.*

25 *Meliorationum repetitio an detur post resolutionem rei emphyteuticæ, & de intellectu, l.si in area, ff. de cond.ind.&l.qui exceptionem §.*1. *ff. de cond. ind.*

26 *Fructus ex melioramentis,* an *veniant in computationem melioramentorum & declarata l.cæterum ff. de reivend.*

27 *Melioramentorum parte soluta fructus pro rata restituuntur.*

28 *Melioramentorum æstimatio secundum quod tempus fieri debeat ad* l. *in fundo, ff. de reivend.*

29 *Melioramenta cum fructibus perceptis, an teneatur compensare emphyteuta vel vassallus, & ad* l.46. *Tauri.*

30 *Melioramenta an indistincte debeatur si pensio emphyteutica sit magna & fructibus respondens.*

31 *Melioramentorum materia in alijs pleriſque casibus remissive.*

32 *Melioramenta colonus an repetere possit indistincte, & quid valeat in hoc pactum n.* 33. *&* 34.

35 *Colonus usufructuarij,an repetat melioramenta finito usufructu,& declarata l.si quis domum §. hic subjungiversi, idem quæri, ff. loca.*

36 *Melioramenta temporalia, an repetat colonus & quæ n.*38.

37 *Melioramenta an repetat colonus in cō-*

trac-

tractu locationis adjecto jurejurando.

39 *Melioramenta quibus juris remedijs à colono repetantur.*

Quæstio XXV. De melioramentis rei emphyteuticæ, & in quo differat emphyteuta à simplici colono, circa amissionem melioramentorum.

VIgesima sexta signatur differentia per *Bald. in rubr. hujus tit. col. 2. & Ias. l. 1. eo. tit. n.* 30. quod emphyteuta cadens ob culpam amittit melioramenta, secus in colono, & quia hæc materia est frequentissima, distinctim per conclusiones elucidabitur, & primo agemus de melioramẽtis factis ab emphyteutis, postea de melioramentis colonorum, seu simplicium conductorum.

1 Prima conclusio, melioraciones factas in re emphyteutica ex necessitate conventionis, & speciali pacto (puta quia conventum sit, ut domus ædificetur, vel vinea tali loco plantetur, vel tot plantæ inserantur) nõ potest repetere emphyteuta finita emphyteusi, sive per tempus, sive per culpam: quia hujusmodi meliorationes ex necessitate cõventionis fiunt, & pars pretij, & pensionis emphyteuticæ censetur *l. fundi partem ff. de contr. empt.* & ita volunt moder. *Galli.* sentit *Ias. l. 1. n. 26. & l. 2. n. 32. C. de jur emph.* voluit quoque *noster Pinel.* (ubi male citat *Afflict.*) *in l. 2. C. de rescin. vend. 2. par. cap. 3. n. 10.* accedit *lex Regia lib. 4. tit. 77. §. 32. in no. tit. 97. §. 22. in fin.* *adde bonum rex. in *l. dominus horreorum, §. ex conducto* ibi, *nisi id advenisset, ff. locati.* & est ratio, quia si tales meliorationes non essent factæ posset dominus directus ad illas, vel ad interesse ultra restitut. rei emphyteutam compellere secundum mod. ubi sup.

2 Secunda conclusio, emphyteuta expulsus sui culpa, sive quod emphyteusim alienavit irrequisito domino, seu quia cessavit in canonis solutione, aut alijs ex causis similibus, amittit omnia melioramenta, etiam magna, simul cum re ipsa emphyteutica *l. 2. ubi Bald. in pri. not. 2.* & alij antiqui, & demum *Ias. numer. 27. C. de jur. emph.* ibi, *nulla ei in posterum allegatione nominе melioracionis, & c. Ias. l. 1. num. 30. eo. tit. & in §. actionum numer. 184. de act. text. si quis vero locat. Auth. de alien. & emphyt. coll. 9. text. Aut. qui rem in fin. ubi Iason. numer. 18. Deci. numer. 14. Iacobi. num. 47. Ced. de sacrosan. Eccle. Deci. cons. 518. Viso instrumento col. 1. Paul. consil. 237. primo videndum lib. 1. numer. 4. Gozadi. cons. 46. numer. 9. Cepol. consil. civili. 25. numer. 19.* * *Aug. Beroi cap. 1. de in integ. rest. num. 27.* & ita in praxi receptum scribit *Guy. decis. 169. & decis. 438. Pynel.* item ubi supr. *numer. 7. Iulius Clarus lib. 4. Verbo emphyteusis fol. 242.* voluerunt quoque *Bart. Paul. contra glos. & Salyc.* ibi *in l. colonus, ff. locati* quæ distinguebat emphyteutam Ecclesiæ ab emphyteuta privati, & malè: nam circa melioramenta idem in emphyteusi Ecclesiæ, quod in privati servandum esse ait *Bal. l. senatus, §. Marcell. ff. lege* 1. sequitur ibi, *Aret. col. 3. vers. ex his quæ sup. dixi,* ut etiam *per Aug. Beroi. late in cap. potuit numer. 148. de loca.* ubi quæst. hanc eleganter disputat, * tradit novissimè *Iacob. Menoch. in tract. de recuper. possessione in remedio 15. numer. 503.* Non tamen absurdum esset tentare meliorationes non amitti, etiam emphyteusi propter culpam amissa, quia sunt propriæ ipsius emphyteutæ, & ob id transeunt ad hæredes extraneos, etiam in emphyteusi Eccle. *cap. 1. de in integ. resti.* & sunt jura diversa, ut colligitur ex copula, & *in d. cap. potuit.* ubi notat idem *Beroi. numer. 49. & 99.* proveniunt enim à diversis, nam jus emphyteuticum provenit à contractu & investitura *dict. l. 1. C. isto titu.* meliorationes vero à facto ipsius emphyteutæ, qui suis sumptibus rem melioravit *dict. cap. 1. & §. si vassallus infra alleg.* & sic à directo domino non pendent, nec eum recognoscunt, & cum eo nihil commune habent: unde non debent jus emphy. sequi, licet culpa amittantur, sicuti dicimus in simplici colono *l. colonus ff. locat.* à quo ad moliendam pænam non injuste argumentabimur, *reg. odia, lib. 6.* ut non immerito hanc opinionem probarit olim *Florian.* relatus ab *Imol. dict.*

cap. potuit col. 12. nec quicquam obierit *text. l. 2. hujus tit.* quatenus excludit allegationem meliorationis: id enim facit ad effectum, ne propterea à caducitate excutetur, non ut melioramenta quæ domino nihil debent amittantur. Verum communis opinio deserenda non est, quam sequuntur, & illi omnes quos in sequenti conclusione citabimus, * & in hoc deffert emphyt. à colono qui repetit melioramenta, licet culpa sua amiserit conductionem *l. pen.* l. *sed addes*, §. *si inquilinus*, *l. dominus*, §. 1. ubi *Bart. ff.* locati, ut advertit *Bero. in d. cap.* 1. *de in integ. resti. numer.* 27. *Alcia. responso* xx. *numer.* 8. *Parisi.* 79. *numer.* 10. *lib.* 3. *Tiraq.* 2. *retra.* §. 78. *l.* 1. *numer.* 16. & plene *Menoch. de recuperanda possesso. remed.* 15. *numer.* 551. ubi tripliciter declarat. Et idem quoque in feudo, ut propter culpam revertatur cum omnibus melioramentis, scribit *Jacob. de Ardizo. in summa quib. mod. feudo. amit. Bald. & Afflict. in cap.* 1. §. *si vassalius numer.* 3. *in titul. hic finitur lex. lib. feudor. Aug. Bero. in quæst. familiari* 96. *fol.* 242. *numer.* 4. *vers. aut vassalli magna.* Veruntamen hanc conclusionem intelligunt * primo *D. D. Sarmentus lib.* 3. *selectarum interpret. cap.* 6. *numer.* 4. *in fin.* quando culpa est commissa contra dominum, secus si sit alia quæ mereatur confiscationem nam tunc melioramenta pertinebunt ad fiscum, secundo intelligunt *Mod. Galli.* in impensis quæ concernunt solitam, & consueram melioratione prædij, & quæ ex natura concessionis, expresse vel tacite erat obligatus impendere, hæc enim dumtaxat significat verbum quo jura nostra in hac materia utuntur: nihil enim aliud significat, quam rei sterilis, & incultæ ad culturam redactio, idipsum colligitur ex æthymo emphyteusis, quod graco verbo idem est quod insero, & implanto, unde Nebriss. latine vocat, insitionem, & plantationem, & *P. Pratens in lexico novo super verbo, emphyteuticus contractus.* * post *Alciat. lib.* 1. *pareigon. cap.* 36. unde si emphyteuta domos ædificaverit, vel mansiones rusticas magni sumptus, aut molendina, aut similes melioriationes fecerit, non est demente juris quod amittantur & hanc opinionem allegando *Balduinum in* §. *adeo inst. locati.* probat *Pinel. dict. numer.* 9. * voluit idem *Bald. ad* l. *rusticas Justiniani pag.* 112. inquiens quod parum attendunt juris interpretes ad hoc, unde consequitur quod expensas in plantando quia sunt de natura emphyteusis quæ est idem quod implantatio amittet emphyteuta, impensas autem in ædificando de novo non, quia non sunt de natura contractus & novissi. supra scriptam opinionem sequitur *Ioan. Gar. de expensis cap.* 6. *numer.* 22. & ita vidi judicatum in senatu: & est opinio tum vera, tum æquitati consona, ne dominus tanta emphyteutæ jactura locupletetur, in solutione autem horum melioramentorũ observabimus scripta in *l. in fundo, ff. de reivend.*

Sed hic non intempestive quæritur, quid si post incursam caducitatem emphyteuta melioriationes aliquod fecerit, an similiter eas amittet: & videtur amissurum, quia jam tunc mala fidei possessor est & injuste possidet, ut tradit *Jacobi. auth. qui rem numer.* 114. *Cod. de sacros. Eccle.* & ad restitutionem omnium fiuctuum tenetur, ut per *Socin. consil.* 167. *numer.* 12. *lib.* 2. *Ripa.* l. *si unquam Cod. de revoc. don. numer.* 100. Porro male fidei pessessor non repetit melioriationes, quia objici potest ei culpa, quod eas fecerit in eo solo quod intelligebat alienum esse, §. *certe illud inst. de rer. divi.* l. *adeo*, §. *ex diverso, ff. de acquir. rer. domin.* bonus text. *in* l. 1. *Cod. de infan. expo. l.* 42. *tit.* 28. *par.* 3. Sed tu hoc intellige primo, si fuit in comperto commisso, & per sententiam declarato, atque ita in vera mala fide non alias. Sed quid si fecerit melioramenta post litem contestatam? Et non videtur amittere, quia litis contestatio non inducit malam fidem nisi presumptam, ex *Feli. cap. illud. numer.* 10. *de præscript. Balb. de præscript. in* 3. *part. sexta par. nu.* 43. sed verius videtur quod etiam tunc amittat, quia post litem contestatam

4

regu-

regulariter omnes considerantur tanquam malæ fidei possessores, l. *sed si lege §. si ante litem, ff. de pet. hær. l. 2.* ubi *Bald. Cod. de fruct. & litium expens.* & in nostra materia impensarum, est text. *in l. si autem §. in re petita, ff. de rei vend.* & ibi *glos.* verbo, *contestatam*, ubi inquit quod post litem contestatam possessor prædo est, & eadem ratio habetur in eo quæ in prædone, & cum ea transeunt ibi *Bart. Alber. & alij*, & addes hunc articulum *Bart. in dict. l. 2. numer. 5. & Salyc. numer. 6.* qui cum doceat quando litis contestatio inducit malam fidem, non tamen declarant an quoad repetitionem impensarum inducat. *Intellige* 2. nisi sint meliorationes necessariæ, illas etenim emphyteuta etiam malæ fidei possessor, sive consistant in faciendo, sive in deficiendo judicis officio per retentionem deducet, ex reg. *l. domum in fin. Cod. de rei vend. Bart. l. plane. ff. de pet. hær. Igne. l. dudum numer. 96. C. de contr. empt.* nam & siquid necessarium omiserit, domino sancire tenetur, arg. l. *ei qui §. fin. ff. de peti. hær. Bar. l. in fundo. co. 4. ff. de rei vend.* Quod si fuerint impensæ utiles siquidem in reficiendo, vel factum ampliando, tenere eas permittetur sine læsione tamen prioris status *dict. l. domum in fin. ubi Paul. numer. 3.* præterquam si dominus sumptum reponere maluit. *d. l. in fundo vers. constituimus*, quod si tolli nequirent sine detrimento rei omnino eas amittet, quia sibi imputet, l. 1. *Codic. de infant. expo. l. pro voluntarijs, ff. de impens. Salyc. d. l. domum, col. fin. Angel. d. §. certe ad fin.* Si vero ædificavit ac novum opus inchoavit, non permittetur illi etiam abtasio licet sine rei detrimento, quia de novo ædificando donasse videtur. *dict. §. certe. Bart. numer. 11. & P. Costali. pag. 127. in dict. l. in fundo. Angel. dict. §. certe, colũ. 1. in fin. & ibi Claudius pag. 212. cum aliis, tex. in dict. §. ex diverso, l. si is contra, Cod. de ædif. priva.* Si autem voluptarias fecerit nullo modo recuperabit, *nec corradet, glos. dict. §. ex diverso, & d. l. in fundo, & ibi Bart. & Costali. text. dict. l. domum, ubi Salyc. col. fin. Angel. dict. §. certe. Gomez.* ubi resolute istam materiam collegit, l. 46. *Tauri, col. 2. &* multo plenius *Boeri. dec. 44.* nec enim malæ fidei possessori licere debet in re aliena supervacua impensas facere. Quibus autem casibus post incursam caducitatem diximus fieri debere meliramentorum solutionem, in eisdem rursus intelligas faciendam esse fructuum, si qui à re ipsa percepti sunt, compensationem: nam regulariter in quovis possessore id receptum est, *l. sumptus, l. emptor.* & ibi *Bart. ff. de rei vend. l. super empti. Codic. de evictio.* scribentes communiter in præcitatis locis, & plures citamus *infra conclusione 11.* fructus vero intelligas deductis impensis, l. *fructus, ff. solut. matr. l. 1. C. de fructi. & lit. expen.* factis gratia fructuum colligendorum, aut servandorum, quia quivis possessor etiam prædo illas repetere potest, primitus enim & ante omnia fructibus imputantur, & illos minuunt, *l. si à domino §. fructus, ff. de pet. hær. l. 42. tit. 28. par. 5.* nec ullus casus intervenire potest, qui hoc genus deductionis impediat, *l. fundus qui in fin. ff. famil. hercis. l. quod in fructus ff. de usu. Salyc. Angel. Claud. ubi supr. & præ cæteris P. Costal. declarans, dict. l. in fundo, post Bald. in Marga. verb. fructus, & cons. 30. ad evidentiam lib. 1. Pet. Loriot. de fructibus axiomate 4.*

Unde illud palam fiet, emphyteutam, qui judicatus est emphyteusim cum melioramentis culpa sua amisisse, repetere posse impensam, quam fecit in quærendis aut conservandis fructibus illius anni, quo damnatus est fundo cedere; nam etiam prædo, ut nuper dixi talem impensam repetit, quod tu nota, quia est proficuum emphyteutis qui quotidie infeliciter damnantur, ut saltem has impensas deducant, & pro ijs rem retineant, ne post omnia etiam naulum perdant.

Tertia conclusio, emphyteusi sive sæculari sive ecclesiastica finita sine culpa emphyteutæ, sed per tempus, aut alias ex forma seu tenore concessionis, pertinent melioramenta ad ipsum emphyteutam seu hæredes ejus, ut voluerunt

Bald.

Bald. & Angel. in fine per illum text. in l. *senatus*, §. *Marcellus ff. de lega.* 1. *Bald. l. in re*, §. *tignum, ff. de reiven. Bald. quoq;* in *d.*§. *si vassallus per text. ibi, qui hoc ipsum decidit in feudo. Alci. in responso.* 176. *numer.* 8. *idem Bal. l. fin.* §. *fin. vers. pone quod iste emptor. numer.* 7. *C. commu. de lega. & in* l. 2. *C. de reiven.* utrobique dicens quod ita servatur de consuetudine, & in *Auth. excipitur*, *col.* 1. *Cod. de bon. quæ lib.* ubi addit quod ista opinio naturalem habet æquitatem, idem *Bald. in l. senatus*, §. *Marcellus*, *ff. de legat.* 1. & late disputando ita consuluit *Cuman. cons.* 57. *incip. Monasterium numer.* 6. *Paul. consi.* 237. *primo videndum col. fin. numer.* 4. *vol.* 1. *& in cons.* 270. *viso puncto col.* 3. *vers. sed circa prædicta vol.* 2. *voluerunt etiam Bart. Bal. Paul. & alij in l. pen. ff. loca. Paul. Ias. & Deci. n.* 14. *& alij in Auth. qui rem. C. de sacros. Eccl. Ias. l.* 2. *n.* 27. *C. de jure emph. & Albe. Brunus in tract. de aug. conclu.* 20. *Cagn. l. si quis maior. n.* 53. *Cod. de transac. * Duenas late reg.* 237. *Menoc. de recup. pos. d. rem.* 15. *n.* 502. *Pinel. ubi supra n.* 7. *noviss. Rolan. cons.* 28. *n.* 16. & deniq; bis hanc esse comunẽ, & ab ea in judicando, & consulendo non recedendũ scribit *Deci. d. cons.* 518. *col.* 2. *& alij citati sup. n.* 2. & hæc est veritas secundum *Moder. Parisi.* quanvis *Fulgosius* aliter consuluerit *cons.* 9. *incip. Abb.* & idem novis, cõtra comunẽ quod etiam hoc casu melioramenta amittantur teneat D. *Fr. Sarmentus vir dilucidi ingenij, & multa cruditionis in lib.* 3. *selectarum interpreta. cap.* 4. & idem in melioramentis factis per vassallum in re feudali, ut per *Parisi. cons.* 28. *n.* 2. & 3. *lib.* 3. *& cons.* 55. *n.* 24. *lib.* 3. *& est text. apertus in c.* 1. §. *si vassallus*, hic fini lex: opinio enim contraria quæ ibi refertur, est reprobata à *glos. Isern. Bald. & reliquis ibidem.* Adde, etiam si melioramenta sint facta de fructibus ipsarum rerum feudalium, nam adhuc quæruntur vassallo, & suis hæredibus, ut per *Parisi. d. cons.* 55. *n.* 23. Nec mirum, nam si usus fructuarius repetit melioramenta, *glos. l. sed. & si quis ff. de usufruct.* item simplex colonus *d. l. pen.* ergo multo fortius emphyteuta, vel vassallus qui utile dominium habent, *l.* 1. *ff. si ager vectig.* nec debent esse deterioris conditionis ex eo quod maius jus habent *l. sed si unius*, §. *si servo. ff. de injur.* in quo tamen articulo non bene loquitur *Bald. l.* 1. *Cod. jus. emphit. num.* 5. *nec Pet. Costal. in d. l. pen.* Faciebat autem dubium huic conclusioni, quia quod maritus repetat impẽsas in dotalibus rebus factas mirum non est, sustinet enim onera matrimonij, quæ quandoq; possunt excedere fructus dotis: nec item mirũ est si colonus repetit, quia colit justa mercede: quæ rationes non militant in emphyteuta, qui solvit minimam pensionem, & ex natura contractus recipit ad meliorandum, & ex ipsis fructibus meliorationes facit, unde forte posset ne disputationis defendi quod emphyteuta nunquam repetat melioramenta, quemadmodum pungit *Cuma. d. cons.* 57. *columna* 1. *in fin. & novissime D. Sarmẽt. ubi sup.*

7 Sed retenta communi, ampliabis ex prædictis ut procedat, etiamsi in investitura emphyteutica adjiciatur clausula quod emphyteuta rem meliorem faciat, seu quod res emphyteutica meliorata reddatur domino, seu quod res illa datur in emphyteusim pro minima pensione ad meliorandum, nam hujusmodi clausulis, non obstantibus poterit emphyteuta meliorata repetere, quia verba illa non mutant, quod inerat, arg. *l. non recte Cod. de fidejuss. l. qui mutuam, ff. mand. l. si convenerit, ff. pro socio*, & ex his *Paul. dict. l. pen. numer.* 4. ita voluit, eleganter *Pine. ubi supra numer.* 10. satis consentit *Paul. consi.* 270. *col.* 3. *ad fin.* & rationem habet, quamvis *Afflict. dict.* §. *si vassallus num.* 6. *& M. Mantua. cons.* 334. *nu.* 4. *& Gregor. in l.* 24. *tit.* 8. *par.* 5. citando ad hoc *Bal. in l. colonus lect.* 2. *ad finem. ff. loca.* dicant quod si res datur ad meliorandum revertitur res ad dominum libere cum melioramentis, quibus multum refragatur, l. 24. *tit.* 8. *par.* 5. ubi expressum pactum requirit, ut de suo melioramenta faciat colonus, ut ibi, *pleyto puesto que hiziesse delo suyo tales lavores.* nec obstat *d. l. colonus* à contrario sensu, ut paulo inferius dicemus.

8 Secundo amplia prædictam tertiam assertionem, quod non solum poterit petere emphyteuta melioriationes, sed etiam quoscunque sumptus necessario factos in re emphyteutica, dummodo non sint tales cui de jure pertineant ad ipsum emphyteutam, de quibus *Jason. dict.* l. 1. *super glos.* 3. *ad fin. Cod. de jure emphyt. & ita Jas.* quem vide *dict. l.* 2. *eod. tit. n.* 32.

9 Tertio amplia etiam si dominus inhibeat emphyteutæ ne meliorationes faciat, & ideo protestetur dominus se non soluturum meliorationes, si quas in posterum fecerit, nihil enim isthæc inhibitoria protestatio nocebit, cum jure contractus emphyteuta meliorationes faciat, §. *scire. Auth. de non alienan.* quamvis enim quis non repetat impensas, quas contradicente, & inhibente domino fecit, l. *fin. Cod. de nego. gest. ubi notat Saly.* illud sane intelligitur quando actus sola voluntate prohibentis, & protestantis contrarium efficitur illicitus, ex *Bart. l. non solum*, §. *morte numer.* 42. *ubi Anton. Rube. num.* 401. *ff. de nov. ope. nunt.* quod non contingit in hac specie. Proinde poterit hæres emphyteutæ melioratio-
10 nibus suis uti, & eas ad petendam renovationem, non obstante prædicta portestatione allegare. Illud autem adde quod si lite mota fiat nunciatio emphyteutæ, sive in judicio, sive extra judicium ne faciat melioramenta, vel etiam quia speratur emphyteusim finiri, quia forte ipse est senex valetudinarius, & tertia persona emphyteusis, tunc melioramenta non repetentur, * ex vi protestationis, seu denuntiationis inhibitoris, & ita *Alber. in l. intra utile*, §. 1. *ff. de mino. ad finem* argu. *l. si fundum, & ibi per eum notata de reivend. citat. Tiraq. in loco infra allegando numer.* 5. *in fin.* & comprobatur ex recepta conclusione de qua per *Ripam cap. cum M. numer.* 159. *de constit.* facit nam alias denunciatio jure facta impedit repetitionem impensarum, etiam in casibus in quibus concedebatur, ut est *text.* optimus *in l. aut si ante denuntiatum, ff. de reiven. & ibi glos.* 1. ad hoc notat eleganter *Boerius decis.* 44. *numer.* 8. * & *Baldus in dict. l. aut si ante.* dicit notandam esse vim protestationis, sed si advertis *text.* ille loquitur in eo qui protestatus se à domino recuperaturum impensas, & domino dissimulante eas fecit. Nos vero loquimur in domino protestante ne faceret, qui casus est diversus. Illud item faceret, quod si consulto excessivas meliorationes fecerit emphyteuta, quas sciebat dominum directum non futurum esse solvendo [finge enim pauperem, qui si reddere id cogatur laribus sepulchrisque avitis carendum habeat) tunc tollere duntaxat permittetur sine læsionis prioris status: at si sine detrimento fieri nequeat, eas amittat *ex l. in fundo, ff. de reivend.* tradit *Tiraquel. in 2. retract. pag.* 752. *nu.* 5. per iniquum est enim ut ex dolo suo fructum capiat, ut iniquit *dict. l. in fundo, l. non fraudantur*, §. *nemo ex suo, de regu. jur.* licet audierim aliquando judicatum, ut ex redditibus quotanis dominus solvat, quousque ex integro satisfaciat melioramentis arg. *Ordi. libr.* 3. *tit.* 75. §. 1. *in nov. tit.* 93. §. 1. *& lib.* 4. *tit.* 35. §. 1. *in nov. tit.* 101. *in princ. & lib.* 3. *tit.* 89. §. 2. *in nov. tit.* 37. §. 2. *& l. fin. C. qui bon. ced. po.* Sed hæc multum dissimilia sunt, nec video cur cogi possit ad solvendum melioramenta dolose facta ad rem retinendam: cum dominus manifeste inops sit, arg. *l.* 2. §. *fin. ff. si quis caut. ibi, nam si ipse hoc affectaverit vel causam præstiterit, non proderit ei exceptio, sed ipsius quidem dolus ei oberit*, sane si dominus melioramenta, sine dolo facta non sit solvendo poterit tunc emphyteutæ relinquere, ut ex quotannis redditibus sibi solvat, arg. jurium quæ nuper citavimus. * Adde vero quod si quis jam habebat emptas materias, & necessaria ad ædificandum tunc protestatio domini quasi serotina non proficiet ex sententia *Bart. l. ait prætor.* §. *si quis particeps, ff. quæ infra v. cred. Ripa. cap. cum M. nu.* 148. *de const. ex text. in l. si pecuniam*, §. *item si quis, ff. de condi. ob causam.* Item adde quod si is cui denunciatur tractat de damno vitando, & alius de lucro captando non nocebit denuntiatio ex *Bart. ubi supra per l.* 2. *ff. quod falso*

falso tuto. & ita in hac materia aliquando senatus judicavit

Quarto amplia, ut hujusmodi meliorameta, non solum debeantur ipsi emphyteutæ, sed etiam filijs masculis, aut fœminis, sed etiam extraneis hæredibus, ut tradit *Beroi. quæst.* 19. *per totam. Iulius Clarus, verb. emphyteusis quæst.* 45. *ad fin.*

Quinto amplia, non solum si meliorationes fiant per ipsum emphyteutam, sed etiam per amicum ipsius, per l. *idemq; in fin. cum l. seq. cum ibi no. ff. de mand. in l. sed si plures,* §. *in arrogato. ff. de vulga.* vel per bonæ fidei possessorem, cui teneatur emphyteuta restituere, secundum *Moder. Parisi.*

11 Sexto amplia, ut talia melioramenta possit libere emphyteuta alienare cuicunque voluerit, quia sua sunt, siquidem, *l. fin. Col. de jure emphy.* loquitur durante emphyteusi, tradit addit. *Bart. l. impensæ. ff. de impens. item* poterit ad hæredes extraneos transferre *Gozadin. consi.* 20. *Paris. cons.* 55. *numer.* 54. *libr.* 3. declarando tamen ut *infra n.* 16.

12 Intellige autem primo, & declara prædictam assertionem tertiam principalem *numer.* 6. ut non procedat in impensis, & melioramentis modicis, illa siquidem ad dominum transibunt sine obligatione restituendi pretium illarum emphyteutæ, quoniam emphyteuses ideo constituuntur, ut res meliorentur, & conserventur, §. *adeo instit. loca.* §. *scire. Auth. de non alie. col.* 2. & hanc declarationem satis agnoscit *Pinel. ubi sup. numer.* 9. *Paul. dict. consi.* 270. *col.* 3. *versi. si vero parva vol.* 2. *& in feudo tradunt* glos. *& scribentes præsertim Præpos. in cap.* 1. §. *si vassallus in titu. hic finitur lex seq. Beroi. in q. famil.* 96. *n.* 4. *versi. finito autem*: nam si maritus, qui sustinet onera matrimonij, non repetit parvas impensas l. *omnino, ff. de impens.* ergo multo fortius, aut saltem pari ratione emphyteuta qui recipit ad meliorandum, & modicam pensionem solvit, * & est optima *Ordi. in libr.* 4. *titu.* 77. §. 31. *in nov. tit.* 97. §. 22. *incipit. & pro quanto* in fine ibi, *alguas despesas, & bemfeitorias pequenas.* Quod rursus intellige si sint in ædificando quia cũ talis melioratio sit extra naturam contractus ẽphyteutici distinguimus inter modicam & magnam, secus si melioratio sit in plantando quia cum implantationes veniant ex natura contractus emphyteutici, ut *supra numer.* 3. nulla in ijs admittitur distinctio inter modicã, & magnam, ut transeant ad dominum cum re ipsa post finitam emphyteusim, & ita vidi sæpius judicarum in senatu, quibus suffragatur *Paul. consi.* 270. *lib.* 2. ubi distinguit inter ædificata & plantata, sed adverto quod *d. lex Regia* simpliciter non curat, *de bemfeitorias & despesas pequenas*, non distinguendo an sint in ædificando, vel in plantando, unde videtur simpliciter accipienda. *l. non distinguemus, ff. de arbit.* l. *de pretio. ff. de publicia*, & à sensu contrario de magnis curandum esse vult sive in plantando, sive in ædificando, ut sic non discriminemus restitutionem rei emphyteuticæ à restitutione dotis de qua in *d. l. omnino, ibi, reponendis propagandisque vineis*, in sensu directo, & contrario, quæ opinio viris doctis aliquando non displicuit.

Sed est non levis dubitatio quæ dicatur modica impensa, nam id jure expressum non repetitur, illud tantum respondit *Paul. I. C.* quod modicas impensas non debet arbiter curare in *d. l. omnino, ff. de impens. in rebus dot. fac.* quocirca *Alex. l. divortio,* §. *impendia numer.* 13. *versi. & secundum prædictam, ff. sol. matr.* modicas appellant omnes illas impensas quæ concernunt perceptionem fructuum tantum pro tempore conductionis, licet sint sumptuosæ, & magnæ in effectu, & per contrarium magnas dici impensas quæ concernunt perpetuam utilitatem licet in effectu modicæ sint, quod, & voluit *gl.* ibi, verbo, *tutela* allegando, §. *plane.* sed melius (inquit *Alex.*) allegasset, *l. penult. ff. de impens.* sequitur hanc doctrinam *Carol. Ruin. consi.* 14. *numer. libr.* 1. *Jas. l.* 1. *num.* 23. *Cod. isto tit. Rolan. consi.* 28. *n.* 25. *Pet. Loriotus de fructibus axiomate* 11. sed eam reprobat *Pinel. noster*, l. 1. 2. *part. nu.* 70. *in fin. Cod. de bon. mate.* nec tamen satis declarat quæ modica vel magna dica- 13

tur. *Bart.* tamen, & bene cũ *glos. in di. l. omnino*, judicis arbitrio relinquendum, asserit, versabitur autem hoc judicis arbitrium dumtaxat in quantitate consumpta in melioramentis an modica sit, necne, non vero an sint perpetua, aut alias,
14 hoc enim videtur velle J. *C. in d. l. omnino*, cum inquit, *omnino in ædificandis ædibus reponendis propagandisque vineis, valetudine mancipiorum, modicas impensas non debet arbiter curare*, & est obiter notandum id quod dicit de impensa in ædificandis ædibus, cum tamen à communiter accidentibus, non videatur quod eo casu possit esse modica, nisi exponas ædificandis, ideſt, reficiendis, & idem quod si quantitas consumpta in melioratione in se fuerit modica non sit curanda, quanvis sit perpetua, licet ex ea percipiatur non parva utilitas, tenet *Paul. cons.* 270. *co.* 3. l. 2. *vers. item quod dixi*, voluit etiam nostra, l. *Regia* loquendo in melioramentis emphyteusis *libr.* 4. *tit.* 77. §. 32. *in no. tit.* 97. §. 22. *E por quanto, ad fin. ibi, & este se não entendera em algũas despesas & bemfeitorias pequenas*. Proinde distinctio *Alex.* & aliorũ superius recitata, qua parte dicunt quod si melioratio fuerit perpetuo duratura, hoc est, ultra tempus conductoris, non erit censenda modica, non est recepta jure Regio: imo nec vera jure communi, quia poterit esse perpetua, & ultra tempus conductoris, & tamen tam modica, & parvi sumptus, quod non sit curanda, ut *dict. l. omnino, & dict.* §. 32. *in nov. dict.* §. 22. *& docet Paul. d. cons.*

Et ex prædictis tenendo id quod postremo diximus *numer.* 12. in fine, & sequẽtibus infertur quod impensa facta in deboscando, & nemora ad culturam reducendo si fuerit modica, & in ea modicum impensum, non erit curanda nec solvenda,
15 licet si maxima utilitas in deboscando, & ita defendetur opinio *Paul. cons.* 270. *lib.* 2. *numer.* 3. *vers. tertio* principaliter, quẽ sequitur *Neguz. de pig.* 5. *part.* 4. *membr. n.* 11. quod si fuerit magna quãtitas impensa, tunc solvenda erit, & ita procedet opinio *Carol. Rui. cons.* 134. *col. penul. lib.* 3. *& Rolan. qui cum sequitur cons.* 28. *ex numer.* 22. Infertur item ad alias mèliorationes in plantandis de novo arboribus fructiferis, & vineis aut surrogandis vitibus in locum demortuarum, & similibus, ut si modica fuerit in hujusmodi rebus facta impensa quod respectu personarum & rerum, & pensionis judex arbitrabitur, tunc talis melioratio, ut modica non erit attendenda alioquin contra, & sic de similibus, * licet hanc distinctionem inter magnam, & parvam quantitatem obtinere non debere ultra usufructuarium, & maritum dicat *Ioan. Garci. de expensis cap.* 14. *numer.* 13. *in fin.* contra *Rui. cons.* 134. *libr.* 1. *& Rola. ubi supra*, sine ullo tamen fundamento, & maximè in hoc regno, ubi etiam in emphyteusi de modica impensa nõ curatur, ut *libr.* 4. *tit.* 77. §. 32. *in nov. tit.* 97. §. 22. *in fine.*

Secundo intellige quod est in electione domini directi, vel solvere æstimationem melioramentorum, vel ea tolli permittere: ita in Ecclesia domina directa 16
emphyteusis, concludit tandem *Bald. d.* §. *si vassallus num.* 2. *&.* *in cap.* 1. §. *si quis de mansionum*, 13. *de contro. inves. & in Authen. excipitur, num.* 2. *Cod. de co. quæ. lib. per text. in d.* §. *si vassallus*, qui ita disponit in feudo, late *Borol. q.* 96. ubi testatur magis communem, & ita consuetudine servari in feudo, sequitur *Guid.* q. 169. & illum *text.* habere etiam locum in emphyteusi, inquit *Afflict. numer.* 6. * *in d.* §. *si vassallus* ubi confirmat *& Jas. l.* 2. *nu.* 29. *C. eodem & Paul. cons.* 237. *nu.* 4. *lib.* 1. *& cons.* 270. *col. fin. lib.* 2. & eandem electionem domino dari si durante tempore velit emphyteuta tollere melioramenta concludit *Jas. d. l.* 2. *numer.* 30. hanc autem electionem non habebit in ædificijs factis in civitate ne aspectus ipsius deformetur ruinis l. *cætera.* §. 1. *ff. de leg.* 1. *l.* 2. *Cod. de ædific. priva.* tunc enim cogetur dominus pretiũ melioramentorum solvere ratione prædicta ex *Angel. & Imol. in l. senatus*, §. *Marcellus* ubi ita etiam tenet *Lance. Deci. col.* 2. *ff. de leg.* 1. per ea quæ *Bart. Baldus, & alij. ibi* scribant sequitur etiam *Carolus Rui. cons.* 24. *numer.* 10. *lib.* 1. *Rursus* quoque eam electionem non habebit in melio-

ramentis

tamentis plantarum, quia cum in ijs non cadat abrasio, l. *fundi possessor, ff. de reivend.* cessit facultas electionis concessæ domino directo, & cogetur pretium meliorationum solvere ex *Paul. cons.* 270. *col. penul. in princ. libr.* 2. sed, & illud est notandum quod cum dominus voluerit meliorationes solvere resolvit *Jason. d. l.* 2. *numer.* 29. *cum Bald. dict.* §. *si quis de minso, & dict.* §. *si vassallus,* * *& in dict. Auth. excipitur.* æstimanda esse meliorationes, non prout sunt in concreto, sed prout in abstracto, hoc est, prout valent rudera ab ædificio separata: sequitur late *Tiraquel. in* 2. *retract.* §. 7. *glos.* 1. *nu.* 6. latissime *Rolan. cons.* 28. *numer.* 30. & hanc dicit esse magis communem opinionem *Beroi. dict. quæst.* 96. *numer.* 5. *vers. si vero fundum.* * late *Carol. Ruyn. d. cons.* 24. *numer.* 10. *lib.* 1. *pro quibus text. in* l. *in fundo, ff. de reivend.* ibi, *quantum habiturus est possessor bis rebus ablatis,* & præsupponit hæc determinatio, (licet Doctores non advertant,) quod meliorationes dominis directis feud. vel emphyteusis cedunt nec tenentur ea solvere eo enim casu loquitur *dict.* l. *in fundo vers. constituimus,* sed certe nimis dura, & iniqua est talis opinio sic etenim (ut dicunt *Mod. Paris.* refert *Ioan. Garci. de expensis cap.* 24. *numer.* 5. aperiretur via dominis ad excludendum emphyteutas, & vassallos à suis meliorationibus pro nihilo, quia materia ædificij diruti multo minus dimidia valet, ut palam est, * præterea non est verum simpliciter, quod meliorationes manent dominis directis, ut patet ex superius scriptis; unde verius videtur quod æstimetur valor meliorationum prout in concreto: nec curandum sit de do. §. *si vassallus* à quibusdam barbaris compilato, * ut aiunt prædicti *Moder.* maxime cum sit lex localis, quæ non est trahenda ad consequentiam juris, & ita in judicando se hanc opinionem secuturum, inquit *Iulius Clarus in lib.* 3. *sententiarum.* §. *feudum quæst.* 88. licet *Bald. male referat.* * & sequitur *Iacob. Menoch. tract. de recupera. posse. remed. is numer.* 166. *in fin. & alibi in numer.* 562. *Ludovi. Molina illustris Docto. Hispa. in lib.* 1. *de primog. Hispa. cap.* 26. *numer.* 13. adde in hoc articulo late *August. Beroi. cap.* 1. *de in integr. rest. numer.* 36. qui ponit tres opiniones, & tandem concludit, quod si impensa fuerit necessaria, vel utilis tunc ecclesia vel dominus teneantur, vel vi retentionis, vel vi actionis meliorationes, satisfacere, ut in *dict. cap.* 1. *de integr. restit.* & *in l. fin. Cod. de jure emphyt.* & *in c. potuit de loca.* si vero sit voluntaria, seu voluptaria tamen, tunc sit in electione domini dicere tolle tua meliorationa, vel tantum offerre quantum valent rudera dirupto ædificio, nisi per hoc res deteriorareturt, tunc non permitteretur abrasio cum detrimento status rei, *ut l. in fundo, ff. de reivend. juncta l. sed an ultro,* §. 1. *ff. de neg. gest.* & hanc sibi opinionem placere per illum *text. & dict. l. in fundo, & l. si sine.* §. *interposito. ff. de admi. tut.* & per rationes quas ibi adducit, & ad jura feudalia supra allegata respondet esse jura consuetudinaria, & non trahenda in hoc ad emphyteusim, quæ regulatur secundum jus commune, & datur ad meliorandum, ad quod non datur feudum, sed ad fidelitatem, ut infra scribimus *quæst.* 39. & hanc resolutionem teneo. Adde tamen quod rettenta illa opinione *Baldi* communi in *dict.* §. *si vassallus,* de æstimandis meliorationibus prout in ruderibus, defendi potest juxta terminos *dict.* l. *in fundo* in casibus quibus lex liberat dominum à meliorationibus solvendis, & permittit ei qui fecit, meliorationa auferre, ut in voluptarijs poterit enim in illis casibus dominus offerre pretium, & æstimationem prout in ruderibus, ut colligitur ex illo *text. in alleg. l. in fundo.* ibi, *quantum habiturus erat possessor rebus ablatis.* atque ita etiam venit declaranda, *l. sed an ultro,* §. 1. *ff. de neg. gest. & l. si servis* 25. *ff. de pign. actione.* Adde quod *Bald. in dict. Auth. excipitur n.* 2. *vers.* ego consului mitigare volens rigorem *dict.* §. *si vassallus,* tentabat dicere tunc demum solvendam æstimationem prout in ruderibus quando Ecclesia, vel dominus esset impar restitutioni integri

melioramenti, sed ait quod licet hoc habeat æquitatem attamen standum est præcise *dict. §. si vassallus* refert & sequitur *Ray. dict. consi. 24. n. 10.*

Addeo autem hoc esse in electione domini scripsit *Baldus*: quod licet emphyteuta velit ædificium, seu meliora menta tollere, quia in contractu emphyteutico conventum est, ut possit illa tollere, & sint sua, nihilominus poterit dominus illum prohibere, tantum offerendo quantum ille laturus esset ex tali levatione. *Bald.* (inquam) *l. in fundo, per illum text. 3. not. ff. de reivend.* & esse notandum, & frequentius accidere, inquit *Jason. dict. l. 2. numer. 31.* ut non videatur speciale in meliorationibus urbanorum ædificiorum, quod non possint abradi, si sequatur deformitas urbis, quemadmodum voluit *l. ancelo, in l. senatus, §. Marcellus ff. de leg. 1.* quem *Moder. Galli. alibi* referunt. Sed & circa hunc articulum elegantissime agit *Paul. dict. consi. 270. colu. fin. in princ. & in vers. quantum autem*, ubi distinguit inter ædificata, & plantata. Et alibi *Feli. in cons. 42. numer. 9.* ait in solutione meliorumentorum non esse attendendum valorem præsentem, sed tantum valorem plantarum, aut alterius materiæ emptæ ad meliorandum, & quod cæteri labores cum fructibus compensentur, ut per *Abb. cap. 1. de in integr. restit.* Veruntamen his ego non indistincte consentio, quia durum est, ut jam dixi, tam largam facultatem dominis dare adversus miseros emphyteutas, sed magis crediderim quoad satisfactionem meliorumentorum servandam esse regulam & materiam *text. l. domos, ff. de legat. 1. & in l. in fundo, ff. de reiven.* cum ibi traditis *per Bart. & alios, & bene Gomez. l. 46. Tauri, ex col. 1.* late *Beroi. deci. 44. Zoan. l. 2. Cod. de pact. int. empt. numer. 126.* quod & voluit *Moder. Parasien.* omnia tandem in boni, & æqui judicis arbitrio ponēs, nequa nimia in alterutrum versetur captio, arg. *l. cæteræ, ff. famil. her.* ut sic justis decretis rem tempere. *l. in ambiguis §. quoties, ff. de regul. jur.* non enim recte ad nostram materiam argumentantur interpretes de feudis, quæ non dantur ad meliorandum, sed ad fidelitatem *cap. 1. in fin.* per quos fiat investi. Hoc solum addo quod si melioramentum rei emphyteuticæ non cohæreat, veluti si emphyteuta emat aliud prædium juxta fundum emphyteuticum, ad maiorem emphyteusis commoditatem, *l. praditis, §. balneas, cum sequen. ff. de legat. 3.* hujusmodi melioramentum extrinsecum, & omnino separabile nullatenus revertatur ad dominum, sed cum emphyteuta & ejus hæredibus maneat, ut alias in feudis est *text.* & ibi notat *glos. Bald. & omnes in cap. 1. §. ex contrario, 1. responso, de invest. de re alienat. fac. Beroius quæst. familiari 96. numer. 4.* confert quod uni. ta fundo feudali per vassallum, licet fiant idem fundus, non fiunt idem feudum, nec recipiunt qualitatem feudalem, imo per se censentur, secundum *Mod. Galli.* per l. *qui fundum, §. 1. ff. pro empt.*

Quarta conclusio, si in emphyteutico instrumento expresse dicatur, quod finita emphyteusi melioramenta pertineant ad dominum directum sine ulla satisfactione, tunc propter tale pactum emphyteuta reddet melioramenta, nec debebitur illi æstimatio, ita *Jason. l. 2. n. 28. hoc tit.* inquiens valere tale pactum, quod melioramenta amittantur finita qualitercunque emphyteusi, & allegat *Bart.* (qui in hac specie videtur intelligendus) in *l. jubemus, §. sane 2. numer. 1. C. sacrosan. Eccles.* cum dixit valere pactum, quod *casale* datum in emphyteusim revertatur ad Ecclesiam cum domibus, quæ ibi ædificabuntur, quam decisionem nemo ibi, nec alibi improbat, quem legerim. * facit *l. dominus horreorum, §. 1.* ibi, *cum id non convenisset, ff. locati* accedit *lex 24. tit. 8. par. 5.* ibi *que hizieſſe de lo suyo.* Movebat dubium, quia ex hoc pacto videtur dominus directus cum aliena jactura locupletari, sed dubium tollit, quia tale pactum in partem pretij cedit *l. fundi partem, ff. de contra. emp.* & quanvis non cederet, pacta conventa servanda sunt maxime in conventionibus emphyteuticis; *l. 2. & 3. C. isto tit.*

Quinta

19 Quinta conclusio, si conveniat ut finita emphyteusi res cum omnibus melioramentis libere revertatur ad dominum, nihilominus solvenda emphyteutæ æstimatio erit, quoniam verba illa generalia, non ita generaliter debent intelligi, ut emphyteuta melioramenta sua omnino perdat, sed quod revertatur cum melioramentis omnibus, in hunc sensum, ne emphyteuta possit ea tollere, * etiam domino directo ea non solvente, vel quod illa verba licet minus generalia intelligantur de melioramentis, quæ veniunt ex natura emphyteusis quemadmodum sunt implãtationes, ut diximus *supr. num.* 3. *& numer.* 12. & de melioramentis faciendis expressa conventione partium, ut diximus *supra ista quæst. numer.* 1. & de alijs melioramentis faciendis de necessitate juris etiam citra expressam partium conventionem, ut in reparanda re emphyteutica de melioramentis modicis & parvæ impensæ hujusmodi enim melioramenta ad dominum reddeunt sine obligatione satisfactionis, ut superius diximus, & probat elegans *Ord. in lib.* 4. *tit.* 77. §. *in nov. lib.* 4. *tit.* 97. §. 22. *& porquanto, in fin.* & ita per peritissimos Senatores vidi judicatum nuper qui ita restringebant illam clausulam generalem de reversione rei emphyteuticæ ad dominum cum omnibus melioramentis, & ultra illam *legem Regiam* allegabant pro prædictis *text. in l. eum ad quem Codic. de usufr. & l.* 3. §. *fin. ff. de impen. & l. intra utile.* §. *fin. cum glos. expensis, ff. de mino.* & *Bal. in l. fin.* §. *fin. Cod. communia delega. & in l. senatus,* §. *Marcell. ff. de leg.* 1. vel etiam secũdum aliquos potest illa clausula intelligi de melioramentis mediocribus cum alias dominus non excusetur nisi de modicis, ut in *dict.* §. *in nov.* §. 22. *& por quanto,* non vero operetur quod melioramenta magna, argu. *l. si servos,* 25. *ff. de pign. act.* & satis ad propositum *Bald. cons.* 372. *num.* 1. *lib.* 3. *Aymo. cons.* 3. *num.* 19. *Tiraq.* 2. *retract.* §. 79. l. 1. *n.* 5. & pro prædictis facit quia in dubio emphyteuta non videtur ædificare animo donandi *Jason. dict.* l. 2. *nu.* 33. facit item quia non est accipienda interpretatio, ut quis videatur suum donare, *l. campanus, ff. de oper. lib.* & quidvis potius præsumendum quam donatio. l. *cum de indebito. vers. nec enim, ff. probat. Bald. l. generaliter, Cod. non nu. pecu.* *. unde cum sit de jure ut melioramenta emphyteusis etiam Ecclesiasticæ finita linea ad quoscunque hæredes etiam extraneos transeant, quia sunt quid hæreditarium, ut per *specul. de emphyteusi vers.* 131. *glos.* & omnes *in* §. *si vassallus in tit. hic finitur* lex *Pariss. cons.* 28. *lib.* 3. *cum multis aliis* quos citat ita resolvens *Beroi. quæst.* 19. *per totam* non est assumenda interpretatio, ut emphyteuta, quæ sua sunt velit omnino remittere unde idem *Beroi. in quæst.* 20. statim sequenti concludit quod appositio pacto, ut finita linea res emphyteutica cum omnibus, & quibuscumque melioramentis revertatur ad ecclesiam debeat restringi tam ampla, & generalis clausula ad melioramenta, quæ dicta emphyteusi extabant tempore celebrati contractus: quam interpertationem multis ipse confirmat unde idem dicendum in nostra specie licet ponamus adjectum esse verbum, libere, & verbum, libere, sic interpretandum est, ut ad habilem sensum reducatur *l.* 1. *Cod. de sacrosan. Eccles.* ubi *Jason. num.* 4. *cap.* 2. *de feu. Clem.* 1. *verbo, libere, de sepultur.* * *o* 1. *& ibi glos. & Domini. num.* 6. *de regula. lib.* 6. *& ibi Francus* 3. *not. text. in cap. cum Episcopus verbo, libere, & ibi Archidi. de offi. Ord. lib.* 6. *glos. & Doctores in cap. Roma. verbo. libere de censibus illo libro glos. & Doctores cap. cum plures de offic. deleg. eo lib. cap. licet de sepult. cap.* 2. *de arbit. eo lib. Jason. l. nemo pōt. lect.* 1. *n.* 39. *ff. leg.* 1. *Purpura l. imperium nu.* 80. *ff. de jurisd. ōnium Ioan. Hanibal. in d. l. nemo pōt. numer.* 366. *&* 371. & alias verba interpretãtur, secundum subjectam materiam *l. si uno ff. loca. Gozad. cons.* 46. *nu.* 2. *& cons.* 58. *numer.* 22. quod pluspuam quinquaginta decisionibus exornat *Hispan. Mencha. in l. si quando, Cod. de inof. test.* facit, nam, & pactum de non expellendo emphyteutam intelligitur si canonem solverit *Feli. cons.*

25.

25. *numer.* 22. confirmatur ex traditis per *Rolan. conſt.* 96. *numer.* 12. *cum ſequen.* & verba inſtrumenti debent intelligi, non ſecundum opinionem vulgarium ſed prout juris periti illa intelligitur *Bart. l. ſi quis filiabus, ff de teſt. tutel. Alex. conſi.* 9. *numer.* 9. *libr.* 1. nec obſtat ſententia *Bar. in dict. §. ſane*, ibi, *caſanela cum domibus revertatur*, quia ibi dicit valere pactum ſuper certa re expreſſa, ſecus in verbis illis generalibus adjectis, quia ſunt verba tabellionum, quæ non mutant juris diſpoſitionem, ut *Pinellus, l. 2. Cod. de reſci. fol.* 96. *& Pariſ. conſi.* 20. *numer.* 87. *& conſi.* 110. *numer.* 101. *libr.* 1. plures citat. *Beroi. quæſt.* 125. *numer.* 13. vel dic quod *Bart.* tantum dicit valere tale pactum, ut res revertatur, quod nos non negamus, non tamen dicit aliquid de non ſolvenda æſtimatione, nec talis interpretatio debet ſumi, ſaltem in emphyteuſi eccleſiæ ne cum ſit cultrix juſtitiæ, *cap.* 1. §. 1. *de alie. feu.* locupletetur cum aliena jactura: & ita aliquando vidi judicatum in ſenatu, ſed nuper vidi judicatum contrarium in utroque ſenatu, magis ſequendo verborum latitudinem, quam juris, & æquitatis rationem, * & hanc poſtremam opinionem videtur ſequi. *Menoch. tract. de recup. po. remedio.* 15. *numer.* 504. quando conventum eſſet quod finita emphyteuſi ex quavis cauſa, melioramenta libere domino, relinquerentur, & ibi corrupte citat *Bald. in dict. §. jane* cum debuiſſet allegare *Bartol. corrupte* etiam citat *Pariſi. Rolan. & Paul. Caſtrim.* qui in hac ſpecie non loquuntur eandem quoque opinionem tenet *Pariſ. tracta. de reintegra feudorum fol.* 10. *verſ. n.* 7.

Sexta aſſertio, quæ hactenus dicta ſunt, plane procedunt, & locum habent in melioramentis induſtrialibus, quæ videlicet opera, & ſumpta emphyteutæ prædio emphyteutico acceſſerunt: uti ſunt aggeres, foſſæ, ædificia, ut in *dict. §. ſ. vaſſallus, & in cap.* 1, §. *ex contrario,* 20 1. *reſponſo de inveſt. de re alie. fact.* Cæterum ſi fuerint melioramenta naturalia, quæ natura tantum ipſa operante fundum emphyteuticum meliorem reddiderunt: qualia ſunt incrementa aluvionum, & ſimilia: hæc dicas emphyteutæ commodo cedere quoad utile dominium tantum, quatenus durat emphyteuſis, ut etiam diximus plene *ſupr. quæſt.* 16. Sed tamen ea qualitercunque finita, ſive tempore, ſive propter culpam emphyteutæ regredientur pleno jure ad dominum directum, ut in feudo eleganter concludit *Beroi. dict. quæſt.* 69. *numer.* 2. & ita declaranda ſunt, quæ ſcripſimus *dict. quæſt.* 16. & ita etiam voluit *Mod. Galli*, & noviſſime *Iulius Clarus in §. feudū quæſt.* 88. *verſ. item quæro tradit Ioan. Garci. de expenſis cap.* 15. *numer.* 19. ubi de melioramentis, quæ non continguem rem emphyteuticam.

Septima concluſio, melioramenta civilia, quæ ſola hominis diligentia, quæruntur, ut dicitur in fructibus civilibus, quales ſunt ſervitutes reales emphyteutico prædio quæſitæ & alia hujuſmodi incorporalia rem emphyteuticam ſequuntur, & conſequenter finita emphyteuſi, una cum re emphyteutica ad directum dominum emphyteuſis regrediuntur, ſoluto tamen pretio ſecundum ſuperiorem diſtinctionem caducitatis ob culpam vel ſine culpa. In feudis hæc concluſio diffinita eſt per *text. in dict. §. ex contrario, verſi. ſi vero*, & in allegato *§. ſi vaſſallus. verſ. idem dico*, explicat *Beroi. ubi ſupr. numer.* 5. 6. & 7. quem additio ultra ſcribentes in prædictis locis, & latiſſime *Modernum Pariſienſem*, ubi alia docendi Methodo utitur in hoc propoſito.

Octava concluſio emphyteuta quouſque ſibi ſit de pretio melioramentorum ſatisfactum in caſu quo ſibi debentur, poterit uti retentione ipſius rei emphyteuticæ ex reg. *text. in l. ſi in area in fin. ff. de cond. indeb.* ubi bonæ fidei poſſeſſori per retentionem meliorationum conſulitur, *l. Paulus, ff. de doli excep. l. qua ratione, §. 1. ff. de acquir. rer. dom.* firmat *Gozad. conſi.* 86. *num.* 25. *l.* 41. *tit.* 28. *par.* 3. quod, & in feudis ſcribit *Beroi. d. nu.* 7. * *Carol. Rui. conſi.* 24. *col. fin. nu.* 10. *libr.* 10. *Nicol. Bellon. conſi.* 10. *numer.* 2. Sic itē jure Regio in rebus quibus uxor nō ma-

ne

vulgo dicitur) *casalis*, retinet tamen res ipsas pro melioramentis, ut *libr. 4. tit. 7. §. 1. in nov. tit. 95. §. 1.* ubi verbum possessionis, pro nuda tantum retentione accipio, & adeo hæc sunt vera quod licet quis condemnatus sit per sententiam quæ transierit in judicatum, ut emphyteusim demittat, poterit nihilominus melioramentorum exceptione opposita executionem impedire, ut per *Gozadin. ubi supr.* quia non impugnat sententiam, *l. Nesennius, §. fin. ff. de re judic. Ord. libr. 3. tit. 71. §. 18. in nov. tit. 87. §. 1.* sed dicit se habere retentionem propter impensas, *l. non solum* ubi *Bart. ff. de reivendic. Bart. optime numer. 16. & Albe. in l. in fundo, col. fin.* ubi idem tenet eleganter *Pet. Costali. in princip. ff. reivend. Angel. in §. certe illud column. 2. inst. de rer. divi. Specul. tit. de execut. senten. §. fin. vers. quid si bona fide, in fine Cornel. consi. 222. in princ. vol. 2. & cons. 243. eod. libr. & consi. 86. volu. 4. Neguz. de pignor. 4. membr. 5. part. numer. 9. glos. l. 41. titu. 28. part. 3.* unde licet non fuerit oppositum à parte, nec in ipsa sententia jus retentionis fuerit reservatum, adhuc poterit talis exceptio objici in executione sicuti si expresse foret reservatum. *Tiraquel. libr. 2. de retract. §. 7. glos. 1. numer. 14.* ultra quem ita eleganter scribit *Alberi. l. 1. colu. 3. versi. item exceptio, Codic. de jur. & fac. igno.* ad quem locum se remittit idem *Alberi. in dict. l. si in area numer. 13. versi. sed quæro refert ibi Jason. nu. 1. in fin. Cornel. consi. 147. col. 4. lib. 2. Neguz. ubi supra n. 10. Stephan. Bertrand. in consi. 15. col. penul. in princ. lib. 1. Afflict. in superius allegato. §. si vassallus. Gozad. in dict. consi. 86. col. penul. in princ. Rolan. à Valle late consi. 28. n. 3.*

Sed in proposito hujus conclusionis vidi sæpissimè dubitari, an præstita cautione de sarciendis melioramentis postquam fuerint liquidata, compellendus sit statim possessor condemnatus rem restituere, & *Neguz. ubi supra numer. 10. versi. tertia conclusio*, distinguit an in sententia condemnationis sit adjecta clausula, solutis prius expensis melioramentorum, & tunc non sufficiat præstare satisdationem ex sententia *Pauli* qui late tradit *consi. 270. viso puncto column. 2. dubi. 2. numer. 3. lib. 2. argum. l. statuliber rationem §. fin. ff. de statulib. & l. promissor. §. constituto ff. consti. pecu.* & quia non est recedendum à forma conditionis positæ in sententia, *l. cum post sententiam quæ finibus certis clauditur, Codic. de sentent. & interlo.* an vero in sententia nulla sit facta mentio melioramentorum, aut simpliciter jubeat melioramenta solvi, & sufficiat tunc satisdationem præstari, ex notat. per *Alexand. in l. 4. §. ait prætor, ff. de re judic. Alexand. & Jason. l. 1. col. 1. ff. qui satis cog.* & hactenus *Neguz.* cujus sententiæ fuit antea *Barb. consi. 36. num. 18. libr. 2.* * & porbat *Alciat. in responso. 450. nu. 26.* intelligendo in melioramentis non liquidis in quibus ait sufficere depositum, *Ludo. Gozad. consi. 100. numer. 23. Augusti. Beroi.* eleganter *in cap. 1. de integr. resti. nu. 35. in versi.* si autem non sint liquida, ubi ait possessorem non posse uti retentione rei si fuerit sibi satisdatum de solvendis melioramentis liquidatione facta per judicem, vel arbitros assumptos juxta notata per *Bald. in l. si residuã, Codic. de distra. pigno.* & confirmaturi ex his quæ scribit idem *Beroi. dict. cap. 1. numer. 33. & 34.* quod si sint liquida non erit locus satisdationi, sed retentioni donec solvantur, ut per eund. *Bero.* Prædictis tamen contradicit *Anton. Capitius late decis. 17.* ubi nequaquam satisdationem de solvendis melioramentis admitti, ut cogatur condemnatus rem dimittere *Carol. Rui. consi. 84. in fin. libr. 1. Paulus consi. 223. dubit. 2. libr. 2. & alij congesti a Ripa in l. ubi pure. §. qui in distrahendis, ff. ad Trebell. Afflict. cap. 1. §. si Vassallus in titu. hic finitur lex Menoch. recupe. possi. remed. 15. numer. 570. post Tiraquel. de retract. conventi. §. 7. glos. 1. numer. 13.* quæ secunda opinio in multis casibus nimis rigurosa est: cur enim res multorum reddituum puta maioratus, aut capella, retinebitur pro parvis impensis, & dominus res sua tandiu carebit, quandiu possessor calumniosus litem, & liqui-

liquidationem melioramentorum protelaverit? Sæpe enim accidit, ut in his lõgius tempus consumatur, quam in ipsa lieet principali quocirca noster senatus rem istam justis decretis temperandam esse voluit per reg. *l. in ambiguis*, §. *quotes ff. de regul. jur.* & inspecta qualitate negotiorum, & litigantium, præstito jurejurando parti super melioramentis, & deposita quantitate jurata apud sequestrum seu publicum depositarium, jubet victori rem restitui, & ita non semel in senatu judicatum vidi, nulla facta distinctione an in sententia reperiatur clausula illa solutis prius melioramẽtis, nec ne, optimo quidem judicio, sic etenim consulitur victori ne re sua diutius careat, & prospicitur condemnato circa facilem solutionem melioramentorum, & immortales lites liquidationum tantisper præciduntur, * sequitur *Ioan. Garci. de expensis cap.* 6. *numer.* 19. *in fin.* Verum est quod si sententia juberet, realiter, & cum effectu melioramenta prius soluti, non admitteretur satisdatio, & haberet locum opinio *Pauli dict. consi.* 270. qui est omnino
24 legendus: ibi etenim eleganter quoque resolvit si quædam res sint melioratæ, & quædam non, faciendam esse nihilominus executionem in non melioratis, nec impediri propter non solutionem aliarum melioratarum quod est notandum in praxi.

Sed quid si emphyteuta, rusticus forte, per ignorantiam rem emphyteuticam restituit, non facta retentione, nec opposita exceptione meliorамentorum, an
25 possit postea repetere? Et non est dubium quod possit, quia qui bona fide expendit in re quam scit esse alienam (uti scit emphyteuta respectu directi domini) habet animum obligandi dominum, & dabitur sibi actio, ex contractu, hoc est, ex emphyteusi, seu ex *lege Zenonis*, sicuti conductori qui fecit meliorationes datur adversus dominum actio ex conducto, *l. dominus horreorum*, §. 1. *ff. locati*, *l. si servus, ff. de pig. act.* ubi traditur: conferunt quæ in proposito emphyteusis scribit *Rolan. consi.* 28. *numer.* 14. *in fin. cum seq.* & in feudo hanc opinionem probat* Carl. *Rui. consi.* 24. *col. fin. lib.* 1. *Afflict. dict.* §. *si vassallus numer.* 5. *vers. sed ponamus*, ubi refert aliorum opiniones, * & idem ubicunque aliquis habuit rem ex contractu domini tenet *August. Beroi. in dict. cap.* 1. *de integr. rest. numer.* 35. *in vers. aut quis habuit rem*: ubi ait post factam rei restitutionem posse peti melioramenta per viam actionis ex contractu etiam rescisso, l. *penul. l. dominus*, §. 1. *l. sed addes*, §. *si inquilinus, ff. locati*, & l. 1. *ff. de superficiebus*, nec obstat quod in melioramentis nullo alio modo quam per retentionem lex subvenit, l. *si in area in fin. ff. de cond. indeb.* quoniam lex illa loquitur in bonæ fidei possessore, qui meliorationes fecit in re aliena quam existimabat esse suam, * ut patet ibi, *cum existimaret*, &c. & tenet *Ioan. Garci. cap.* 7. *numer.* 8. huic etenim, quia cum faciebat meliorationes non habuit animum obligandi aliquem, nullo alio modo subvenitur, quam per retentionem, seu exceptionem *dict.* l. *si in area.* * & hanc responsionem post *Bald. in* §. *si quis de manso.* posuit *Rui. dict. consi.* 24. *colũn. fin.* Caveat ergo sibi bonæ fidei possessor, quia si rem restituerit non facta retentione pro melioramentis, rem periculi sui fecerit, quia destitutus manebit omni remedio, ut *d.* l. *si in area*, per quam ita concludit *Cynus* (longa antiquorum præmissa disputatione) *in l. si quis sciens, Cod. de rei vend. consentit Jason. dict.* l. *si in area. numer.* 1. & ibi quoque *P. Costali. pag.* 234. *Paul. dict.* l. *dominus*, §. 1. *num.* 3. & *in col.* 270. *col.* 3. *libr.* 2. * post *Bart. l. in fundo*, 6. *ff. de rei vend.* nec id mirum quia multa per retentionem conceduntur, quæ jure actionis non concederentur, * & secundum hunc juris rigorem aliquando senatus judicavit. Sed quia ex hoc magna insurgit iniquitas, ut ex melioramentis dominus fiat locupletior cum tanta bonæ fidei possessoris jactura, scribit *Paul. in dict. l. si in area, in fin.* se ultra montes in hac specie consuluisse, quod impensæ poterunt repeti ex æquitate, l. *si me*, & *Titium, ff. si cert. pet.* quæ lex nonnisi

omni

omni modo destitutis subvenit, non ijs qui aliquo modo poterunt sibi prospicere, & culpa sua omiserunt, ut est ille qui per retentionem consulere sibi poterat, quo argumento à *Paulo* recedit *Hispanus Anton. Gomez.* l. 40. *Tauri, col.* 2. Verum opinio *Pauli* apud tribunalia recipietur, quia veritatem sequimur non illam juris subtilitatem, & eam opin. latissimè sequuntur, * post *Rui. ubi supr. Moder. Parisi. & Baldui in §. certè Inst. de rer. divisi.* ad boni, & æqui normam legem illam reducendo, & satis considerare, * licet hanc opinionem duriusculam esse existimet *Joan. Garci. de expensis cap.* 6. *num.* 11. in fine interim caveas à *Practi. Papi. in forma respon. rei. conven.* super verbo, *expensarum, in fin.* qui non parum errando præstabat certi conductionem ad possessionem avocandam pro melioramentis in casu, l. *si in area, per* l. *quod si nulla, ff. de leg.* 1. qui casus est valde diversus * adde *Ioan. Garci. dict. cap.* 7. *numer.* 8. *in fin.* Caveas item à *Lorioto de fructibus, axiomate,* 8. qui in hoc articulo distinguebat necessarias impensas ab utilibus, & voluptarijs. Memineris tamen, quod si expensa fuerit necessaria, puta in reficiendo, non inciviliter dicetur dari actionem, etiam post rem restitutam, l. *domum, Cod. de reiven. Paul. dict.* l. *si in area.* & est *text.* secundum meum sensum, * nam res habet lecturas secundum *Bart.* ibi, *col.* 2. *& Iason. in l. qui exceptionem, §.* 1. *de conde. indebi.* junctis quæ scribit *Alexand. cons.* 126. *col.* 1. *libr.* 7. * verum nimis contradicit *text. in d. l. si in area,* ibi, *insulam hæreditariam fulcisset, &c.* expensas autem factas judicis authoritate, non est dubium quin possit quis repetere, licet re simpliciter restituerit sine deductione expensarum, argu. l. *quod dicitur, §. si dos, ff. de impens. Tiraq. in loco jam citato numer.* 7. Quid autem cum quis de melioramentis non opposuit, an postea in lite evictionis poterit repetere à venditore, adeundus est *Alex. cons.* 67. *col. fin. lib.* 7. * & dic quod non ex *text. in l. idemque §.* 1. *ff. de actio. emp.* quem ad hoc commendat *Paul. in* l. *venditores numer.* 2. *versi. aut emptor. ff. de verbo.* ubi ita tenet *Alex. numer.* 3. *versi. Item retenta, & Ias. num.* 4. & est *glos. nota.* ubique laudata *in* l. *si controversia. Cod. de evictio.* quia est in culpa possessor rem demittendo non retentis melioramentis ab eo qui rem vendicavit, & ita in frequenti senatu fuit nuper judicatum. Circa expensas autem in rebus maioratus, dixerim posse reperi post rem restitutam, per *text. dict.* l. *qui exceptionem. §.* 1, ubi res fideicommisso subjecta condicitur, ut possit pro expensis retineri, & est mihi ille *text.* notabilis, dum jubet rem retrotradi, ut pro expensis retineatur, quæ retrotraditio ad repetitionē nova mihi res est, & ibi vide *Bart. in fine, & Ioan. Garci. cap.* 7. *numer.* 8. qualiter autem jure sit succursum colono, seu emphyteutæ de melioramentis tradit *Paulus breviter in consi.* 33. *numer.* 55. *libr.* 1. sed plenus *Beroi. in alleg. cap.* 1. *numer.* 35. *de integ. resti.* quem legito.

Nona conclusio, fructus percepti à bonæ fidei possessore (non dico ex re ipsa secundum antiquum statum) sed ex meliorationibus, quas ipsamet bonæ fidei possessor fecit non veniunt in computationem, ac compensationem æstimationis solvendæ bonæ fidei possessori pro ipsis melioramentis, quia iniquum esset, ut quis fructus ex proprijs melioramentis, & industria computaret in eo quod sibi solvendum est, quia sic de suo sibi solveret, & ita quotidie judicat noster senatus, quanvis praxis in Regno Castellæ observare jubeat, an plus valeant meliorationes, quam fructus à re ipsa, & meliorationibus percepti, vel è contra, ut ad illud plus alter alteri teneatur, quemadmodum refert *D. Covar. libr.* 1. *resolu. cap.* 8. *num.* 4. *versi.* quid igitur, sed ego hanc praxim secundum quam, & in nostro senatu vidi aliquando judicatum non satis jure fundatam video: & ideo magis placet quod nostra Curia servat, & probat *Neguz. de pign.* 4. *membr.* 5. *par. num.* 20. ubi allegat *Paul. cons.* 386. *visis, col.* 1. & *l. cæterum, ff. de reiven.* cujus tamē legis alius est sensus, ut statim dicam, sed & *Mod. Parisi.* testantur hanc esse multum 26

tum

tum æquam opinionem, & tenendam in bonæ fidei possessore diligenti, & industrio, qui se totum his melioramentis mancipavit, & non potuit interim alium delucrari quod perpendendum boni & æqui judicis arbitrio relinquunt, verum ego istas subtiles circunstantias non exquiro, sed simpliciter praxim nostram sequor ex supra scripta ratione.

Sed quid in malæ fidei possessore? An & is fructus perceptos ex proprijs melioramentis lucrabitur sibi ipsi solidos? Et receptius est, ut non lucretur, sed adhuc ipsos restituere teneatur, & in computationem meliorationum veniant, si quando meliorationum æstimatio tali malæ fidei possessori solvenda sit, ita non obscure voluit *Accursius*, *l. cæterum*, verbo, *potuerunt*, *ff. de reiven.* quem sequuntur ibi *Ang. Fulgos.* & nuncupatim *Roman. sing.* 333. voluit item *glos.* verb. *compensari*, *in l. quod si artificem*, *ff. illo tit. de reivend. Bart. l. ratio*, §. *quod si artificē ff. de act. empt.* voluit quoque *Neguz. ubi supra. dict. numer.* 20. *in vers.* & licet taiis, ibi, non solum tenetur de fructibus perceptis ex melioramentis, * & bene probat nostra *lex Regia lib.* 4. *tit.* 6. §. 7. *in nov. tit.* 48. §. 7. juncto præce. ubi in emēte rem immobilem à conjugato sine consensu uxoris cum non ignoraret esse conjugatum disponit etiam fructus suorum melioramentorum, cum expensis eorum computare debere ibi, *compensar os fructos que ouve dellas em todo caso*, & ita tenendum quanvis contrarium scripserint *Afflict. decis.* 87. *numer.* 7. *Ant. Capiti. decis.* 83. *numer.* 10. male uterque citando *Angelum in l. cæterum*, *ff. de reiven.* qui in hac specie de fructibus perceptis à malæ fidei possessore ex suis melioramentis non loquitur, sed de fructibus, qui percipi potuerunt, quo casū loquitur *text. in dict. l. cæterum*, ibi, *ex artificio ejus percipi potuerunt*: & in ea specie verum est quod scribit ibi *Angelus*, scilicet malæ fidei possessorem non teneri ad fructus, qui ex suis melioramentis potuerunt percipi, quod *Bald. Fulg. etiam* ibi, & *Roman. ubi supra* ex ea lege deduxerunt, ut rectè advertit, * *Moder. Parisi. D. Covar. in loco jam citato.* * & eos sequutus *Iacob. Menoch. tracta. de recupe. posse remed.* 15. *numer.* 609. & ante eos *Lancelo. Decius* (quem ipse non refert) *in l. apud Iulianum*, §. *fructus in fi. ff. de legat.* 1. inquiens quod in omnibus casibus quibus malæ fidei possessor tenetur de fructibus quos potuisset percipere nunquam tenetur de illis quos potuisset percipere ex augmento rei facto per ipsum *text.* est, inquit, *in dict. l. cæterum* & hoc ipsum tenuerunt *Moder. Parisi.* & *Loriotus de fruct. axioma.* 52. quorum etiam *D. Covar.* non meminit, & est optima opinio: quanvis, & in malæ fidei possessore apud nos servetur, ut nec de perceptis, nec de percipiendis ex suis melioramentis teneatur, & ita pluries judicatum vidi, simpliciter sequendo decisiones *Afflict.* & *Anto. Capitij ubi supra*, * & etiam semel se ita vidisse judicari secundum hanc opinionem *Ioan. Garcia. de expensis cap.* 23. *numer.* 54. *fol.* 233. *col.* 2.

Ex quibus sic resolutis deducitur declaratio ad nostram materiam, ut videlicet emphyteuta qui tenetur fundo cedere, percipuos habeat fructus suorum melioramentorū donec sibi satisfiat de melioramentis, quod si partis æstimatio fuerit sibi soluta pro ea parte fructus restituet, reliquos retinebit, juxta *text. elegan.* tem *in l. fin.* §. *si per mulierem*, *ff. de fund. dot.* cum multis authoribus adductis per *Tiraquel. in* 2. *retract. ad fin. tit. num.* 71. sed an fructus rei principalis computare teneatur in debitum melioramentorum? Et magis est, ut si nolit, non teneatur, quia id in prætorio pignore procedit, *l. Titia cum propter*, *ff. de solutio.* & juxta hoc etiam explicari debet *lex Regia lib.* 4. *tit.* 7. §. 1. *in nov. tit.* 95. §. 1. quatenus uxori retentionem rerum maioratuum feudalium, seu emphyteuticalium permittit pro melioramentis. 27

Decima conclusio, quanvis alias in solvendis melioramentis sit in electione debitoris, vel solvere tantum quod impensum est, quando res ultra impensam meliorata est, vel secundum quod res 28

melio-

meliorata est, si impensa excedit meliorationem, ut est *text. cum glos. & Bart. nu. 1. & in l. 2. in fundo, ff. de rei vend* & ibi eleganter *P. Coffalt. pag. 126.* loquens in melioramentis solvendis ab Ecclesia, quæ vult in integrũ restitui, & ibi latius declarans *August. Beroi. numer. 38. Panor. in cap. 1. per text. ibi numer. 4. de integr. rest.* optime *Paul. cons. 270. column. 3. vers. si vero lib. 2. Neguz. late d. 4. mem. 5. part. nu. 11. Curti. Iun. consi. 144. colu. fin. Alber. Bru. cons. 106. in fin. Capytius decis. 93 nu. 9. Alcia. cons. 18 nu. 7. Rolan. de cons. 38. nu. 11.* qui fere omnes admonent advocatos, ut sint cauti in articulando, quod res in tantum fuit meliorata, ac prætiosior facta requiritur enim copulative, quod tantum fuerit impensum, quantum melioratum, & è contra, *text. optim. l. si fundum, ff. de in rem verso.* hoc tamen procedit in melioramentis factis à bonæ fidei possessore, *quia in eo inspicimus tempus factæ meliorationis nisi, ut est *text. in l. in fundum, ff. de rei vendic.* ubi inspici jubetur id quod impensum est, & ibi notat. *Bart. numer. 2. & Corne. in cons. 69. in fin. libr. 1. Neguz.* ubi supra. *Capyti. decis. 93. numer. 9. accedit text. in l. si quis alicui, §. pen. in fin. ff. mandati,* item procedit speciali ratione in Ecclesia, vel minore volentibus se in integrum restituere hi etenim melioramenta facta ab adversario non solvunt nisi quatenus in illis expensum est licet res ultra impẽsam meliorata est, vel si minus res meliorata est secundum valorem melioris, licet plus impensum sit secundum *Abb. in d. cap. 1. numer. 4.* & ibi plene *Beroi. num. 38.* ubi hoc optime confirmat *M. Mantua. numer. 17. & 19.* & sequitur *Fel.* licet corruptus *in cons. 42. numer. 9. vers.* & licet, & circa melioramenta solvenda à minore restituto in integrum dicam ego in libro de minoribus. Cæterum in melioramentis factis ab emphyteuta (retinendo opinionem quam tenuimus supra *numer. 16.*) non debet inspici valor rei tempore quo factæ fuerunt impensæ, sed status, & valor præsens tempore restitutionis, unde si eo tempore minus valeat quam sit impensum, ille duntaxat valor debebitur, & idem si plus valeat quam sit impensum, atque ita voluit *Neguz. d. 4. membr. 5. part. numer. 16.* ubi tota melioramenta, relatus ad supra proxime *dict. numer. 14.* & loquendo in bonis subjectis restitutioni (qualia sunt bona maioratuum seu capellarum) concludunt *Iacob. Aren. Bart. Bal. Ang. Imol. Alexand. & Jas. 3. not. in l. domos in prin. ff. de leg. 1. per tex.* ibi *Alex.* l. ubi pure *§. fin. ff. ad trebel. Ang. de perig. in cons. Paul. de Castro 279. vol. 2. Corne. cons. 158. col. fin. vol. 3. Neguz.* ubi valde commendat *in d. 5. p. 4. membro, numer. 16. vers. sexta conclusio. Rui. cons. 38. col. fin. lib. 1. & cons. 117. col. 2. ubi testatur receptum vol. 3. & cons. 134. col. pen. vers. præterea, vol. 1. Boer. decis. 44. col. 10. vers. & nota.* * *Parisius cons. 16. n. 18. libr. 2. Capyti. deci. 93. in fin. Grat. cons. 9. num. 14. & cons. 132. nu. 14. & 15. lib. 2. Curs. Iun. cons. 144. in fin. Rolan. ubi supr. n. 14. Pantha. Cremen. in rep. l. 2. Cod. de rescind. vend. n. 225. Gomez. in l. 46. Taur. numer. 3. & Arias super l. 44.* * *Ioa. Garcia. de expens. cap. 24. numer. 3.* & æquissima opinio *secundum Mod. Parisi.* non ut ipse ait, quia ultra valorẽ tempore restitutionis, nil pervenit ad dominum de illis impẽsis, & meliorationibus, & perceptæ sũt, vel percipi debuerũt à vassallo, vel emphyteuta, sed, quia isti faciunt in suo. Quo argumento idẽ sine dubio respõderẽ in emphyteuta, qui similiter bona habet restitutioni subjecta, & ad dominũ directũ aliquando reversura, & eorũ utilis dominus est *& pro constanti hoc habẽt omnes DD. ac deniq; cõmunis opinio, quã retulimus *supra num. 16.* dum æstimationẽ ruderũ solvendã aiunt, & sic secundum tempus præsens, licet ad contrariam opinionẽ eos referat *Menoc. de recup. po. remed. 15. nu. 50. vers. quamobrem Bal.* in usufructuario qui causam habet à domino & jus in re, * & in feudatario & emphyteuta tenet expresse quaterus allegat. *§. si vassallus Corne. cons. 86. col. 3. nu. 8. lib. 4.* Et ex his deducitur declaratio ad *d. l. in fundo cũ glos. & Bar. ibi n. 1. & 2.* dum id quod impensũ est solvi jubẽt, nõ verò quatenus res facta melior, & præ-

tioſior tempore reſtitutionis, ut procedat quando is qui fecit impenſam, non erat dominus ſed poſſeſſor tantum bonæ fidei, cui æquitatis ratione per officium judicis ſumptus ſervantur, *ut l. ſumptus 48. ff. de reivend. unde* * ſtrictius cum eo agitur, & ſatis eſt illud conſequi quod expendit, licet ultra impenſam fundus ſit factus pretioſior, vel quatenus tantum fundum pretioſiorem fecit plus expenderit, ſecus quando qui expendit dominus eſt licet temporaliter, quia repetit ſecundum præſentem ſtatum reſtitutionis rei *Rolan. dict. numer.* 18. * Et hac reſolutione retenta non videtur rectè docuiſſe *Paul. in dict. l. domus numer.* 5. qui in hoc articulo conſtituens quatuor caſus in effectu vult quod ſi impenſa fiat gratia colligendorum fructuum, vel non ſit duratura ultra tempus quo quis percepturus eſt fructus & in hujuſmodi caſibus non repetatur, ſed cum fructibus computetur, aut ultra illud tempus duratura, ſed non perpetuo, & tunc æſtimandum ſit quantum valet hodie cum res reperitur, aut eſt facta ad perpetuam rei utilitatem, & æſtimanda ſit ſecundum tempus, quo facta eſt quemadmodum diſponitur in marito qui impenſam fecit in re dotali juxta *text. in l. & in totum. ff. de impenſis*, ibi, *itaque ſi fulſerit inſulam ruentem eaque exuſta ſit impenſas conſequitur*, nam hæc doctrina *Paul.* videtur confundi per *text. in dict. l. domos* prout habetur in littera *ædificiorum quantitatibus extantibus æſtimatis*, ut habebat liber *Pauli de Caſtro, & Angeli* ſecundum eorum relationem, ibi enim erat melioratio ad perpetuam rei utilitatem, quia domos exuſtas hæres conſtruxit, & tamen jubetur attendi pretium ſecundum tempus præſens juxta omnium intellectum, nec obſtat *dict. l. an in totum*, quia maritus facit ut procurator, ſeu negotiorum geſtor, igitur quidquid utiliter, & neceſſario impendit jubetur ei reſtitui, & ſic tempus impenſæ non tempus reſtitutionis attenditur ut per *Alex. d. l. domos numer.* 1. *ad fin. Rui. conſ.* 117. *nu.* 1. *lib.* 3. Rurſus prædicta reſolutione admiſſa infertur non recte conſuluiſſe *Alcia. conſi.* 186. *numer.* 7. *Curſi. Iuni. conſ.* 44. *col. fi.* & multos ex ſuperius allegatis, qui loquendo in vaſſallo & emphyteuta dicunt quod ut illis ſolvantur melioramenta teneri ad probandum copulativè tantum impenſum quantum melioratum, & è contra, hoc enim verum non eſt in prædictis, qui expendunt uti domini temporales, & revocabiles ſecundum prædicta, in illis enim æſtimatio facienda eſt ſecundum tempus præſens ut jam diximus. Tertio infertur *text. in l. ubi pure §. fi. & l. mulier, §. ſed enim verſi. ſed, & ipſe ff. ad treb.* dum ſumptus meliorationum ſolvi jubent intelligendos facta æſtimatione ſecundum tempus præſens juxt. *l. domos*, & ibi *DD.* Quarto infertur non eſſe recens inventum *Menoch. ubi ſupr. numer.* 565. dum diſtinguit inter dominum revocabilem, & bonæ fidei poſſeſſorem cum hoc ſit ex ſententia magis cõmuni, & patet ex jam allegatis, quicquid autem hæc ita ſe habeant, praxis noſtræ curiæ indiſtincte ſolvi jubet melioramenta ſecundum ſtatum præſentem.

Undecima concluſio, emphyteuta, vel 29
vaſſallus non tenentur compenſare melioramenta ſua cum fructibus perceptis à fundo emphyteutico, vel re feudali *Bald.* expreſſe in *l. emptor. ff. de reivend. Paul. eleganter dict. conſ.* 270. *col. fin. Iaſon. l.* 2. *numer.* 32. *C. iſto tit. & l.* 1. *n.* 26. *eo. tit. Boeri. deciſ.* 44. *num.* 19. *cum ſeq. Præpoſi. in cap.* 1. *§. ſi vaſſallus in tit. hic fimt. lex. Palat. in Rubr. §.* 62. *nume.* 16. *Fel. cap. cum cauſa colũn. ultim. de re jud.* quem ſolum ad hoc citat. *Neguz. de pigno.* 5. *par.* 4. *membr. numer.* 14. *Moder. Pariſi. Pinel. in l. ſecunda, Cod. de reſcind. vend.* 2. *par. cap.* 4. *numer.* 62. Et eſt ratio, quia licet ſit regula generalis, quod etiam bonæ fidei poſſeſſor debeat compenſare melioramenta cum fructibus perceptis, *ut leg. ſumptus, ff. de reivend. explicat Alexãdr. conſ.* 162. *viſis narratis nume.* 2. *libr.* 7. *& conſ.* 154. *libr.* 6. *Curti. Iun. conſ.* 165. *num.* 165. *late. in l. fin. C. de om. agr. deſer. libr.* 11. *Neguz. ubi ſupr. numer.* 13. *Afflict. deciſ.* 87. *ad fin. Capity. deciſ.* 93. *n.* 9. *Palat. ubi ſupr. n.* 16. *tex. & gloſ. nova in l.* 41. *tit.* 28. *part.* 3. tradit *Igneus*

in

in l. dudum numer. 68. cum seq. C. de contra. emp. traditimus, & nos supra conclu. 2. numer. 4. illud intelligitur quando fructus percipiuntur à bonæ fidei possessore respectu solius possessionis, & bonæ fidei, & curæ si verò percipiuntur ab eo, qui dominium habet, licet resolubile, qualis est gravatus restituere post mortem, vel sub alia conditione, ut sunt possessores maioratuum, (quia interim domini dicuntur, ut l. non ideo minus, ff. de reiven. l. generaliter, §. fin. verbo, pleno iure, ff. qui, & á quib. late Pinel. l. 1. Cod. de bon. mat. 2. part. numer. 5. P. Peralta l. 3. §. qui fideicommissariam numer. 106. ff. de hær. inst.) vel si habeat utile dominium, ut est emphyteuta, libellarius, superficiarius, l. 1. §. 1. ff. si ager vectig. aut si jus aliud in re habeat, quemadmodum ususfructuarius, l. 4. ff. de usufru. cum ibi notat, & denique secundum Moder. Parisi. si ex alia quavis causa justa, alias quam ex simplici, & nuda bona fidei fructus percipiat jure proprio, non tenebitur melioramenta cum fructibus compensare, ut est glos. ubique celebrata, & recepta in allegata, l. emptor, verbo superfluum, quam fere omnes citari in præcedenti conclusionem cõmendant, & præterea Tiraq. late, de retract. convent. §. 7. glos. 1. nu. 14. & in l. si unquam, verbo, revertatur numer. 235. Cod. de revoc. don. Neguz. ubi supra num. 13. Cremens. not. 105. Alex. l. in insulam, §. fructus in fin. ubi glos. verbo, compensatis, idem sentit, ff. solut. matri. idem & Jas. l. domos, ff. de leg. 1. Jason. l. fin. §. 1. in fin. C. commu. de leg. Afflict. decis. 87. Socin. reg. 167. possessor. latè Rolan. cons. 28. num. 17. Pinel. ubi eam limitat dict. cap. 4. num. 63. glos. Grego. dict. l. 41. partitarum, ubi inducit ad maioratus, D. Covar. libr. 1. resol. cap. 8. nu. 4. in fin. * & novissime D. Moli. de primo. Hispa. libr. 1. cap. 26. num. 14. Menoch. tracta. de recupe. posse. remedio 15. nu. 501. & immemor. illius glos. idem tenet Corne. cons. 86. nu. 8. lib. 4. & etiam Ioan. Garcia de expen. cap. 23. num. 52. & 53. & num. 57. denique cõmuniter approbatam testatur Alex. cons. 154. nu. 5. lib. 6. probat idem Alex. cons. 123. in fi. lib. 1. commendat valde Gomez. d. l. 46. Taur. num. 3. ubi ex hac doctrina legem illam Tauri valde difficile reddit, quatenus disponit successorem maioratus non teneri ad meliorationes, quæ fecit antecessor in rebus maioratus, & quâvis ipse levi quadam ratione eam legem defendat, & aliter justificet Pinel. noster l. 1. Cod. de bon. mat. pag. 250. ego legem illam peculiariter loqui in expensis murorum, & turrium ad evitandas seditiones existimo, non generaliter in alijs melioramentis, ne nimium lex illa contradicat juri communi, & æquitati, * & ita eam legem restrictam apud Castellæ tribunalia accepi postquã hæc scripsi, licet D. Padilha in Rubr. Cod. de fideic. numer. 10. eam generaliter procedere etiam in alijs expensis scribat, & defendat, ac post eum D. Moli. in d. cap. 26. numer. 15. asserat eam opinionem sibi probabiliorem videri nec immerito quia ipse justã & jure consonam in maioratibus eam legem Tauri esse contendit secus in alijs fideicommissis qui non perpetuam restitutionis obligationem habuerit ratione de qua per eum quæ tamen vereor, an apud omnes admittatur quia mitum in modum restringit doctrinam glos. in d. l. g. emptor ne procedat in fideicommissis maioratuum sed duntaxat in fideicommissario simplici, qui rem liberam debet possidere & paret d. numer. 14. vers. sed mea sententia cujus contrarium ipse dixerat in maioratu sub eodem numer. 14. vers. in ædificijs autem & omnes DD. Hispani plane fatentur, quod ipsum dico adversus Anto. Gomez. d. l. 46. num. 4. & Pinel. in l. 1. cap de bon. mat. 2. part. num. 71. vers. quibus in locis, qui ad justificandam prædictam legem Tauri eandem considerationem fecerunt. Sed nec placere potest quædam limitatio quam idem dominus Ludo. Moli. ubi sup. numer. 16. uti novam & singularem præstitit ad prædictam legem Tauri, ut liceat uxori vel hæredibus prædecessoris maioratus meliorãmenta ipsa auferre, si modo id fiat absq; rerum detrimento quia id regulare est in casibus quibus pretium melioramentorum repeti de jure non potest juxta l. in

fundo, & ibi omnes ff. de reivend. quod & ante eum consideravit *Pinel. noster in d. numer. 71. in vers.* & saltem non obligarem strictius tamen loquendo quando successori impossibile, aut certe difficile esset magna melioramenta solvere cui suffragatur quod alias scribit *Bald. in auth. excipitur numer. 2. C. de bon. quæ libe.* nam prædicta limitatio vi contra mentem *legis Tauri* dum de expensis murorum agit in hoc autem Lusitaniæ Regno successorem maioratus teneri ad solvendum partem melioramentorum uxori prædecessoris mortui planum est *ex lege Regia libr. 4. tit. 7. §. 2. in nov. tit. 95. §. 1.* & etiã alijs liberis prædecessoris argu. alterius *legis Regiæ*, quæ loquitur in melioramẽtis in re emphyteutica factis *in eodem libr. 4. tit. 77. §. 32. in no. tit. 97. §. 22. in fin.* quod ut receptum jure cõmuni tradunt *Palat. in Rub. §. 62. num. 15. Chassa. de Burg. Rubr. 4. §. 13. num. 6. vers. adverte Arias l. 44. Tauri n. 28. Covar. de sponsa. in 2. part. c. 7. §. 1. nu. 9. & eos secutus Pinel. in dict. nu. 71.* noviſſime autem *Ioan. Garci. de expen. cap. 13. numer. 45.* ait aliquando *in Regno Castellæ* secundum nostrã vidisse pronunciatum, licet ipse magis sequatur opinionem D. *Moli.* generaliter illam legem *Tauri* accipientis ex aliorum judicum pronuntiato. Sed & *Iacob. Burg. in suo lib.* quæstrinũ civilium c. multa circa illã legẽ scribit, quæ videre non pigeat.

Duodecima conclusio, si emphyteusis non revertitur ad dominum, sed transit ad filium vel filiam, solvenda sunt melioramenta fratribus in collatione, juxta *legem Regiã libr. 4. tit. 77. §. 32. in no. tit. 97. §. 22.* qua plenius infra in sexta parte.

30 Decima tertia conclusio, si pro emphyteutico contractu legitima pensio sit constituta, hoc est, fructibus correspondens, quia tunc ex communi sententia interpretum egreditur notissimos emphyteusis terminos, & pro locatione habetur, ut per *Bald. in c. litteræ nu. 5. de dilat.* & scribentes communiter *l. 1. C. isto tit.* & dicemus latius in seq. amissa utcunque emphyteusi, non tamen meliorationes amittentur, quod ita cum *Pico* determinat *Alciat. l. 2. in princ. numer. 22. pag. 4. ff. si cert. pet.* & inde est quod cum locatio ad longum tempus fuerit pro pensione fructibus coæquali, non amittet talis conductor melioramenta, juxta *d. l. Colonus*, quia tunc egreditur terminos emphyteusis, & ita *Ant. Burg. cap. cum causa nu. 14. ff. de empt.* & plenius dicetur in sequentibus. Hactenus de melioramentis rerum emphyteuticarum, reliqua in materia melioramentorum, ultra *Bart. & omnes in l. in fundo, ff. de reivend. Angel. & Baldui. in §. certe, inst. de rer. divi.* vide per 12. declarationes apud *Tiraq. in 2. retract. §. 7. glos. 1. pag. 752.* & dilucide per 12. conclusiones, *Neguz. in alleg. membro 4. part. 5. ex nu. 9.* post *Alex.* & alios *l. divortio §. impendia, ff. solu. matr. Afflict. in d. §. si vassallus* latissime *Boeri. dec. 44. & 47. Nicol. Bello. cons. 64. ex num. 10. & cons. 66. ex num. 12.* plures alios citatos à *Cagno. in l. 2. Cod. de resc. vend. num. 154.* ubi quoq; *Pinel. late 2. part. cap. 3. col. 1.* cum seq. circa propositum illius *l. 2.* & de melioramentis seu impensis in rebus dotalibus *Gomez. l. 50. Tauri num. 51. glos. l. fin. tit. 11. part. 4.* de impensa vero in exigendis nominibus debitorũ, late *Pinel. l. 1. C. de bon. mat. 2. part. ex n. 70. Greg. 15. tit. 11. part. 4.* de impensa autem facta principaliter propria contemplatione, quæ tamẽ vergit ad alterius utilitatẽ, an possit repeti *Rom. sing. 651.* & an hæres clericus possit repetere expensas, quas fecit clericus in beneficio per *Abb. in cap. de multa col. 4. de præb. & de melioramentis factis in rebus maioratus*, qualiter possint reperi, eleganter idem *Pinel. in loco jam citato ex num. 71. & Gregorius in alleg. leg. 41. *tit. 28. part. 3. & D. Padilha Menesses in d. Rub. Cod. de fideic. num. 10.* ubi quid in expensis factis pro defensione maioratus, & pro recuperanda maioria per eumdem *in l. fin. tit. 11. part. 4.* & de probatione facienda in hoc articulo impensarum. *Soci. Iun. cons. 62. vol. 1. Paul. optime d. cons. 270. num. 4.* quas omnes quæstiones prætereo, quia non sunt materiæ nostræ, & transeo ad meliorationes factas à simplicibus colonis seu conductoribus.

De

¶ De melioramentis factis à simplici colono.

32 In quibus generalis & indubitata conclusio sit, quod debentur ipsis colonis, sive locatio tempore finiatur, sive culpa, qua de re sunt plura jura, *l. dominus horreorum*, §. 1. *l. ex conducto*, *ubi Paulus ff. loca.* tradit *Jas.* l. 1. *ex num.* 25. *C. isto tit. Iacobinus Auth. qui rem. nu.* 46. *C. de sacrosanct. Eccle. Cep. de servi. fol.* 60. *col.* 3. leg. 24. *tit.* 8. *part.* 5. ubi ponit rationem, & est *text.* notandus in dict. *l. colonus*, dum loquitur de colono, qui cum non esset comprehensum in lege locationis, ut vineas poneret, nihilominus vineas in fundo instituit, propter quam meliorationem cæpit ager multo pluris locari, demum postea istum colonum dominus fundo ejecit, quia forte non solvebat, & præterea debitarum pensionum nomine conveniebat: ipse autem desumptibus factis in vineis instituendis exceptionem computationis opponebat, cui respondit *Scævola* expensas comsequuturum, vel nihil amplius præstaturum esse, sic denique lex illa expensarum satisfactionem concedit, licet per eas agri forma fuerit mutata, quod est notandum, ibi etenim in fundo empto colonus vineas instituit, & in eam rem dicit singularem *Tiraq. in* 2. *retract.* §. 7. *glos.* 1. *numer.* 16. Sed non est mihi singularis, quia cum mutatio fuerit in contrahentium utilitatem, non dicitur forma mutata, *l.* 1. §. *quid tamen si hic. ff. de exercitor.* l. *diligenter*, §. *melior*, *ff. manda. Alcia. leg.* 1. *numer.* 12. *ff. de lib. & posth.* sed forte in aliquot regionibus, non dicetur tunc in melius forma agri mutata, propter magnas impensas, quæ in sustinendis, propagandisque vineis exiguntur, * serviet tamen ille *text.* secundum superiorem inductionem ad probandum quod etiam ad meliorationes utiles dominus tenetur, ut & *l. in rebus*, §. *possunt*, *ff. commoda.* & post *Arti. cons.* 111. *num.* 7. tenet *Menoch. in loco infra allegando*, *numer.* 554. Ad illud vero quod lex illa principaliter disposuit, colonum videlicet quanvis culpa sua rejiciatur propter pensionem forte non solutam, repetere nihilominus posse expensas utiliter factas, aut cum debitis pensionibus reputare, commendatur *à Bart. Paul. Fulgos. Costal. & alijs* ibi, & alibi, *Paul. & Aret. in l. senatus*, *quam legit sub* l. *cætera*, §. *marcellus. ff. de leg.* 1. *Jason.* §. *actionum numer.* 183. *in fin. Inst. de act. eodem Paul. Auth. qui rem num.* 6. *Codic. de sacrosan. Eccle.* * *Menoch. de recupe. posse. in* 15. *remedio numer.* 551. ubi plures citat in quo differt ab emphyteuta, quia emphyteuta propter culpam expulsus non repetit melioramenta, colonus vero bene repetit, *Bald. l.* 1. *col.* 2. *nu.* 5. *vers. quarto in removendo. Cod. hoc tit. & ibi Ias. num.* 30. *& in* l. 2. *num.* 27. *eod. tit. Cagno.* l. *si quis maior num.* 34. *C. de transact.* & est ratio diversitatis duplex secundum *Paul. Cast. in d. l. colonus num.* 4. quia simplex colonus ex vi, & natura contractus non tenetur rem meliorare, *l. dominus*, §. 1. *ff. locati*, emphyteuta autem ad meliorandum accipit §. *adeo in st. loca.* ex vi verbi emphyteusis, ut diximus *supra quæst.* 2. unde cum re simul meliorationes amittit ob culpam. Item quia emphyteuta plerumque mediam pensionem solvi, ut habetur, *lex* 1. *Cod. hoc tit.* sed colonus magnam, & ferme fructibus æqualem, ut docet experientia, probat has rationes *Jason.* remissive *d. l.* 2. *Cagn. ubi supra. August. Eroi. d. c. potuit numer.* 150. inquiens hanc ultimam, esse prioris rationis rationem,

Limita primo, nisi pactum sit, ut con- 33
ductores sumptibus suis plantent, seu alia melioramenta faciant: conventio enim legem facit, & ita consuluit *Mantua. cons.* 334. *col.* 2. in illa conventione quod conductores annuatim plantarent quantum potuissent suis sumptibus, & ponderat ad hoc *d. l. colonus* à contrario sensu.

Limita 2. nisi colonus acciperet cum 34
onere, & pacto meliorandi simpliciter, quia etiam tunc non posset repetere impensas, ex *Bald. per text. ibi d. l. colonus* à contrario sensu *in princ. Mantua. d. cons.* 334. *num.* 4. *glos.* 24. *tit.* 8. *part.* 5. egredi-

tur enim ea convẽtio terminos simplicis locationis: quoniam simplex colonus non tenetur rem moliorare, ut ait *Paul. d. l. colonus. Aretin. cons.* 110. consideratis col. *fin. vers. ad secundum.* Sed ego ex tali pacto non existimo denegandam esse repetitionem impensarum, quia emphyteuta ad meliorandum recipit, §. *adeo inst. locati.* & tamen melioramenta non perdit nisi ex culpa, ut diximus *supr. numer.* 2. & satis est quod pactum operetur, ut ipse facere teneatur, & illa l. *colonus*, loquitur per argumentum à fortiori quando non convenit de impensis, ut, sc. nihilominus repetantur, neque est ex mente legis sensus ille contrarius, quem *Mantua* ex *Bald.* proponit, & eandem opinionem, in articulo emphyteusis, jam probavimus *supr. n.* 19.

35 Limita tertio in uno casu singulari, in quo conductor seu colonus melioramenta, quæ fecit, amittit, cum videlicet rem ab usufructuario conducit, si enim contingat durante tempore conductionis usufructuarium mori, resolvitur conductio, utpote resoluto jure usufructuarij locatoris, & nec hæres usufructuarij ad interesse reliqui temporis tenetur, * sed duntaxat ad pretium si defunctus usufructuarius illud jam receperat, ut per *glos.* in loco statim allegando, sed nec ad impensas factas per conductorem in re conducta, quia (inquit *Ulpianus*) hoc evenire posse prospicere debuit, *text.* est elegans *in l. si quis domum* §. *hic subjūgi. & §. idem quærit. ff. loca. nota.* ibi *Fulg. Paul.* & alij, & eam rationem confirmat *Tiraq. in* 1. *retract.* §. 11. *glos.* 6. *numer.* 3. & 4. & ex ea utiliter infert *Anton. Gomez. l.* 40. *Tauri n.* 84. *ad fin.* ad possessorem maioratus, ut si rem ejusdem maioratus locet alicui, & pendente tempore decedat, finiatur locatio, nec ad successorem maioratus transeat; quod ipsum in locatione ad longum tempus, vel emphyteusi facta à possessore maioratus, ut non transeat ad successorem, per illum *text.* resolvit *Pinel. noster l.* 1. 3. *part. nu.* 65. *Cod. de bon. mat.* quibus consequens est (licet ipsi non exprimant) ut in prædictis casibus successor maioratus non teneatur prædictis conductoribus aut emphyteutis ad melioramenta, quæ fecerunt, imò nec ipse hæres prioris possessoris, quia sen per militat illa ratio *Ulpiani in d.* §. *idem quærit*, quod hoc evenire posse, conductores seu emphyteutæ prospicere debuerunt, quam conclusionem sūmè notabis: quotidie etenim video contrarium judicari, & hujusmodi personis, licet bona locata seu emphyteuticata auferantur à novis successoribus maioratuum, nostri judices impensas, & melioramenta solvenda esse pronuntiant, parum memores *text. in d.* §. *idem quærit.* * secundum quem tamen apud suos judicari, & decisionem *d.* §. *idem quærit* servari ait *D. Ludov. Molin. in libr.* 1. *de primog. Hispan. c. xxj. numer. xj.* ubi circa illum *text.* plura eleganter, ut omnia solet, scribit. Non tamen diffiteor quod hæc practica & stylus judicandi apud nos, maximā aquitatem, & rationem habet, inconvenit enim dominum aliena jactura locupletari, contra regulam locupletari, contra l. *plane vers. sed benignius, ff. de peti. hæreditatis*, & contra aquitatem. *l. si me, & Titium & l. si eum servum, ff. si cert. pet.* & quia sicut incumbit conductori, ne in aliquo rem conductam deteriorem faciat, vel fieri patiatur, *l. videamus, ff. locati*, ita si opera sua aliquid auxerit necessario, vel utiliter, licet de hoc non cōvenerit, æquum est, ut satisfaciat dominus ad quē res revertitur, *l. colonus.* l. *dominus.* §. 1. *ff. loca.* Nec obstant *d.* §. *idem quærit*, quia vel intelligendus est de his impensis, quæ nullam fundo afferunt utilitatem, ut tetigit *Fran. Conan. libr.* 7. *comment. jur. civi. cap.* 11. *numer.* 21. *pag.* 769. * vel de modicis impensis seu melioramentis, quia usufructuarius facta tecta suis sumptibus præstare debet ut *l. eum ad quem Cod. de usufructu*, ut sic ejus conductor ea conditione melioramenta feciſſe videatur; secus autem in impensis, quæ pertinuerint ad perpetuam rei utilitatem hoc est ultra quam duraturus sit usufructus, quia cum illas usufructuarius à proprietario repetere possit ut in *d. l. eum ad quem in* 2. *parte*

& per

& per *Corne.* qui ita explicat *in cons.* 86. *numer.* 4. *libr.* 4. similiter repetere posse videtur conductor, qui eas fecit; vel si fas est dicere J. C. ibi absque concludenti ratione melioramentorum repetitionē denegat: quod enim ait conductorem prospicere debuisse evenire posse, ut conductio ante tempus finiatur, æque militat in omnibus conductoribus temporalibus; nam, & fidei commissarius gravatus post mortem, vel aliam conditionem restituere, & possessor maioratus, emphyteuta, & similes personæ, jus habent quod sciunt morte sua finiturum, & tamen si meliramenta fecerint repetunt, ut superius probavimus, & ipse etiam ususfructuarius de quo loquitur *d.* §. *idem quærit*, melioramenta repetit, *l. eum ad quem. Cod. de usufru.* ubi notabiliter *Paul.* cum tamen his omnibus objici possit, quare impenderunt, & non prius prospexerunt hoc evenire posse. Proinde (dicat quicquid velit *Ulpianus*) sua decisio quoad recuperationem sumptuum, & melioramentorum, nulla mihi concludenti ratione probatur, & melior practica, & stylus est nostri senatus, cui potius est standum: quia leges imperiales nobis non imperant, nisi quatenus bona ratione nituntur *libr.* 2. *Ordi. tit.* 5. *in nov. libr.* 3. *tit.* 64. *in princi. & in Regno Franciæ tradit* late *Carol. de Grassalijs libr.* 1. *Regal. Frāciæ in* 7. *jure pag.* 94. *cum seq.* * & novissime *Ioan. Garci. de expensis cap.* 10. *num.* 33. *in fin. qui in cap.* 14. *nu.* 17. defendens illum *text.* à prædictis objectis ait *textum* illum nihil decidere circa illam quæstionem, an saltem retinere possit rem molioratam propter expensas, ne sibi auferantur à domino priusquam de sumptibus sit satisfactum, quod certe si *Ulpianus* velit, non adjungeret illam rationem, quia hoc evenire posse prospicere debuit.

36 Limita quarto, ut procedat in impensis necessarijs, vel utilibus duraturis ultra tempus conductionis, secus si fuerint temporales, & duraturæ duntaxat pro tempore conductionis, tunc enim quia modicæ æstimantur non repetuntur, & ita ex sententia *Bald.* l. 1. *num.* 5. *vers. sed parvam impensam, Cod. isto tit. Jason.* ibi latissime *num.* 27. *firmat Ant. Gomez. de contract. cap.* 3. *nu.* 20. non relato *Alex.* qui idem latius probat *in l. divortio* §. *impendia num.* 3. *ff. sol. mat. Cepola de serv. urba. fol.* 60. *col.* 3. * *Menoch. tracta. de recup. po. in* 15. *remedio num.* 552. Verumtamen hæc declaratio indiget aliqua censura, nam si de impensa nihil remanet post tempus conductionis finitum, tunc nihil debetur, non quia impensa modica est, & pro suo usu tantum, sed quia consumpta est, & dominus nihil utilitatis fuit consequutus. Si verò aliquid remanet licet modicum, certe illud non debet cedere lucro domini, si necessario, vel utiliter factum est, quia etiam de modicis jus curat, nisi in casibus jure expressis, ut scripsit *Card. in Proem. Clemen.* & sequitur *Ripa in cap.* 1. *not.* 3. *de judi.* & in expensis factis à conductoribus generaliter jura loquuntur *d. l. colonus, d. l. dominum,* §. 1. nec de impensis modicis quicquam diffiniunt, solum in impensis pactis in rebus dotalibus, reperitur *l. omnino,* & in usufructuario, *d.* l. *cum ad quē & lex Regia in emphyteusi;* quamobrem non immeritò praxis limitationem istam non recepit, imo verò generaliter apud tribunalia, quæcumq; impensa, utilis vel necessaria manet in re conducta post finitam locationem jubetur solvi conductori, vel in pensionem reputari, sive magna, sive parva sit, & hoc jure utimur.

Aliam quintam limitationem, in ista materia posuit *Cagno. in l. si quis maior numer.* 34. *de transact.* ut, sic colonus etiā melioramenta amittat quando in contractu locationis fuerit adjectum jusjurandum quod solvet tali die, nam in defectu solutionis, non solum jus conductionis, sed etiam melioramenta perdet, & ita inquit limitandam *d. l. colonus. ff. locati*, quæ limitatio mihi falsa videtur, quia juramētum format contractus juxta suam naturam, non autem mutat, l. *fin. Cod. de nō numer. pecu. l. fin. ff. qui sat. cog.* * Limita sexto si meliorationes, & impensæ sint 37.

maxi-

maxime quas si dominus reddere cogatur laribus sepulchrisque avitis carendum habet, ut alias dicit *text. in l. in fundo, ff. de reivend.* vel non magno incommodo solvere possit. Et tunc etenim non cogendum arbitror, quia non possunt censeri necessario, nec utiliter factæ & ita *Bald. cons.* 116. *col.* 2. *vers. ex præmissis libr.* 2. *Tiraq.* 2. *retract.* §. 7. *glos.* 1. *numer.* 5. cum alijs quos refert, & sequitur *Iacob. Menoch. de recup. pos. in* 15. *remedio nu.* 553.

38 * Sed an omnes impensas colonus, seu conductor repetet? Et necessarias absque dubio, & indistincte repetere potest. Dicuntur autem necessariæ, quas dominus habebat necesse, facere ne res periret, vel deterior fieret, vel ut habitari possit, ut ait *Paul. d. l. dominus*, §. 1. *nu.* 2. exempla alia ponit *Ulpianus in l. impensæ necessaria, ff. de impens.* utiles vero ita demum repetet si ex voluntate tacita vel expressa locatoris fecerit, vel si sine ejus voluntate, si modo non sint melioramenta nimis gravia locatori, & propter ea, res fuerit effecta maioris valoris, ut traditur *in l. si servos, ff. de pign. act. Deci. in cons.* 142. *numer.* 5. *col. pen. ad fin. cum scriptis per Alberi. l. intra utile*, §. *fin. ff. de minor. Boeri. decis.* 47. *ad fin. Tiraq. in* 2. *retract.* §. 7. *n.* 5. *& ita Paul. in d. l. dominus*, §. 1, *n.* 2. Circa voluntarias autē impēsas dic ut notarur in *d. l. in fundo per Bart. & alios.** Sed quod ad earum æstimationē seu deductionem dominus non teneatur pro indubitato ex *Paul. cons.* 168. *col.* 3. *vers. de expensa* vero, ponit *Menoch. ubi supr. numer.* 566. nisi malis circa utiles, & voluntarias sequi etiam in colono, decisionem *d.* §. *si vassallus*, quam prosequitur *Paul. d. cons.* 270. *col. fin.* quod si ad suam ipsius utilitatem, & temporalem usum, quid immiserit, non dubium est illud posse tollere, non autem æstimationem repetere, *l. sed addes*, §. *si inquilinus, ff. locati*, quem citat *Bald.* sic intelligendus, *in l.* 1. *num.* 5. *C. isto tit.* tradit *Fran. Gallus lib.* 7. *commen. jur. civil. pag.* 769.

Sed jam quæritur, quibus juris reme-
39 dijs colonus consequetur suas expensas, & melioramenta, quæ fecit, & per viam retentionis non est dubium posse consequi, *jux. reg.* l. *si in area. ff. de cond. indeb.* quia cui damus actionem multo fortius retentionem, nam & commodatarius pro impensis retinet, *glos. allegatio, l. non abs re C. unde vi. Ordi. lib.* 4. *tit.* 59. §. 1. *in nov. tit.* 54. §. 1. quod si pensionem jam solverit, tunc ex conducto actio dabitur *d. l. dominus*, §. 1. *ff. loca. Paul. cons.* 270. *col.* 3. *lib.* 2. si veró non sit soluta pensio reputabitur in pensionem, ut in sæpius *alleg.* l. *colonus*, l. *ædiles*, §. *qualicumque ff. de via publ.* vel etiam exportando melioramenta, si commode fieri potest, & conductor hoc vult, *l. sed addes*, §. *cum inquilinus, ff. laca. Paul. eleganter. d. l. dominus*, §. 1. ubi optime loquitur in materia, quanvis *Bald. simpliciter in* l. 1. *num.* 5. *C. hoc tit.* dicat quod colonus potest emponemata removere salva rei substantia, & nullum aliud præstet remedium. Quas vero impensas teneatur facere emphyteuta, & quas colonus dicam statim in quæstione sequenti.

SUMMARIA.

1 *Impensa magna, an pertineat ad ēphyteutam, & de varijs impensis num.* 2. 3. & 4.
5 *Lex Regia lib.* 4. *tit.* 77. §. 32. *in nov. tit.* 97. §. 22. *ad fin. declarat.*
6 *Impensa magna, vel modica quando dicatur.*
7 *Colonus seu conductor, ad quas impensas teneatur de suo.*
8 *Conductor area ad domum ædificandam pro recipiendo damno, vel conductor loci ad faciendum molendinum, cum obligatione certæ pensionis, an illis dirutis teneatur reedificare, & solvere.*
9 *Belli tempore, an cives urbem debeant munire suis sumptibus, an Principis.*

Quæstio XXVI. De impensis ad quas tenetur emphyteuta, & quid in hoc differat à colono.

Dixi.

DIXIMUS in præcedenti quæst. quando emphyteuta vel colonus repetere possint expensas, & melioramenta à se facta, & quando non; sequitur nunc ex ordine videre, quando prædicti teneãtur impensas facere, & in hoc signatur vigesima septima differentia ex sententia *Bald. in l. 1. Cod. isto tit. col. 2.* ubi dixit quod magna impensa pertinet ad emphiteutam, ad inquilinum vero seu colonum non pertinet, & sic plane vult, quod si res emphyteutica eget impensa, licet magna, tenebitur emphyteuta eam facere, secus in colono qui non tenetur ad impensam magnam, hoc ipsum satis aperte voluit *Bart. l. impensæ, ff. de impens. in reb. dot. fac. & in l. prædijs, §. antep. ff. de fund. instr. Jason d. l. 1. numer. 25. Alcia. respons. 762. n. 4.*

2 Ex primo autem membro hujus differentiæ, infertur, quod emphyteuta tenetur ad onera publica ratione rei, veluti tributa realia, & etiam ad collectas, & alia, ut plenius scripsimus *supr. quæst. 17.* tradit noviſsime *Iulius Clar. lib. 4. senten.* verb. *emphyteusis quæst. 46.* quia ista exiguntur à possessoribus, *l. fin. C. si prop. publ. pens. & fructus percipientibus, l. neq; ff. de impens. & est text. in l. 2.* verb. *publicarum functionum, C. hoc tit.* ubi *Bart. 2. not. & etiam Salyc. & Jaso. not. 2. idem Jas. d. l. 1. n. 30. C. eo.* tradit *Isern. cap. 1.* verbo *& plaustrorum, quæ sint rega. Ioan. Andr. ad Specul. de locato, §. postquam numer. 11.*

3 Secundo infertur, quod si ex statuto civitatis, aut decreto decurionum teneatur unusquisque ad construendam lapidibus unam publicam secundum propriam domum, seu quid simile facere, talia onera spectabunt ad emphyteutam illius domus, & ita *Odofr. & Alberi. in d. l. 2.* per illum *text.* citatur *l. hactenus, l. si pendentes, §. si quid locarij, ff. de usufru.* sequitur *Jas. d. l. 1. n. 25. & l. 2. not. 2. C. hoc tit.* suffragatur, *l. singularum*, & quod ibi notat *Angel. C. de ædifi. priv.* item facit, quia si tenetur ad magnam impensam, ergo & ad istam, quæ non ita censetur esse magna.

4 Tertio infertur, quod simili modo emphyteuta tenetur ad impensas reparandi putei, & ad reficiendam viam, ut per *Ioan. Andr. ad Specul. ubi supr. ves.* quæritur utrum conductor domus *nu. 11. Jas. d. l. 1. numer. 24.* item, & ad reficiendam suis expensis domum emphyteuticam; ut tradit *Cepol. de servit. urb. prad. tit. de refect. fol. 60. vers.* undecimo quæritur, cui bus consequens est, ut propria impensa teneatur facere *purgare aggeres*, & fossata, & similia, denique res est expedita, quod emphyteuta tenetur ad omnes impensas rei, sive minores, sive maiores. Sed tamen adhibenda est distinctio circa satisfactionem, nam impensas factas ab emphyteuta de juris necessitate absque alia conventione partium, (quales sunt impensæ indictæ ex statutis vel consuetudine regionis, aut alijs legibus, vel ad rei ipsius culturam, & fructus augendos) emphyteuta de suo facere tenetur, nec finita emphyteusi poterit repetere, aut cum pensionibus debitis compensare, tacite enim his videtur se obligasse. Aut sunt impensæ, non ex necessitate juris, sed quæ solent pertinere ad emphyteutas, utpote factæ ab eisdem ad perpetuam rei utilitatem (ad hoc etenim tendere debet emphyteuta, ut inquit *Bald. d. l. 1. numer. 5.*) & tales impensas, licet de suo faciat, & sint de natura contractus, attamen emphyteusi finita non per culpam, repetere poterit secundum distinctionem quam fecimus per conclusiones in quæst. præcedenti, & cum hac declaratione necessaria debent intelligi, quæ ibi scripsimus, sunt enim ista ex mente communi, voluit *Jas.* licet non ita declaret, *d. l. 1. numer. 16.* Unde jam aperitur intellectus *ad l. Regiam lib. 5. 4. tit. 77. §. 32. in nov. tit. 97. §. 22. incip. & por quanto* ad fin. ibi, *nem algũas outras que o dito nomean por direito comun, & e he teudo fazer*, vidi enim circa illam legẽ non semel dubitari, quæ sint illæ impensæ, ad quas emphyteuta de jure communi, absque alia conventione contrahentium teneretur facere? Et absque dubio sunt illæ quas supra memoravi, quæ cum veniant ex obligatione legis non sunt subjectæ collationi, ut ibi, & subinde nec dominus, quãdo ad eum revertitur emphyteusis, non te-

netur

netur earum æstimationem emphyteutæ, seu ejus hæredibus præstare, quod tu nota quia præbet magnam lucem huic materiæ, Quid autem in cõductore ad longum tempus dicemus infra suo loco.

6 Circa secundum verò membrum superioris differentiæ de colono, quod non teneatur facere magnam impensam, videndum est quæ dicatur magna impensa, & quæ parva: hoc enim cognito palam fiet quando teneatur, & quando non, & in hoc articulo attendenda est ante omnia consuetudo regionis, ut si consuetudo fuerit aliquam impensam fieri à conductoribus aliquarum rerum; illa omnino servanda erit, quia in contractibus veniunt ea quæ sunt de consuetudine regionis, ut in contractu locationis probat *tex. in l. circa l. excepto, C. locati, l. domini prædiorum, C. de agricol. libr* 11. & generaliter in alijs conventionibus, l. *semper in stipulationibus*, ubi *Deci. Cagnol. Mayner. & Montan. ff. de reg. jur.* & in nostris terminis *Bart. l. impensæ numer.* 3. *ff. de impēs.* ubi consulit, quod in actis fiat articulus de consuetudine regionis, circunscripta autem consuetudine, resolvunt interpretes, quod si impensa fuerit ad perpetuam fundi utilitatem, vel longioris temporis quam sit tempus conditionis, tunc colonus non teneatur talem impensam facere, quasi magnam, si vero non sit duratura, nisi pro tempore conditionis, & sic usus fuit tantum, tunc tenebitur eam facere, quia modica censetur, ita colligitur ex *Bart. d. l. impensæ numer.* 4. & *in l. prædia. §. ita legatum, ff. de fund. instr. voluit Bald. l.* 1. *numer.* 5. *C. isto tit.* ubi *sed parvā impensā æquo animo ferre debet, tam colonus, quam inquilinus, sed ad præsentē usum, non ad perpetuam utilitatem. Alex.* late *in l. divortio, §. impendia n.* 3. *ff. solu. matr.* ubi allegatur *text.* ad hanc doctrinam *Jas. d. l.* 1. *numer.* 27. *C. hoc tit. Gomez. de contract. cap.* 3. *n.* 20. ita etiam succinte, & optime resolvit *Franc. Zoanet. in libr. rerum quotid. c.* 59. *n.* 4. *facit tex. in l.* 1. *§. de eo opere, ff. de aq. plu. arc. text. & Bald. l. ædiles, vers. quicunque ff. de via public. l. in rebus, §. possunt. ff. commoda, l. hactenus, & de usufr.* & quod ibi traditur, consecutive autem dicunt ijdem interpretes, istas impensas non posse colonum finita locatione repetere: Verum 7
ego neutram opinionem probo; existimo enim verius esse, conductorem ad nullas impensas de suo teneri, sed agere posse contra dominum, ut faciat, *l. jed addes, §. si inquilinus 2. ff. locat. glos. reficitur*, l. *ex cõducto, eo. tit. l. sed cum fructuarius*, §. 1, *ff. de usufr. voluit Paul. d. l. Colonus*, dum inquit quod simplex colonus non tenetur rem meliorare, & *Are. cons.* 110. *consideratis, col. fin. vers. ad secundum Mantua cons.* 334. *n.* 3. ad illas vero duntaxat teneri, quæ pertinent ad collectionē fructuū, *ut in d. §. impendia*, reliquas si fecerit sive parvas, sive magnas, dūmodo necessarias vel utiles si in fundo reperiantur post finitum tempus conductionis repetere posse, ut plenius explicui *quæs. supra* proxima, quæ enim jura à Doctoribus ad oppositā sententiā citantur, illam non probant, & in diversis casibus loquūtur, nec reperi *text.* qui colonum obliget ad faciendam aliquam impensam de suo, nisi pro fructibus colligendis tantum. Dicuntur autem impensæ gratia tantum fructuum, illæ quæ si factæ non fuissent fundus non efficeretur deterior veluti in arando, & serendo, & ita *Paul. d. l. impendia numer.* 1. *versiculo item & tertio*, * & quando colonus teneatur purgare aggeres, & fossata vide *Rui. cons.* 88. *n.* 3. *libr.* 1.

Et ex prædicta resolutione, sive cõmuni, sive nostra, infertur, quod colonus nõ tenetur ad tributa rei & publicas functiones, qua de re egimus *sup. quæst.* 17. *n.* 27. Secundo infertur, quod colonus nõ tenetur ad reficiendam, & construendam lapidibus viam publicam; juxta domum conductam, vel puteum reparandum aut purgandum, quod si fecerit debet sibi à domino satisfieri vel in pensionem reputari. *Ioan. Andre. ad spec. d. §. post quam nu.* 11. *in addit. incip. habita, &c. l. ædiles vers. quicunque autem mercede, ff. de via publ. l.* 1. *ff. de loco publ. fru.* ubi nor. *Bart.* tradit, *Paul. l. ex conducto, ff. loca.* imo, & si gratis habitaret non teneretur, ut per *Bart. del.* 1. & *Jas. l.* 1. *C. hoc tit.*

tit. numer. 28. ubi citat in materia *Bald. l. 3. C. de act. & oblig. & in l. 1. col. 3. C. de hær. vel act. vend.* Tertio infertur quod conductor non tenetur domum si corruerit reficere, vel ad farta tecta *d. l. ex conducto. in prin. l. si domus, ff. de usu. & hab. l. sed cum fructuarius, §. 1. ff. de usu. Specul. de locato, d. §. postquam numer. 11. in 3. particula libr. 4.* Quarto infertur, quod siquis conducat molendinum fere destructum & indiges magna reparatione non tenebitur ad illam, imo si eam fecerit à domino repetere. *Bart. l. cotem ferto, § qui maximos, quæst. 7. n. 13. ff. de publica. Bal. l. licet 11. quæst. 4. C. loca. Jas. d. l. 1. n. 28.* Quinto 8
deducitur decisio *quæstionis 3, per Paleum* disputatæ, & per *Gofred. q. 14.* si conducat quis aream ad domum ædificandam pro recipiendo domino, & ædificata domus incendio, vel simili casu destruatur, ut conductor eã reædificare suis sũptibus teneatur, non quia ex natura locationis incumbat illi onus reædificandi, sed quia tacitè videtur actum, quod donec duraverit locatio, sit ibi domus ad dominum recipiendum, l. *eum debere colonam, ff. de serv. urb. præd.* quam opinionem late probat *Ioan. Andr.* ad *Specul. ubi supr. in d. addi. incip.* habita, *vers.* tedeundo ad principalem. Sexto ex prædictis cõstat decisio alterius quæstionis admodũ usitatæ; concessit Ecclesia, vel Rex Titio facultatem; quod in flumine suo ædificaret molendinum pro certa annua pensione solvenda ipsi Ecclesiæ, vel Regi, aut quod faceret furnum in domo sua, dando Regi annuum censum, & construxit Titius furnum, vel molendinum, qui postea destructus est, an teneatur illum reædificare, & pensionem solvere? Et quoad reædificationem clarum est non teneri, nisi probetur ultra pensionem interesse concedentis, ibi furnum, vel molendinũ esse ædificatum, ut sibi gratis serviat, aut viciniæ, & hac intentione fuisse concessum, cessante vero tali interesse (licet reædificare non teneatur,) tenebitur tamen ad solutionem pensionis, quia contractus utriusque gratia celebratus est *l. ulti. ff. mand.* prout etiam resolvit *Ioan. Andr. ubi supr.* Septimo ex superioribus deducitur resolutio quæstionis, an colonus teneatur facere aggeres, & fossata in agro cõducto, quam cum communi determinat latè *Bart.* omnino videndus *l. impensæ, ff. de impens.*, & potest eodem modo determinari secundum nostram resolutionem *supr. nu. 6.* Sed an urbs tempore belli suis sumptibus se munire debeat, an sumptibus principis, & quid in vassallo habente castrum in feudum, & alias similes quæstiones edisserit elegantèr doctiss. *Ferd. Menchaqua lib. 1. illustrium quæstionum cap. 6.* tu illũ perlegito. Sed an demoliri vallum castrorũ quod hostes reliquerunt teneatur colonus? *Alc. in cons. 762. n. 4.* respondit nõ teneri. 9

SUMMARIA.

1 RE *emphyteutica in totũ perempta an duret emphyteusis obligatio.*

2 *Domum emphyteuticam funditus eversam, an teneatur emphyteuta reædificare, & quid insulæ.*

3 *Res emphyteutica si pereat pro parte, an maneat adhuc emphyt. & quando dicetur interijsse pro parte n. 4. & quid in ecclesiastica emphyteusi n. 5. & quid si pensio fructibus correspondeat n. 6.*

7 *Sterilitate cõtigente in re emphyteutica, an debeat remitti pensio, & quid in prædio vectigali n. 8. ubi declaratur l. si uno ff. locati in ver. vectigali fundo, & quid si pensio consistat in fructibus, vel res jã sit perempta pro parte n. 9. & 10.*

11 *Remissio an fiat propter sterilitatem si pensio emphyteutica fructibus correspõdeat.*

12 *Fructus omnes si pereant, vel tam pauci colligantur, quod ex illis non possit solvi emphyt. pensio, an fiat ejus remissio.*

13 *Belli causa, vel belli timore, an remittatur pensio emphyteutica, & quid si emphyteuta jusciptat belli pericula n. 14. vel adsit consuetudo regionis nu. 15. & quid si pensio fuerit minima nu. 16. & quid si bellum moveatur culpa emphyteutæ 17. vel emphyteuticus ager sit in loco bellis subjecto nu. 18.*

19 *Renuntians omni legum auxilio, an possit petere remissionem ratione belli.*

20 Em-

20 *Emphyteuta exercitus venienti non reficiens cum possit, an teneatur.*
21 *Pestis causa, an fiat remissio emphyt.*
22 *Phantasmatum in domo emphyteutica apparentium causa, an emphyteutica pensio remittatur.*
23 *Sterilitatis causa, an remit. pēsio colonis.*
24 *Sterilitas, quādo dicatur contingere.*
25 *Sterilitatis causa aliquot, & de modis eam proponendi.*
26 *Sterilitatis causa, cur colonis pēsio remittatur, variæ rationes traduntur.*
27 *Pensionarius, an teneatur remittere pensionem beneficiario ratione sterilitatis cōtingentis in fructibus beneficij, & quid in decima Pontificali n. 28.*
29 *Sterilitate contingēte, qualiter sit facienda remissio.*
30 *Lex Regia lib. 4. tit. 61. in no. tit. 27. & l. 21. tit. 8. part. 5. declaratæ.*
31 *Sterilitatis causa demissis fruct. an colonus impēsas alias repetat præter semen.*
32 *Sterilitatis in lite, qualiter arti. firmari debent, & demissio fructuum fieri quæ in vulgari appellatur* encapaçam *& post eā factā quid facere debeat colonus, si dom. colligere fructus neglexerit n. 33.*
34 *Sterilitatis allegat. quibus in casib. cesset.*
35 *Renuncians casibus fortuitis, an teneatur ad insolitos, & ad l. fistulas §. frum. ff. de cont. emp.*
36 *Fortuiti casus periculum qui suscipit, ad quid teneatur, & de aliis similibus clausulis, & quid si adjiciatur jusjurādū n. 37.*
38 *Fortuitos casus emphyteuta suscipiēs, quomodo intelligatur obligatus.*
39 *Sterilitas quādo cōtigerit culpa coloni quid fiet.*
40 *Sterilitatē an possit allegare colonus, qui decimas nō solvit.*
41 *Incendio sumptis fructibus, an sit locus remissioni, & quid si contigit incendium, & colonus non seminaverat n. 42.*
43 *Sterilitas ex vitio fructuum, an sufficiat ad remissionem.*
44 *Ubertas aliorū annorū, an sit cōpēsāda cū sterilitate, & quādo dicatur ubertas n. 45.*
46 *Compensatio, an sit facienda cum ubertate anni proximi, vel interpollati.*
47 *Remissio sterilitatis ratione, an sit facienda tim facienda, vel sint expectandi alij anni locationis, qui supersunt.*
48 *Remissio sterilit. ratione, an sit facienda quādo pēsio est promissa per stipulationē*
49 *Remissio, an possit peti ratione sterilitatis, si causa aderat tempore contractus.*
50 *Sterilitas, imo damnum cōtingēs in fruct. jam collectis, an præstet remissionem, & quando dicantur collecti n. 51.*
52 *L. sicut emptio §. fin. cum l. sequen. & seque ff. de contra empti. declarata.*
53 *Ubertas nimia, an sit in causa, ut possit pensio augeri.*

Quæstio XXVII. De sterilitate, aut alio casu fortuito, contingente in fructibus, vel in re emphyteutica, seu locata, & quid in hoc differat emphyteutis à simplici locatione.

VIgesima septima constituitur differentia inter emphyteutam, & colonum, quod propter sterilitatem non remittitur canon emphyteutæ, secus in colono, & hanc differentia posuit etiam *Bal. l. 1. col. 2. hoc tit.* & ibi omnes; & in *ca. potuit, de locato*, & quia articulus est quotidianus, & frequens in praxi, eum pleniori manu tractabo, & primo dicam de calamitate contingente in re ipsa emphyteutica, quæ vel totam rem, vel partem absumat, secundo de sterilitate contingente in solis fructibus, deinde ultimo loco de sterilitate, seu casu fortuito contingente in fructibus rei locatæ.

Quoad primum articulum duas pono conclusiones. Prima est, si tanta sit clades, quæ penitus totam rem emphyteuticam absumat, fatalitas hæc domino rei imputatur, non autem ipsi emphyteuticario, ut est *text.* apertus *in l. 1. C. isto tit.* ubi *Bart. Alberi. Bal. Saly. & Jaso. n. 13.* & quorquot scribunt *Iacobin. Auth. qui rem. n 23. C. de sacrosan. Eccl. Abb. d. c. potuit n. 16.* novissimus *Iuli. Clarus lib. 4. sententiarum, §. emphyteusis fol. 211.* rationem vero hujus assertionis posuit elegantes *Bal. d. l. 1. lect. 2. num. 6.* valebit tamen pactum quod

re

re emphyteuticæ etiam funditus perempta, nihilominus solvatur pensio ut per *Specul. de emphyteusi, vers.* 138. *text. d. l.* 1. ibi *super omnibus, vel etiam fortuitis casibus*, notat ibid. *Jason.* 13. nec mirum nam fortuitos casus licet unicuique in se suscipere, *l. fistulas, §. frumenta, ff. de contr. empt.* cum alijs.

2 An autem domo penitus direpta, incendio, casmate, aut alio fortuito casu, cogatur emphyteuta eam rursus edificare, & pensionem solvere, quæstionis est, in qua *Bald. d. l.* 1. *lect.* 1. *col.* 4. *numer.* 10. *vers. modo revoco. in dubium*, distinguit an id sine culpa emphyteutæ contigerit, & tunc sit in electione ipsius iterum reedificare, & solvere pensionem, poterit enim hoc facere, quia area remansit quæ est, emphyteutici juris, si verò nolit reedificare, non cogetur *d. l.* 1. *Paul. §. domus ff. de pignor. l. si domus, ff. de leg.* 1. *l. qui exceptionem, §. si pars, ff. de cond. indebi.* An verò intervenerit culpa emphyteutæ, & tunc in ejus odium claudicabit contractus, & erit in electione domini, vel eum cogere reedificare, & solvere pensionem arg. *l.* 2. *verbo, volenti, C. ijsto tit.* vel omnino ab emphyteusi repellere, & agere adinteresse, juxta notata *l.* 2. *ff. si ager vectig.* & hactenus *Bald.* cui in priori membro distinctionis non consentio, quia si manente area non censetur ex toto domus destructa, & censetur aliqua pars manere, certe non est extincta omnino emphyteusis *d. l.* 1. unde non debet esse positum in voluntate emphyteutæ, an reedificet, sed omnino cogendus est, qua ratione *Angel. in §. lex itaque in fin. Auth. de non alien. colūn.* 2. scripsit, combusta seu destructa domo casu fortuito, emphyteutam teneri domum reficere, & pro solo eandem mercedē solvere, quam præstabat pro tota domo, quasi quod area sufficiat, ne penitus videatur emphyteusis extincta, cum area sit domus pars potissima *l. qui res, §. aream. ff. de solut.* quod ipsum est de mente *Imol. d. c. potuit co.* 37. voluit quoque *Jason.* (licet male referat *Ang.*) *in d. l.* 1. *nu.* 44. & iterum *n.* 15. & *nu.* 78. contra *glos. Gua. Fulg.* ibi citatos idem *Affict. decis.* 392. *num.* 12. sed hæc *Angeli* sententia reprobatur elegāter à nostro *undecunque eruditissimo Bartholomeo Phylippo. in rep. c. scindite corda vestra fol.* 25. *vers. hinc tertio infero, de pœnit. dist.* 1. ubi differentiam constituit inter emphyteusim insulæ, ut hæc maneat, manente area, vel emphyteusim domus, quæ manente sola area non manet, & profecto rationem habet, quia domo destructa mutatur rei forma, quæ in sola area non consistit, at mutata forma, videtur rei substantia quoque perempta, *l. Iulianus, §. sed & siquis, ff. ad exhib. l. ne peti. §. fi. ff quib. mod. usufr. amit. d. l. qui res, §. aream, ff. de solut.* proinde, domo casu fortuito destructa, perempta est omnino emphyteusis, licet manserit sola area nec si velit emphyteuta reedificare, admittetur, nisi domino volente, quasi ex novo contractu.

Secunda conclusio, si calamitas, quæ 3
rem emphyteuticam invasit, totius rei interitum non fecerit, sed partis tantum, infelicitas ista cedet damno duntaxat emphyteutæ, & non domini directi, cui nihilominus integra pensio solvenda erit, tex. est, & ibi schola communis in *d. l.* 1. *ad fin. hoc tit. in vers. sin vero particulare, &c.* & probāt illi omnes, quos ad primam conclusionem citavimus, & sunt adeo probatæ istæ duæ traditiones, ut versiculis vulgaribus decantari soleant, *si res perit tota liberabitur emphyteuta, sed si pro parte, nulla liberabitur arte*, retulit *Anan. d. c. potuit nu.* 31. & alij.

Illud autem quæsitum est, quando dice- 4
tur interitus particularis, ut non liberet emphyteutam à pensione; & quanvis glo. *in l. nomen filiarum, §. portionis. ff. de verb. sign.* citando *d. l.* 1. intelligat quando contingit pro dimidia, & disputet *glos. Verbo particulare, d. l.* 1. tandem resolvit, sufficere partem aliquam manere, licet non dimidiam, ut emphyteuta maneat adhuc pensio obligatus; quæ opinio satis probatur in *d. l.* 1. ibi, *nihil reliquum*, & placet magis cōmuniter scribentibus ibi, teste *Jas. nu.* 77. probarunt enim ibid. *Salyc. num.* 9. *Alber. num.* 8. post antiquiores, firmat

glos. & ibi *Angel. n.* 9. & omnes *in §. adeo mist. loca. Iacob. Auth.* qui rem *numer.* 26. *C. de sacrosanct. Eccles. Mari. Salom. in l. Gall. §. in omnibus nu.* 2. *ff. de lib. & post.* voluit hoc ipsum *glos.* verbo, *expelli, ad fin. in d. c. potuit*, cui accedit ibi, *Imol. n.* 41. & alij omnes, testatur communem *Panor. numer.* 16. *& Anan. numer.* 31. & omnes ita tenere fatetur *Andr. Tiraq. l. si unquam* verbo, *omnia, vel partem n.* 17. *C. de revoc. don. subtilis*, & in omni laudabili eruditione admirandus Doctor noster *Barto. Phylippus in d. rep. c. scindite corda vestra de pœn. dist.* 1. 3. *par. fol.* 14. Nec hic negotium facit, quod appellatione partis venit dimidia, ut *d. §. portionis*, ubi *Alcia.* & alij, ac pleno sermone *Tiraq.* in loco jam citato, quia illud intelligitur, nisi subjecta materia aliud postulet. *Deci. l. creditori tuo, in princ. Coa. de pact. & in l.* 1. *not.* 3. *Cod de Carbo. edic.* vel nisi aliūde jure caveatur, ut in nostra materia: quemadmodum constat *d. l.* 1. *Cod. hoc tit.* ibi, *cui nihil reliquū permansit.*

Cæterum prædicta communis resolutio intelligi debet, dummodo particula illa quæ supereſt ex re emphyteutica sufficiat ad solutionem constitutæ pensionis, alioqui fiet ei remissio, ut dicemus in sterilitate fructuū, ex *Bart. d. l.* 1. *opp.* 2. *& nume.* 9. *in fin. Abb. d. c. potuit col. fin.* quorum opinio licet de rigore juris vera nō sit, attamen ex æquitate servanda est, ex *Fulg. d. l.* 1. *numer.* 11. sequitur *Plate. d. §. adeo numer.* 13. & in praxi receptior est, quidquid scribat *Anan. d. c. potuit numer.* 31. *lex vero* 28. *vers. mas si la cosa tit.* 8. *par.* 5. pensionē nō remittit, nisi particula, quæ remanet sit minor octava parte.

5 Vidi tamen aliquando apud Ecclesiasticæ tribunalia practicari, in hujusmodi casibus notabilis diminutionis in re emphyteutica contingentis, veluti si ager alias fructuosus, arenis maris, vel propinqui fluvij sit pene obrutus, bonorum virorum arbitrio pensionis diminutionem fieri: ne Ecclesia justitiæ cultrix *c.* 1. *de alie. feu* cum evidenti damno alterius locupletetur contra reg. locupletari *glos.* ut plus *c.* 26. *q.* 2. * & idem observatum in suo senatu ait *Ioan. Garcia. de expen. cap.* 14. *numer.* 9.

Sed & alio secundo casu resolutio superior locum non habebit, si pensio emphyteutica fructibus respondeat, tunc etenim, quia locationis vicem habet (ut plenius dicetur in sterilitate fructuum) licet res pro parte dumtaxat intereat, fiet remissio pensionis, quod & novissimus *Iuli. Clar. d. verbo. emphyteusis fol.* 211. *verso scripsit.* & proculdubio verum est si & illud quoque addatur, ut ad ratam bonorum pensio constituta sit.

Sed cur inquies periculum rei vendi- 6
tæ, simul atque venditio perfecta est, licet, res adhuc non sit tradita, transit ad emptorem, nulla distinctione præmissa, an res in totum, vel pro parte pereat l. 1. *C. de peri. & com. reivend. §. cum autem inst. de emptio.* plene *Bart. in quæst.* 4. *Publicanus col.* 1. *& 2. Ord. l.* 4. *tit.* 31. *in prin. in nov. tit.* 8. *in prin.* & non ita in emphyteusi, etiam postquam res est tradita, & dominium utile translatum; & *Bart. d. l.* 1. *hoc tit.* unam atque alteram rationem ponit, sequitur *Ana. cap. potuit num.* 31. *de loc. Jason. d. l.* 1. *nu.* 13. post alios. *Ripa de peste 2. par. numer.* 64. sed illa videtur vera ratio, quia emphyteuta nō consequitur absolutum dominiū.

Et ex prædictis deducitur quæstio illius qui fundum, vel domum Ecclesiæ concessit adjecto pacto, ut eum alere teneatur? nam si dedit in emphyteusim cessabit obligatio domo penitus destructa, secus si pro parte, ut *d. l.* 1. si vero vendidit, aut donavit sub eo pacto, tunc nullatenus obligatio cessat sive res in totum, sive pro parte dissolvatur, ex *Petro, & Cyno. dict. l.* 1. *ubi Jason. n.* 14. *& 15. Dec.* ubi plures citat *cons.* 312. *numer.* 2. *Anan. cap. potuit numer.* 33. *Bossi.* qui testatur communem *in tit. de remiss. merce. num.* 115. si modo pactio non dicat, quod ex illa domo alimenta præstentur, argu. *l. quidam testamento. ff. de lega.* 1. & quod ibi traditur, & novissime *P. Peralta in l. si quis legaverit, ff. de leg.* 1. & melius quā alibi *Grygas de pensionibus quæst.* 62. Item ex eadem resolutione debet declarari alia fere similis quæstio doctorum antiquorum,

tiquorum, quam disputavit *Ioan. Andr. ad Specul. de locat. §. postque numer.* 11. in addit. *incip. habita hujus*, &c.

Quo ad secundum, de calamitate con-7 tingente in fructibus dumtaxat, receptissima est omnium conclusio, quod propter sterilitatem contingentem in fructibus etiam ob casus insolitos, & fortuitos non fiat remissio pensionis emphyteutæ, ita *Bart. Cyn. quæst.* 7. *Bald.* dicens communem *nu.* 10. *quæst.* 4. *Salyc. etiam nu.* 10. *Albe.* qui ita vidit servari *col.* 3. *Ang. col. ultim. in l.* 1. *C. hoc tit.* ubi *Jas. nu.* 17. inquit ita communiter teneri, firmat idem *Bar. in Auth. perpetua, Cod. de sacrosan. Eccles. Iacob. Beloni. & Ang. §. quia vero leonis, auth. de non alien. coll.* 2. *Joan. Fab. dict. §. adeo. col. fin.* & ibi *Ang. nu.* 9. *col. pen. in fin. Alexand. in l. interdum, §. quod ex naufragio num.* 7. *ff. de acquir. possess. & cons.* 122. *num.* 3. *lib.* 1. *Jas. l. quominus nu.* 150. *ff. de flumin. Iacob. auth. qui rem. nu.* 30. *Cod. de sacrosan. Eccle.* omnium latissime *M. Anto. Nata. in cons.* 49. *per tot. Barb. cons.* 14. *vol.* 2. tenet *Gozad. cons.* 47. *numer.* 10. *vers. præterea, Cæpola de simul. contr. num.* 23. *glos.* expressa apud canonistas *dict. cap. potuit. verbo, expelli ad fin.* quam ibi probant *Abb. nam.* 16. & 17. *Barb. num.* 25. & 26. *Anani. nu.* 32. *Beroi.* dicens ita communiter Dd. tenere *n.* 157. & ante eos communem professus est, *Imol. num.* 43. *Abb. cap. propter numer.* 3. *de loca.* ubi etiam dicit communem, & est regula satis trita, & notabilis ut dicit *Soc. cons.* 217. *prope fin.* quem retulit cum alijs *Nicol. Bello. cons.* 21. *num.* 3. & *nu.* 10. tradit *Burgen. cap.* cum causam *num.* 14. *de empt. & vend.* allegatur *text. in l. quicumque* (ubi notat *Bar.*) *Codic. de fun. patr. libr.* 11. rationem vero ponunt *Bart. d. l.* 1. & alij nuper relati, quia emphyteusis conceditur pro modica pensione quæ præstatur potius in recognitionem directi dominij quam in pensionem fructuum, ut diximus *(supr. quæst.* 1. *Bald. l. item si verberatum, §.* 1. *per illum tex. ff. de reivendic. Bald. ad Specul. de loca. col.* 3. & ideo modica solet dari, unde licet contingat sterilitas in fructibus, non debet remitti pensio, cum fructus respiciat, quæ ratio cessat in locatione, quia datur in recompensam fructuum, & sic sub conditione si fructus percipiantur *dict. cap. propter* & non datur in dominij recognitionem, igitur, &c. sequitur *Anto. & Beroi. dict. cap. potuit numer.* 175. * quod si sit par fructibus bene fiet ut dicit *Ioann. Garci. de expen. cap.* 14. *numer.* 9. * Alia item ratio potest assignari, quia fructus fundi locati ante quam colligantur domini sunt, *l. si apes, ff. de furt.* ideo sterilitas in illis contingens domini damno esse debet, quod non est, in fructibus emphyteusis, quia, & ante, & post collectionem ad emphyteutam pertinent. Non tamen defuerunt aliqui ex antiquioribus qui remissionem faciendam esse dixerunt propter sterilitatem etiam in re emphyteutica, & ita servari, ait *Mart. de Fano. in tract. de emphyteusi*, & alij antiqui non in colorate, *per tex.* qui non parum urget *in l. si uno in princ. ff. locato*, cui statim satisfiet, quorum opinione retenta poterit responderi ad *tex. in dict. l.* 1. quod de totali extinctione ipsius emphyteusis agit non de sterilitate fructuum, tu, tamen teneas communem, quam in praxi receptam omnes fatentur.

Et procedit primo, sive sit emphy-8 teusis rei alicujus privatæ sive Reipublicæ, neutro enim casu fiet remissio propter sterilitatem, cum *Bald. dict. l.* 1. *C. hoc tit. lect.* 2. *num.* 11. & ibi *Salyc. col. pen.* nec obstat *l. si uno, ff. locati*, ibi *hoc idem in fundo vectigali, &c.* juncta *l.* 1. *ff. si ager. vect. l. sciendum, §.* 1. *ff. qui satis cog.* quibus probatur idem judicium esse agri vectigalis, emphyteutici, nam tex. ille *d. l. si uno*, loquitur in fundo vectigali aliter quam per emphyteuticum contractum, secundum *Bald. dict. l.* 1. *num.* 10. *Jas. n.* 18. utcunque enim fuerit fundus vectigalis remissionem habebit, sive detur ad longum sive ad modicum tempus. *Alex. cons.* 112. *col. pen. lib.* 1. *Ægid. Posst. de remi. merce n.* 117. nec mutat quod locatio rei vectigalis, hoc est, civitatis seu Reipublicæ, etiamsi fiat pro modico tempore transfert utile dominium, & conductori datur

in rem actio. l. 1. ff. de loco publ. l. 23. §. 1. ff. de aq. plu. glos. & Bart. l. 1. §. quod autem, ff. de superfic. (quicquid dixerit *glo. l. fin ff. si ager vectig.*) quo argumento *Bal parum sibi constans in act. l. 1. numer. 11.* hujusmodi conductori non concedebat remissionem ob sterilitatem, contra text. expressum *d. l. si uno*, quia cum pensio ab eo solvatur non in recognitionem dominij, sicuti dicimus in emphyteuta, sed pro usu rei, & fructibus, ut in quolibet alio conductore, merito generali conductorum jure regulatur, quanvis in rem actionem habeat, quæ res difficultatem faciebat, & hic mihi videtur sensus *d. l. si uno, in verbo fundo vectigalis* quanvis *M. Laud. de fisco. vers. 51.* dicat per illum tex. speciale esse in fisco, ut ejus emphyteuta, possit remissionem petere, quanvis item *Beroi. in d. c. potuit numer. 75. de loca.* dicat divinando illum tex. intelligendum in conductori vectigali, qui parem fructibus pensionem pendit. Qui autem dicantur fundi vectigales, explicat optime *Æginius urbicus, de limit. agror.* quem ad litteram retulit *Alcia. libr. 3. dispunct. c. 10. & in l. eum qui vectig. ff. de verb. sig. Franc. Conan. lib. 7. jur. civil. c. 12. nu. 2.*

9 Amplia secundo, sive emphyteuta præstet mercedem in pecunia, sive in fructibus, in utrisque enim pensio emphyteutica cōsistit, ut sæpius diximus §. *adeo inst. loca.* nunquam enim fiet remissio ob sterilitatē quod plerique omnes tacite agnoscunt.

Amplia tertio, etiamsi ab exercitu hostium prætereunte depopulati sunt fructus agrorum, lex conducto, §. *si vis vers. idemque dicendum. ff. loca. Calcan. cons. 23.*

10 Amplia quarto, etiamsi non fructus, sed adhuc res ipsa emphyteutica pro parte perierit, cum etiam eo casu emphyteusis maneat, ut diximus supra in secunda conclusione.

11 Limita tamen ut communis conclusio procedat in pensione valde modica, quæ non in compensam fructuum, sed in meram recognitionem directi dominij datur, alioquin si pensio emphyteutica esset fructibus correspondens, quia videlicet tanta aut paulo minor pensio esset constituta, quanta daretur pro locatione, tunc remissio propter sterilitatem fieret à cessante ratione *Bart.* & communi ubi supra quando enim emphyteuta pensionem solvit fructibus fere æqualem, non solum hoc facit in recognitionem directi dominij, sed etiam pro usu rei, sicuti simplex colonus, & ideo secundum interpretes jus, & ratio dictant, ut eo casu pensio si contingat sterilitas remittatur, & ita sentit *glo. Auth. perpetua, verb. sextā. Cod. de sacros. Eccles.* colligitur ex verbis *Bart. d. l. 1.* ubi ponderat *Saly. & Jason. num. 20. Alex. cons. 112. lib. 1. & cons. 148. nu. 24. lib. 2. Cæpel. in cons. civi. 25. nu. 20. Barb. in rub. de locat. nu. 8. Soci. in l. Gall. §. etiamsi parente nu. 6. de lib. & posth.* inquiens quod tunc de emphyteusi judicatur ut de simplici locatione quia conjectura præstationis pensionis commensurabilis cum fructibus, facit contractū appellari locationem veram, & non emphyteusim, ut voluit *Areti. in consil. 55. col. fin. vers. secundo* respondeo. *Bologni. cons. 54.* monasterium circa finem *Laur. Sylvan. cons. 9. num. 141.* * & ita omnes concludere ait Cagno. *in l. 2. num. 202. C. de resci. vend. Jul. Clar. de emphyt. pag. 205. novissi. Joann. Garc. de expensis col. pen.* & latissime plures citando *Roland. cons. 96. num. 26. & num. 24. Nicol.* in loco citando *n. 8.* ubi dicit quod iste est verus modus dignoscendi emphyteusim à locatione conciuit *glos. l. 1. §. 1. verbo, agendo ff. de superfic.* Facit item quia nomen conventionum non inspicimus, sed effectum ac naturam, *l. non codicillum. Cod. de testamen. glos. optima c. constitutus de relig. domibus, l. insulam, ff. de præscript. verbo* cum alijs per *Areti. cons. 10. Imol. c. ad audientiam col. 2. de rebus Eccles. Decis. cons. 164. nu. 3. Soci. cons. 167. n. 6. lib. 2. Alci. lib. 2. de verb. sig. col. 2. & in l. 2. in princ. n. 22. pag. 40. ff. si cert. pet. Crav. cons. 20. Tiraq. 2. retract. §. 30. glos. 1.* & hanc ipsam limitationem multis confirmat *Alex. cons. 112. ex n. 3. vol. 1. Hiero. Gar. cōs. 128. n. 10. vol. 2. Alex. cōs. 148. n. 24. vol. 2.* & inclinat *Gozad. cons. 47. n. 10.* probat *August. Beroi. d. c. potuit nu. 174.* dicens

cens ita intelligendam, *d. l. si uno*, dum loquitur de fundo vectiga. eandem etiam opinionem tenet late *Bossius ubi supra. numer.* 114. dicens esse communem, licet Mediolani non servetur, late *Ioann. Nevizz. cons.* 94. *numer.* 45. quem etiam vide *numer.* 50. & referendo *Barb.* in multis locis testatur communem *Catelia. Cotta in memorabilib.* verbo, *emphyteutæ, glos. l.* 28. *tit.* 8. *partit.* 5. verbo, *ochava parte*, asserit etiam communem insignis doctor *M. Navar. in suo Manuali confess. cap.* 17. *num.* 390. probat *Nico. Bellon. cons.* 21. *numer.* 10. & *Moder. Parisi.* suffragatur tex. à ratione cessante, & ibi sentit *Iacob. de Bellovi. in §. qui vero leonis*, ibi *cum diminutione sextæ partis. in Auth. de non aliena. col.* 2. & secundum hanc opinionem vidi sæpissime judicatum in senatu nostro, unde non videtur ab ea recedendum, licet in puncto juris contraria opinio, quam sequutus est *Salyc. d. l.* 1. *numer.* 11. & accessit *Jason. numer.* 20. verior sit, repugnat enim generalitati tex. *in d. l.* 1. *& §. adeo inst. locat.* ac nulla lege contraria probatur, præterea magnitudo pensionis non facit quod desinat esse emphyteusis si constituta est in recognitionem domini, ut diximus *quæst.* 1. *numer.* 8. quanvis interpretes passim, & perperam confundant locationem cum emphyteusi, ex hoc capite.

12 Limita secundo, nisi talis esset sterilitas, quæ omnes fructus absumeret, vel tam pauci colligerentur, ut ex illis non posset integra solvi pensio, & ita voluit *Bart. num.* 4. *& 9. ac reliqui in dict. l.* 1. *glos. dict. l.* 28. *Hieronym. Grat. ubi supr. in fin. Jason. dict. l.* 1. *numer.* 96. ipse tamen contrarium disputat ibidem *nu.* 19. & profecto hæc limitatio eisdem labefactatur argumentis, quibus supra proxima, directo enim repugnat, *dict. l.* 1. quæ quodvis damnum emphyteutæ adscribendum ait, nisi ipsiusmet rei totalem interitum causetur quod etiam contra solum *Iasonem* tetigit *Moder. Parisi.* & si hanc limitationem admittimus, certe nihil differt emphyteusis à simplici locatione, quæ non ex quavis sterilitate remissionem petit, nisi fructus adeo abstulerit, ut nec ad solvendam dimidiam pensionis sufficiant, prout plenis infra dicetur, unde interpretes parum sibi constant in hoc, verum quia hæc est, communis limitatio, & æquitatem quandam habet, ideo tenenda cum præcedenti, in Regno autem Castellæ fructus qui remanent, non debent, (ut opinor) ascendere ad valorem octavæ partis pensionis, ut remissioni sit locus, argu. *dict. l. partitæ.*

Et hæc sunt quæ communius recepta videntur in hoc articulo sterilitatis fructuum rei emphyteuticæ, in quo tamen ego semper sum opinatus nullo casu ob sterilitatem fructuum faciendam esse remissionem emphyteutæ, explosis omnibus limitationibus interpretum, quæ plane confunduntur per tex. *in l.* 1. *C. hoc tit. & §. adeo inst. loca.* ubi totalis tantum rei interitus consideratur.

Sed quid si res emphyteutica propter 13
bellum, seu guerram (ut nostri loquuntur) non possit coli pro aliquo tempore, an pro eo tempore quo res coli non potest, (in his enim terminis Dd. loquuntur) remittatur pensio emphyteutica? Quæstio est apud interpretes dubitatissima, in qua varias atque adeo varias opiniones magno apparatu retulit *Jason. l.* 1. *C. hoc tit. ex num.* 81. *post Ioann. Andr. ad Specu. de emphyteu. vers.* 137. & novissime sed strictus retulit *Mode. Gallus* in suis commentarijs ubi suam sexto loco posuit, & alij alibi.

Verum omissa commentarium prolixitate ac varietate, illud pro constanti habeas interpretes in hac quæstione non loqui eo casu, quo ager emphyteuticus fuerit bello captus sine spe recuperandi, tunc enim non est quæstio de remissione mercedis, quia res bello capta cum inditionem hostium venerit, §. *item ea quæ inst. de rer. div.* perempta censetur, & utrunque dominium, tam directum, quam utile, utraque etiam possessio tam civilis, quam naturalis censentur amissæ, unde nullus ambigit pensionem non deberi, cum res totaliter perempta censeatur, *Abb. Beroi. cap. potuit*, utrque *col. fin. Jason. dict. l.* 1. *n.* 89. *Iacob. Auth. qui*

rem. numer. 31. Quaſtio igitur doctorum eſt, quando res non fuerit bello capta, ſed ita propter bellum occupata, quod coli non potuit, & in his terminis in quibus, & eam ponunt *Mod.* ubi ſupra invaluit uti receptior opinio *Iacob. Aren.* quam probat *Bart. dict. l.* 1. *in fin. Fulgoſ. etiam ad fin. Salyc. numer.* 13. teſtatus eſſe multum æquam, quod emphyteuta non teneatur pro eo tempore ad penſionem: ſequitur ibi *Bald. col. pen. verſ. quæro an propter*, idem *Bart. in l. interdum*, §. *quod ex naufragio num.* 1. *ff. de acquir. poſſeſſ.* ubi quoque *Angel. & fuit opinio Ioann. Andr.* loco jam citato in addit. *incip. quid ſit* ſterilitas, probavit *Ioann. Fab. dict.* §. *adeo col. fin. in princ. inſt. loca. Ancha. in dict. cap. potuit quæſt.* 11. *ubi Ioann. Imol. nu.* 44. inquit quod eſt communis doctorum opinio, & quod ab ea in judicando, & conſulendo non eſt recedendum, & quod de facto ita ipſe conſuluit, & ita reperitur *in vol. ſuorum conſiliorum conſ.* 7. *num.* 2. *in fin.* idem fatetur *Ang. Bertr. d. cap. potuit. numer.* 175. ſequitur etiam *Jaſon.* l. 3 §. *in amittenda num.* 6. *ff. de acqui. poſſeſſ. & in dict.* l. 1. *ex num.* 91. ubi ſigillatim reſpondet undecim argumentis contrarijs, ſequitur *Ægid. Boſſ. de remiſſ. merced. numer.* 106. Et movetur hæc receptior opinio ex eo potiſſimum quod fundus ab hoſtibus occupatus, cenſetur interim eſſe in perdito, ut *in dict.* §. *quod ex naufragio* Item ex eo quod ager debet præſtari conductori, ut frui poſſit, *l. ex conducto.* §. *ſi vis, verſ. ſed & ſi ager ff. loca. Bart. d. l.* 1. *opp.* 1. *Pe. Pariſi. conſ.* 28. *libr.* 1. *Jacob. Concem. libr.* 4. *quæſt. cap.* 13. *n.* 5. hoc autem tempore guerræ præſtari non poteſt, igitur fieri debet mercedis remiſſio. *l. ſi fundus quem. verſ. ſin vero*, ubi *Bart. & Fulg. ff. loca. Bart.* eleganter *in l. ſi uno*, §. *item cum quidam num.* 2. *ff. illo tit.*

Procedit autem hæc opinio abſque dubio, ſive bellum ſit juſtum, puta in dictum à principe non cognoſcente ſuperiorem, prout requiritur *cap. quid culpatur.* 23. *quæſt.* 1. *S. Thom.* 2. 2. *quæſt.* 40. *artic.* 1. *Soto de juſt. & jur. lib.* 5. *art.* 5. *q.* 3. *pag.* 430. *col.* 1. *Bald. conſ.* 439. *n.* 8. *lib.* 5. *Franc. Arias de Bello. ex num.* 58. *Ioan. Lupus eod. tract. cap.* 1. *nu.* 2. *Soci. Juni. conſ.* 77. *ex nu.* 29. *libr.* 1. *Raymun. tract.* 8. *de jur. cap.* 10. *Guid. quæſt.* 487. *Boeri. deciſ.* 178. *num.* 8. & *Covar. teſtatus communem, in reg. peccatum.* 2. *par.* §. 9. *num.* 1. *Baldus ad ll. Romuli.* l. 5. & ex juſtis cauſis, quas tradunt *Covar. Soto.* ubi ſupr. & *Joann. de terra rubea tract.* 3. *contra rebelles art.* 10. *Mantua. libr.* 9. *obſervat.* 8. *Pavin. de viſita.* 2. *par. quæſt.* 7. *nu.* 80. *Reſtau. Caſtal. de Imperatore quæſt.* 108. *numer.* 3. apud quos omnes de materia juſti belli plene agitur, & noviſſime *Alci. præcæteris in l.* 1. *in princ. ff. de acquir. poſſeſſ. & D. Navar. in Manuali cap.* 27. & per *Iacob. Boulenc. in rep.* l. *capitalium*, §. *famoſos num.* 173. *ff. de pœnis*, & *Claud. Cotore. lib.* 3. *de remiſſ. cap.* 23. Sed etiam ſi ſit bellum injuſtum. utpote latronum incurſus, nam quovis modo inferatur locus erit prædictæ concluſioni: interpretes enim qui in hoc articulo loquuntur allegant, l. *cum unus*, §. *fin. ff. de bon. auth. jud. poſſ.* quæ lex loquitur de latronum incurſu, cum quibus non proprie bellum dicitur, *l. hoſtes, ubi glo. & Bar. ff. de captivis*, & ita firmat *Jaſon. dict.* l. 1. *nu.* 97. *in fin.* contra *Ang. ibi col. pen.* & rationem habet, quia ſive bellum ſit juſtum, ſive injuſtum, ſive latronum incurſus, & vis major, ſemper militant argumenta, & rationes de quibus ſupra, ergo, & idem jus probat. *l. noſtra Regia dict. tit.* 61. *in nov. d. tit.* 27. *lib.* 4. *ibi, ou por hoſte de imigos, ou por aſſuada doutros homens que os deſtroiſſem.*

Procedet, & ſecundo ſine dubio, ſi fuerit magna penſio fructibus reſpondens: tunc enim quia pro locatione habetur, (ut vulgo traditum eſt, & ſupra diximus num. 11.) merito ex cauſa belli fiet mercedis remiſſio, ſicuti in locatione, *l. ſi merces*, §. *vis mayor, ff. loca.* & ita voluit *Card. dict. cap. potuit. quæſt.* 39. *in fi.* cui accedit *Barb. nu.* 17. *in fin.* voluit quoque *Bal. dict.* 1. *col. pen. verſ. quæro an propter in fin. Rom. dict.* §. *quod ex naufragio, & Meder. Pariſ. Capola. conſ. civili* 25. *nu.* 20. Sed, & ſi dubitetur de hoſtiũ diſceſſu,

discessu, & fine belli, adhuc tamen fiet interim remissio, argu. *l. juris peritos in fin. ff. de excu. tutor.* & eorum quæ tradit *Ripa. de peste. 2. par. nu.* 132.

Rursus, & propter belli metum, sicuti, & propter bellum ipsum debet fieri remissio pensionis, & ita respondit *Anch. cons.* 88. præmissa facti serie *nu.* 3. *Imol. cons.* 7. *de locato, col.* 2. quia ut inquit Seneca relatus ab *Anchar.* prior est bello timor ipse belli, sequitur *Alex. l. divortio in prin. n.*8. *ff. solu. matri. Jason. l. clā. possidere, §. qui ad nundinas nu.* 34. *ff. de acqui. poss. Boeri. decis.* 249. *nu.* 7. *Ripa.* ubi supr. *nu.* 134. *Grego. l.* 22. *tit.*8. *par.*5. *Deci. cons.*311. *col.* 1. *Jason. Deci. Alci. n.* 11. & novissime D. *Anto. Menez. in l.* 2. *numer.*10. *C. de transact.* quo tex. etiam nititur *Anchar.* sed adde alium optimum *l. pedius in prin. & l.* 1. *§. si suspicio, ff. de incend. l. habitatores, §.* 1. *ff. locati.* ibi, *si justa causa fuisset cur periculum timeret* & ibi latissime *Fulgos.*

Adde tamen, eum qui propter belli timorem migrat, debere hoc prius domino denuntiare, *l. item quæritur, §. exercitu veniente, ff. locati, notat Jason. l. si ex legati n.* 14. *vers. sexto signanter, ff. de verb. Ripa* ubi supr. *fol.* 4. *numer.* 23. quod si non denuntiaverit, cum potuerit, tenebitur domino ad damna sequuta, *d. §. exercitu* ubi *Fulgos.* & alij, si modo denuntiatione facta dominus posset illi malo obviare, & sic in aliquo pro futura esset denuntiatio, arg. ejus quod circa evictionem tradit. *Imol. c. fin. ad fin. de ept. Alex. l. non solum, §. morte col. pen. ff. de novi oper.* nam id ipsum est quoad petendam remissionem mercedis, non concederetur enim remissio denuntiatione non facta domino, si modo pro futura foret, quia dominus posset calamitati obviare, ut bene tradit *Ægid. Bossi. tit. de remiss merce. n.*52. & secundum hæc debet declarari tex. *d. §. exercitu, & Ripa* ubi supra, qui simpliciter remissionem denuntiatione non facta concedunt, & *Bapt. in l. diem functo. quæst.* 40. *ff. de offi. asse.* qui denuntiationem fieri ex consilio admonet, immemor dict. *§. exercitu,* nec sufficeret in casu necessariæ denuntiationis sola scientia domini, quia lex requirit denuntiationem in dict. *§. exercitu, ibi, si domino non denūtiavit, & migravit,* cum scriptis *Bar. Angel.* & omnium in *l. qui absentem, ff. de procuratoribus. Bar. l. denuntiasse in prin. ff. de adulter.* facit *Ordi. lib.*3. *tit.*30. *§. outro si, in nov. tit.*45. *§.* 2. *ibi, posto q̄ o autor nomeado fosse sabedor.*

Limita supradictam opinionem communem, sic ampliatam, & declaratam, primo, nisi emphyteuta suscepisset in se casum fortuitum belli (licet enim emphyteutæ se obligare ad hujusmodi casus, ut est tex. in terminis: *in l.* 1. *C. hoc tit. vers. in quo cuncta,* & alias tradit *Ripa* ubi supra *ex numer.* 67.) unde quotidie in instrumentis tales casus suscipiuntur, & valet obligatio, nam si valet pactum, ut licet res penitus intereat, nihilominus pensio solvatur, ut diximus numer. 1. quanto fortius, ut licet bellum contingat. 14

Secundo declara, nisi consuetudo regionis sit, ut etiam eveniente bello solvatur pensio, quia minime sunt mutanda, &c. *l. minime, ff. de legib.* & conventiones partium à consuetudine regionis regulantur *l. sæpe in stipulation.* ubi *Deci.* & alijs, *ff. de reg. jur.* & in locatione tex. *in l. circa, C. loca. Alberi.* loquens de consuetudine *Lombardie, in l. licet nu.*2. *eodem tit. Cæpol.* ubi sup. *col. fin.* 15

Tertio declara, nisi pensio fuerit modica, puta unius numi, quia tunc non remitteretur etiam propter belli causam, ut voluit *Cæpola* ubi supra *numer.*20. *vers. tamen* fuit semper in ista sententia. *Card. cap. ultimo de loca. quæst.* 39. *Roma. in alleg. §. quod ex naufragio Bal. l.*1. *col.* 2. *vers. quæro an propter in fin. C. hoc tit.* & *Moder. Pariſi.* Sed hæc limitatio displicet, si enim asserimus propter bellum pensionem non deberi, quia re frui non licet, hoc jus ne debeatur, tam in magna quam in modica pensione locum habet, nec enim in modicum jus definit operari, *l. & in mayoribus, C. de appel.* late *Deci. in cap. de appellationibus.* 16

Quarto declara, nisi bellum esset motum culpa ipsius emphyteutæ casus enim 17

quem

quem culpa antecedit non liberat l. *si ut certo*, §. *sed interdum, vers. cæterum, ff. commoda* ubi *glos.* & scrib. & *l. in rebus eod. titul.* l. *si nulla culpa Cod. de pign. act. Paul. l. si eum*, §. *qui injuriarum, num.* 3. *ff. si quis caut. Afflict. decis.* 13. *nu.* 17. *Ripa* ubi supra *de peste* 2. *par. nu.* 39. *& num.* 40. ubi ampliat ad culpam famaliaris, non enim fit remissio conductori impedito, uti frui ex facto proprio *l. si in lege*, §. *si dominus, l. dominus*, §. *fin. ff. loca. Bart. l. si uno*, §. *item cum quidam vers. secundo casu, ff. illo titul. intellige*, si modo culpa fuerit ordinata ad illum casum, *l. non omn., ff. de statu libr.* & ordinatam intelligo quando ex culpa casus immediate sequitus est, ut *dict.* §. *cæterum*, ibi *minus diligenter ab ipso ligatæ, vel funium perticarumque vetustate, &c.* & confirmatur, hæc limitatio ex scriptis *Bart. in l. fin. merces*, §. *vis maior n.* 6. *ff. loca. & in l. nam, & servius, in prin. ff. de nego. gestis, & in l. Aristo. in fin. ff. de donat.* atque harum quatuor declarationum meminit trãscursim *Jason. d. l.* 1. *n.* 52.

18 Declara quinto per eundem ibi, numer. 98. nisi tempore existentis, vel eminentis belli, vel in loco bellis subjecto quis emphyteusim accepisset, quod, & voluit *Alexan. dict.* §. *quod ex naufragio, ad fin. Deci. cons.* 312. *col. pen.* loquendo in locatione, & *Soci. cons.* 123. *col.* 2. *vers. pro his, lib.* 4. *Anani. cons.* 120. *bonus tex.* ad propositum *in l. quicunque* 1. *C. de fundo. part. libr. xj.* prout illum intelligit *Alex. cons.* 112. *col. fin. libr.* 1. & in casu pestis idem tenuit *Ripa* ubi supra *numer.* 36. ponens exemplum in eo qui conduxit in civitate limitropha, & iterum multo latius *in ead.* 2. *par. numer.* 41. cum sequentib. ubi alias decisiones doctorum adducit, & late *Ægid. Bossi.* ubi supra *num.* 84. ubi pulchre limitat *numer.* 85. ex *Areti. consil.* 140. sibi enim imputet, qui conscius periculi se periculo ingessit, l. *qui bona*, §. *de illo, ff. de dam. infec.* voluit fere in terminis *Bald. titul. de pace Const.* super verbo, *vassalli qui tempore, ij, & in l. si ea lege. col. fin. in quæst. de conductore gabellarum, Cod. de usur. Bart. l. si is a quo*, §. *fi. ff. ut in possess. Iacob. Auth. qui rem. nu.* 31. *C. de sacrosan. Eccle. facit* tex. optimus *in l. qui comeatus*, ibi, *dum tamen non tardius, ff. de re milit. l.* 2. §. *si quis tamen*, ibi, *ipse se actuaverit, ff. si quis cauti.* & quod ibi scribentes. Ex quibus subinfertur, quod si superveniret casus insolitus, & mayor quam esset tempore quo emphyteusim accepit, excusaretur emphyteuta, argument. eorum, quæ scribit *Salyc. l. quæ fortuitis de pin. act. & in l. licet. col.* 2. ubi latissime *Bald. col.* 2. *& Alex. ad eum, C. loca.* per quos, ita scribit, *Beroi. d. cap. potuit col. fin.*

Declara sexto, nisi in instrumento em- 1
phyteutico renuntiatum sit omni legum auxilio per quod emphyteuta tueri se posset à præstatione canonis, tunc enim non juvabitur, etiam ex belli casu, ita *Alberi. dict. l. item quæritur*, §. *exercitu, ff. loca.* dicens quod ita obtinuit coram collegio Pergamensi, & quod ita servatur in Lombardia, idem *Alberi. l. licet* 2. *numer.* 3. *in fin. C. loca. Gozadi. consil.* 69. *num.* 20. & esse diligentissime notandum inquit *Jason. dict. l.* 1. *nu.* 98. *vers. & per ista Nicol. Bellon. cons.* 21. *num.* 4. *Capit. decis.* 86. *num.* 10. & novissime sequitur *Roland. à Val. cons.* 13. *numer.* 8. ubi plurimos effectus illius clausulæ, *omni legum auxilio, conglomerat.* & tradit etiam *per Parisi. cons.* 110. *ex nu.* 97. *lib.* 1. *Bertrãdi cons.* 103. *n.* 21. *& 24. lib.* 3. *Cravet. cons.* 290. *numer.* 5. *lib.* 2. Quod tamen intellige quando expresse promisit pensionem solvere, & remissionem aliquam non petere, & deinde renuntiavit omni actioni, & exceptioni, & legum auxilios ita enim loquitur *Alberi. dict. l. licet*, alioquin si simpliciter renuntiasset, nulla remissionis facta mentione, adhuc posset ex causa belli, & alijs similibus, remissionem petere, ut late probat *Beroi. quæst.* 125. per totam, quæ subdeclaratio valde mihi suspecta est, licet tanquam benigna sit sequenda.

Daclara septimo nisi bellum modico tempore duraret, *arg. l.* 1. *ad fin. C. hoc tit. & l. habitores*, ibi *paulo minus commodo ff. loca. & l. ex conduct.* §. *si vis vers.*

idem:

idemque dicendum. eo tit. tradit *Calca. cons.* 23. tunc enim absque dubio non est facienda remissio. Dicetur autem breve tempus, infra biennium, at vero longum, si duraverit per tres annos, vel ultra, secundum *Butri. in dict. cap. propter* quem sequuntur in effectu *Angel. d. §. adeo col. fin. & Moder. Galli.* qui tamen non recte circa tempus distingunt, eo ipso quod agnoscunt propter bellum remissionem fieri, nec sua opinio probatur aliquo jure, unde merito reprobatur ab *Imol. cap. potuit*, licet dicat notanda *Ana. ibi, nu.* 32.

20 Declara octavo, nisi emphyteuta exercitu veniente non restituerit, tunc enim tenebitur ad id quod interest domini, sicuti dicimus in conductore *d. §. exercitu*, ubi ita *Fulgos.* declarat *Bart. l. si uno, §. item cum quidam col.* 1. *vers.* 3. *casu. ff. locat. Ægid. Bossi. in tract. de remissio. merced. numer.* 51. & in istis casibus limitationum sustineri potest illorum opinio, qui adversus communem tenuerunt, ex causa belli remissionem pensionis non faciendam, quemadmodum *Alber. post antiquiores dict. l.* 1. *numer.* 7. quam sententiam in puncto juris veriorem esse, inquit *Iacobinus in dict. Auth. qui rem. numer.* 28. *C. de sacrosan. Eccle.* probant *Cuman. & Alexand. dict. §. quod ex naufragio. col. fin. Cardi. dict. cap. potuit, ubi Panor.* esse veriorem contendit *numer.* 18. & satis consentit *Beroi.* ibi, *numer.* 176. *& alij*, quorum meminit *Jas. dict. l.* 1. *ex numer.* 31. & in secreto juris verior mihi videtur, quia bellum absque dubio fortuita clades est, quæ substantiam non lædit, sed agriculturam ac fructuum collectionem, lex autem prima, *C. isto tit. & §. adeo inst. locati* in hoc tantum pedes figunt ad liberationem emphyteutæ, ut talis casus eveniat qui funditus rei ipsius interitum faciat, & sic rei substantiam omnino perimat, quod non contingit in clade belli temporalis, & juribus tam apertis ipse adhæreo, nec distinguendum puto, an modica sit pensio, vel magna, in quo totam vim faciunt *Mod. Parisi. in hoc articulo*, nec an bellum multo tempore duraverit dummodo spes fuerit belli finiendi, contra eundem, nec item distinguo inter belli cladem, & sterilitatem, ut bene sentiebat *Jason. d. l.* 1. *numer.* 96. *licet ibidem num.* 95. & rursus *numer.* 81. *cum seq. & in l.* 3. *§. in amittenda nu.* 6. *ff. de acquir. poss.* opinionem communem secutus, differentiâ constituat inter sterilitatem, in qua colere licuit, licet inutiliter, & bellum, in quo nec colere quidem licuit, confunduntur enim ista omnia ex decisione aperta *dict. l.* 1. *& dict. §. adeo.* Quanvis autem ipse hæc ita esse vera opiner, tu tamen communem opinionem non deseras, & ea retenta illud pro certo habeas cessante bello emphyteutam in antiqua obligatione manere, quia solum pro rata temporis quo fundus coli non potuit, remissio ei fit, *l. si fundus, ff. loc. Rom. cons* 432. *Tiraque. in reg. cessante causa* 1. *parte numer.* 42. & in locatione casu pestis contingente, ita resolvit late *Ripa de peste* 2. *par. ex n.* 19.

Limita tertio, nisi superveniat pestis, nam, & ex hac causa pensio emphyteutica remittetur, quod etiam fatebuntur ij qui præcedentem opinionem communem in casu belli sequuntur, cum eædem omnino rationes, & forsan plures militent in casu pestis, quæ in clade belli, ut voluit *Corneus cons.* 128. *numer.* 27. *lib.* 2. & ita videtur tenendum cum illis omnibus declarationibus, & limitationibus, quas in articulo locationis supervenientе peste tradit *Ripa ubi supra ex numer.* 17. *D. Covar. quæst. pract.* 30. *numer.* 3. *Ioan. Baptist. in rep. l. diem fundo num.* 56. *ff. de off. assess.* quanvis propter casum pestis non esse faciendam remissionem etiam à conductore, affirmat *Ægidi. Bossi. ubi supr. numer.* 181. *&* 88. faciunt scripta *Ripa ubi sup. numer.* 12. quod si emphyteuta propter pestem non solvit canonem in loco destinatæ solutionis excusatur à caducitate, & ita in facto respondit *Fulgo. cons.* 7. *incip. jam pluribus annis col.* 4.

Limita quinto, si propter malos spiritus supervenientes (quos lemures vocant) recedat quis à re emphyteutica, nam excusabitur à pensione, sicuti diximus

excu-

excusandum conductorem in articulo locationis *supr. quæst.* 22. *numer.* 7. Verius tamen puto contrarium, quia domus in qua hujusmodi phantasmata dicuntur ambulare, licet non serviat ad habitandum, alijs usibus poterit inservire, ad horrea, sc. & apothecas, sufficit particulam rei emphyteuticæ utilem manere, ut emphyteusis consistat, & pensio debeatur, *ut dict. l.* 1. *vers. fin.* Idque multo magis sine dubio crediderim, quando jam tempore concessionis emphyteuticæ fama sit illos mallos spiritus ibidem audiri, secus si emphyteuta hoc ignoret, quia quasi decepto, & nimis læso, juris remedijs succurretur, & hactenus de fortuitis casibus in emphyteusi.

De *sterilitate in fructibus rei locatæ.*

23 Videamus nunc de locatione, & in simplici colono, vel inquilino generalis est regula, quod propter sterilitatem contingentem in re, vel fructibus, pensio illis remittatur, l. *licet.* 1. *C. loca. l. si uno, l. ex conducto.* §. *si vis tempestatis, l. si merces,* §. *vis maior; ff. illo tit. cap. propter sterilitatem de locato,* & utrobique ones interpretes, lex *Regia lib.* 4. *tit.* 61. *in novis tit.* 27. *lex partit.* 22. *tit.* 8. *parti.* 5. & Dd. omnes inferius referendi. Ad cujus conclusionis declarationem, & totius materiæ intellectum, seu potissimum examinanda sunt *primum,* quando dicatur hæc sterilitas contingere, *secundum,* quotupliciter contingat, & possit allegari, *tertium* quare colonis, seu inquilinis ob sterilitatem remittatur pensio, *quartum,* qualiter facienda sit hæc remissio, *quintum,* quibus in casibus non sit facienda, *sextum,* an contingente nimia ubertate sit augenda pensio.

Quod primum, quando dicatur sterilitas, unus est casus indubitatus apud omnes, cum videlicet tanta calamitas accidit quod omnes omnino fructus substulit, *dict.* §. *si vis tempestatis vers. sed & si labes,* ibi *omnemque fructum. Ord. Regia lib.* 4. *tit.* 61. *in nov. tit.* 27. *in princ. ibi q̃ tolheſſe todos os fructos.* & l. *Castellæ* 22. ibi, *q. tollieſſe todos los fructos, tit.* 8. *p.* 5. *Sed* quid si non abstulit omnes fructus, sed partem aliquam fructuum, an tunc etiã dicatur sterilitas? Et quamvis *glos.* 1. *d. c. propter,* neget sterilitatem esse, nisi sit omnium fructuum, & etiam si minus dimidia contingat calamitas, communiter reprobata est secundum *Abb.* ibi *numer.* 12. per illum tex. sed quanta debeat esse ista pars fructuum quæ remansit, cum etiam eo casu quo supersunt aliqui fructus sterilitas dicatur, ut probat expresse *lex. Regia ubi supr.* ibi *alguna parte delles,* & *dict. l.* 22. ibi, *alguna partida dellos,* & defendit late *Fulgos. dict.* §. *vis maior n.* 7.

Variæ sunt opiniones interpretum, quia leges juris communis, nec Regiæ Hispaniarum non satis declarant, & inter alias, sunt tres opiniones communes, secundum quas judicatur sterilitas, ego transcursim pro maiori intelligentia eas attingam.

Et prima fuit opinio, hoc ex vulgi judicio censendum esse, ut si secundum usum, & consuetudinem illius loci, communi voce, & fama in eo loco, & regione pro competto habeatur, sterilitatem contigisse, (etiamsi aliqui fructus colligerentur) sterilitas judicanda sit, quasi de hac communi hominum existimatione contrahentes senserint, & ita *glos. d. l. licet,* ubi *Salyc.* testatur communem, & eam approbat *Gosr. Hosti.* & communiter Dd. secundum *Ioann. in dict. cap. propter* ubi quoque *Innoc.* & alibi *Dyn.* referente *Fulgos. dict.* §. *vis maior numer.* 1. ubi etiam statur esse communem, refert *Bart. in eodem* §. *vis maior, & in l. si uno,* §. *ubicumque, ff. loca. P. Raven.* in compendio *jur. canon. rubr. de locato. col.* 4. *Cardi. d. c. propter nu.* 2. communem etiam testatur *Ægid. Bosi.* ubi ponit practicam hujus primæ opinionis *in tit. de remissio. merced. num.* 1. & 10. *glos. in dict. l.* 22. * quod videtur intelligendum de communi opinione hominum in ea re peritorum, nam ea quæ est imperitorum non attenditur secundum *Bal. in l. fin. opp.* 2. *Cod. de hær. inst. Augus. Bero. in cap. naviganti nu.* 26. & 27. *de usuris* * sed non esse hanc omnino tutam probationẽ, licet in judicijs frequentem, & proficuam fatetur *D. Covar. in*

var. in quæst. pract. 30. *nu.* 1. Tu tamen adverte, quod si hæc probatio per vulgi opinionem fuerit generalis illius anni, infertur probatio, quod in fundo illo de quo agitur contingit sterilitas, nisi contrarium probetur. *Alber. in d.* l. *licet. col.* 2. ubi addit quod si in fundo de quo est contentio, in specie, vulgaris opinio sit sterilitatem contigisse, tunc poterit probatio esse efficax, licet *Bossi. ubi supr.* hanc primam opinionē omnino reprobaverit.

Secunda fuit opinio *glos. in l. si uno, ff. loca.* quam etiam communem profitetur *Gregor. d. l.* 22. *& Bossi. ubi supr.* eleganter declarans, quod tunc dicatur sterilitas quando conductor non percepisset dimidiā illorum fructuum, qui soliti sunt percipi, & ex illa *glo.* ita colligit, & probat *Imol. d. cap. propter col.* 2. & ibi *Anto.* sequitur *Bald. d. l. licet nu.* 2. *Azo. in Summa de locato. §.* 1. *vers.* item agitur *Alexand. consil.* 107. *n.* 22. *lib.* 3. *Gigas de pensionib. quæst.* 26. *nu.* 18. *Ioan. de amic. cons.* 142. *n.* 4. voluit *Fulgos. in d. §. vis maior.* ut ponderat *Corne. dict. cons.* 128. *n.* 26. secundum quem, potest ista opinio defendi, quando illa portio minus dimidia fructuum solutorum, tam modica sit quod non ascendat ad dimidiam pensionis conventæ.

Tertia fuit opinio, quod sterilitas etiam dicatur contigisse, quando damnum in tertia parte fructuum acciderit, ita *Ioan. Andre. & Abb. nu.* 13. *in dict. cap. propter & quidam alij. Bart.* vero *in dict. l. licet* hanc opinionem non scripsit, licet eam illi tribuat *D. Covarr. ubi supr.* sequitur hanc *Bossi. ubi supr. colūn.* 2. declarando quod pro rata tertiæ, quartæ, quintæ vel deinceps sit facienda remissio, deductis prius impensis, quasi damnum tertiæ partis, & deinceps sufficiat ad remissionem, quod vix defendi potest, cum lex postulet damnum intolerabile, ut *dict. §. vis maior.*

Quartam opinionem, seu doctrinam posuit *Bart. d. l. si merces, §. vis maior nu.* 6. ut sterilitas intelligatur quando deductis impensis, nihil de fructibus colono remanet, cui accesserunt *Aret. cons.* 52. *col.* 2. *Pet. Paris. cons.* 38. *col. pen. libr.* 1. sed hæc frequentius reprobatur *à Panor. num.* 13. *p. tex.* ibi *Imol. & Capr. d. cap. propter. Paul. d. l. ex conducto, §.* 1. *nu.* 5. *Fulg. d. §. vis maior. nu.* 3. per tex. ibi, qui utitur verbo, læsi, non vero consumpt. *Covar. d. loco n.* 1. *ad fin. Alexand. Nevo. in cons.* relato ad literam per *Gyga. ubi supr. n.* 16.

Quinta fuit opinio *Jacob. Raven. Cyn. Belapert. & Bart. d. l. licet. Cod. loca.* qui docuerunt sterilitatem intelligi, quando tam modicos fructus ager tulit, quod solvendo pensionem remanet deceptus colonus ultra dimidiam justæ mercedis, ut quia habet in fructibus minus dimidia justæ mercedis, veluti fundum conduxi pro decem modijs, & deductis semine & impensis nō remanent nisi quatuor, si enim decem solvere cogendus sim, manerem læsus ultra dimidiam, & ita inquit *Bart.* quod debet intelligi ista materia, & quod nunquam dixit, nisi tunc, sequitur ibi *Bald. numer.* 11. & probat idem *Bart. in l. si uno §. ubicunque ff. loca. in fin.* & hanc opinionem dicit rationabilem *Paul. l. ex conducto §. si vis tempestatis nu.* 5. *ff. locat.* sequitur *Ant. nu.* 13. *Ancha. col* 4. *& Imol. in d. c. propter. Steph. Bertran. cons.* 179. *lib.* 6. *col.* 2. *Alex. cōs.* 3. *n.* 6. *& cons.* 112. *lib.* 1. *& cons.* 107. *n.* 18. *lib.* 7. *& cons.* 307. *nu.* 18. *lib.* 3 *Corne. cons.* 128. *n.* 26. *li.* 2. *P. Pari. cons.* 38. *nu.* 23. *lib.* 1. *Lud. Gozadi. cons.* 84. *n.* 2. *Ant. Capit. decis.* 88. *n.* 1. *Gygas testatus cōmunē de pensiō. quæst.* 66. *n.* 13. *Ripa de peste* 2. *p. nu.* 25. *Ant. Gomez. de cōtract. c.* 3. *n.* 18. & esse hanc opinionem magis communem scribunt *Aret. cons.* 52. *num.* 2. *Gozadi. cons.* 74. *col.* 1. *Soci. Jun. cons.* 68. *nu.* 9. *l.* 2. *Hyero. Gra. cons.* 161. *n.* 5. *lib.* 2. *D. Nav. in Manual. c.* 17. *n.* 187. *D. Covar. d. c.* 30. *Pynel. l.* 2. *Cod. de rescin. vend.* 1. *par. c.* 3. *nu.* 11. *Grego. late l.* 22. *tit.* 8. *par.* 5. dicens hanc opinionem communiorem *Ægid. Bossi.* in *tit. de remissi. merced. conductor. numer.* 4. ubi qualiter, & quando articulādū sit de pretio, & *n.* 8. *Mench. lib.* 3. *controver. frequent. cap.* 54. *n.* 3. ubi, & alios citat, qui omnes hāc *Bart.* receptam opinionem intelligunt, ut antequam fiat ista computatio dimidiæ deducantur, prius semen, & impensæ de fructibus, quia re-

gula

gula est, quod fructus non intelliguntur, nisi deductis impensis, *l. fructus, ff. solut. matr. l. 1. Cod. de fruct. & lit. expen.* plenissime *Tiraq. 1. retract. pag. 425.* & si post factam diminutionem impensarum, reliqui fructus non ascendunt ad valorem, medietatis pensionis, seu ad dimidiam pensionis, quam conductor solvere tenetur, facta æstimatione secundum valorem fructuum tempore collectionis secundum, *Imol. d. c. propter col. 3. ad fin. eum seque. Fulgo. d. §. vis maior. Boss. ubi supr. num. 9.* tunc erit sterilitas digna remissione, secundum sententiam magis communem, cui nimium favet *Cayus* J. C. qui exigit damnum esse intolerabile, ut patet in *d. §. vis maior*, ibi *l. si plusquam tolerabile est, & text. in dict. cap. propter*, ibi *magno incōmodo*, quæ jura cum *Fulgos. dict. §. vis maior. numer. 9.* expendit optime *Corne. dict. nu. 26.* qui etiam hanc communem, opinionem ita demum procedere declarat, quando valor fructuum non ascendit, ad dimidiam pensionis, propter fructuum exiguitatem, quia sunt percepti minus dimidia, secus si propter pretij viliditatem, aut quia pensio fuit à principio excessiva, sequitur hanc declarationem *Bossi. ubi supr. numer. 6.* & est multum notanda. ¶ Attē de autem quod prædicta communis opinio utitur argumento, *l. 2. Cod. de rescind. vend.* ad mensurandam læsionem, ad hoc ut dicatur magna, & intolerabilis, non vero ad paritatem rationis: dispar enim ratio est, quoniam *dict. lex 2.* nititur in injustitia pretij tempore contractus, auxilium vero ex sterilitate, habet respectum ad præsentem læsionem.

¶ Rursus attēde quod allegata *l. licet*, verbo, *bona fide*, qua nititur *Bart.* ibi non respicit *ad l. 2.* quæ non dum erat condita, sed ad bonam fidem, quæ non patitur quem cum aliena jactura tantopere locupletari, cum idem damnum passurus esset, si ipse per se fundum coleret.

Sexta fuit opinio *Iacob. Butricar.* qui an sit sterilitas digna remissione, relinquendum esse judicis arbitrio existimavit, jam quod jure non reperitur satis declaratum, & huic sententiæ accessit *And. Sicul. dict. cap. propter num. 24. ex sententia Bald. in l. 1. Cod. si adverſ. vend. pig.* refert *Belon. cons. 21. in fin.* confirmat late *Bossi. ubi supra num. 12.* idque etiam *Fulgos. dict. §. vis maior. col. 1. & 2.* libenter agnoscit, & libentissime *D. Covarr. dict. cap. 30.* dūmodo judicis hoc arbitrium instruatur ex opinionibus interpretum in hac materia, & primo ex vulgi opinione communi, nam si hominum communis opinio judicat annum esse sterilem, ita etiam judex arbitrium suum interponet, ut placuit ijs qui priorem opinionem communem sequuti sunt. Quod si de hominum communi opinione non constiterit, recurret ad quartam opinionem, & si valor fructuum deductis impensis non ascenderit ad dimidiam pensionis, etiam sterilitatem contigisse absque dubio judicabit, quod ante eum *Fulgo. & Corne. ubi supr.* admonuerunt.

Et hactenus varietas interpretum circa dubium istud, quando dicatur sterilitas contingere. Ex quibus colligitur quod prima, & quinta opinio sunt magis communes, & receptæ ad judicandam sterilitatem, & secundum eas debet declarari tex. *dict. cap. propter* in verbo, *magno incommodo, & in dict. §. vis maior, vers. plusquam tolerabile est.* Et inde etiam deduci debet intellectus ad *legem Regiam nostræ Lusitaniæ libr. 4. tit. 61. in no. tit. 27. §. 1.* ibi, *alguma parte delles, & ad legem Castellanā Partitarum 22. de qua supr.* ibi, *alguna partida dellos*, ut pars illa quæ manet colono post calamitatē fructuū, debeat esse tam exigua quod ea non obstante, secundum vulgi communem sententiam, sterilitatem in eo loco fuisse dicatur, vel quod facta collatione mercedis, & fructuum reperiatur læsio ultra dimidiam, secundū illas duas receptiores opiniones, quas primo, & quinto loco commemoravimus, & ita optimo (ut solet) judicio ad suam legem Castellæ scripsit *D. Covar. dict. cap. 30. & Gregor. ad eandem legem* super verbo, *alguna*, expendens verbum illud, juncta traditione *glos. Clem. 1.* verbo, *aut earum parte, ne for. comp.* quæ docuit, si alicubi fiat mentio partis, cum 24

illa

illa adjectione, aliqua verificari in parte minus dimidia, quam doctrinam infinitis propemodum authoritatibus exornat *And. Tiraquel. in leg. si unquam, verbo, omnia vel partem aliquam numer.* 14. *Codic. de revoc.donat.& num.* 15. multa jura allegat quæ inductio etiam nostræ legi Regiæ adaptatur, ibi, *alqūa parte*, & ita manet expeditus primus articulus quando dicatur contingere sterilitas.

Addit tamen *D.Covar.dict. quæst.* 30. *in* Granatensi Pretorio practicari, in hujusmodi quæstionibus sterilitatis, quoties probatio sterilitatis, & impensarum est ambigua propter testium varietates, quæ de sterilitate testificantur, aliter, & aliter arbitrio judicantium remissionē fieri pro ratione tertiæ, vel quartæ, posthabitis opinionibus juris communis, quam practicam æquissimam arbitror.

45 Quoad secundum articulum, quotupliciter possit sterilitas accidere, colliges octo exemplo ex text. *leg. ex conducto*, §. 1. & *in* §. *sed, & utendo*, & ibi *glos. & Bald. in fin. & ex* §. *fin. ff. loca.* ex text. etiam in l. *licet.* & ibi *glos.* verbo, *lue, & leg. excepto. C.loca.* & sigillatim recēset *Bossi. in titul. de remess. merced. num.* 37. & sunt propemodum infiniti secūdum varias naturæ vices, qui unico verbo vis mayoris cui resisti non potest, clauduntur, ut dict. §. 1. & appellantur casus isti fortuiti, ex sententia omnium in præcitatis locis, tradit in specie *Alex. leg. sed siquis*, §. *quæsitum ad fin. ff. si quis caut. Cæpol. cons.* 33. *colūn.* 3. & congerit multos ex fortuitis casibus, *Bossi.ubi supr.num.* 72.

Hi autem casus ad petendam remissionem vario modo allegantur secundum *Alberi. dict. leg. licet.* interdum enim allegatur sterilitas fundi, & non anni, quia sc.annus generaliter non fuit sterilis, sed ille fundus duntaxat de quo agitur, ut sæpe accidit, & tunc sine dubio habetur ratio conductoris, & fit remissio mercedis dict. *leg.licet, l. ex conducto*, §. *si vis, &* §. *sed, & si labes, leg. si uno*, §. *ubicunque, ff. locati leg. excepto, Codic. loca.* sed isto casu non est necessaria probatio per vulgi opinionem secundum *Alberi. dict. lib. licet col* 1. imo per testes deponentes de quantitate fructuum illius fundi, quod non ascenderunt ad dimidiam pensionis. Non negarim tamen etiam hoc casu, multum proficuam esse probationem de vulgi opinione circa sterilitatem in ea regione, nam inde infertur per argumentum à communiter accidentibus, ad locum de quo agitur, dicetur etiam sterilitas fundi, si allegetur fundi incendium non coloni culpa, sed casu omnino fortuito contingens, habebitur enim ejus ratio, ut *dict. l. ex conducto*, §. *cum quidam fundum, de quo infra latius.*

Interdum, & secundo allegatur generalis sterilitas anni, & inde colonus vult inferre ad sterilitatem sui fundi, & hujusmodi probatio etiam valet, quia à communiter accidentibus recte probamus, & transferimus onus probandi contrarium in adversarium, juxta *glos.* celebrem, *in l. nec naturales, Cod. de probat. notat. Rom. ling.* 397. *Alexan. cons.* 37. *n.* 2. *libr.* 7. *Soci. cons.* 63. *col.* 1. & 2. *libr.* 1. præsumitur enim ex quo fuit anni sterilitas generalis, quod fuerit etiam illius fundi, ad quod sufficiet probatio per vulgi opinionem, ut remissio fieri debeat, nisi in specie dominus probet contrarium, sc. fundi sterilitatem non fuisse, licet fuerit anni: tunc enim non teneretur ad remissionem mercedis, quia ut cordate inquit *Alberi.* omnes leges in ista materia, si cum judicio inspiciatur, de sterilitate fundi loquuntur, & non anni, necessaria autem est probatio sterilitatis anni, quando allegaretur contigisse in loco remoto, & à multis annis retro, tunc enim non facile reperiuntur testes de individuitate.

Interdum vero allegatur insimul, & anni, & fundi sterilitas, & in ea specie, si probetur sterilitas fundi, non est necessaria probatio sterilitatis anni, quia (ut diximus) leges de sterilitate fundi duntaxat loquuntur, & curant, non de sterilitate anni, imo licet dominus uberratem anni probet, nihil sibi proderit ratione prædicta, ex sententia *Alberici ubi supr. colūn.* 2. *vers. tertio* casu nec hoc du-

bium habet, quia generi per speciem derogatur, ut vulgare est.

Interdum autem: & quarto colonus allegat fructuum paucitatem, seu exiguitatem, qui tamen ascendunt supra dimidiam pensionis, & tunc non dicitur sterilitas, ut resolvimus in superiori articulo, & consequenter non est locus remissioni, ut probant omnia præcitata jura in sensu contrario, tradit *Alberi. dict.* l. *licet*, col. 2. *latius Fulgos. dict.* §. *vis mayor nu.* 11. *vers. secundus casus. Stepha. Bertran. cons.* 279. *col.* 2. *lib.* 6. *Gozad. cons.* 74. *numer.* 4. & concors est omnium (quorum supra mentionem fecimus) opinio per tex. expressum *in l. si uno*, §. *cum quidam*, §. *loca. cum quidam, inquit de fructuum exiguitate quæreretur non esse rationē ejus habendā rescripto divi Antonini continetur, & c. modicum enim damnum* (inquit *I.C. æquo animo ferre debit. colonus, cui immodicū lucrū non auferetur, d. l. si merces*, §. *vis mayor ff. loca.*

Quandoque vero, & quinto, colonus allegat sterilitatem ex vitio ipsius rei, & tūc distingendum est, an adsit culpa coloni, vel nō adsit, ut in d. c. proptet, & ibi *glo.* & Dd. cōmuniter de locato. *Hostien. de loca. nu.* 7.

Aliquando, & sexto ex vi extrinseca, uti belli, vel pestis, & tunc sine dubio fit remissio, ut late per *Ripam de peste* 2. *par. fol.* 6. *Bossi. latissime ubi supr. n.* 40.

Sed, & septimo aliqui allegant totius fundi interitum, ut quod terræmotu ita corruerit, ut nusquam sit, & tunc absque dubio damnum domini est, qui præstare agrum conductori tenetur, ut frui possit *l. ex conducto*, §. *sed si ager. ff. loca.* ubi notant scribentes. *Alberi dict. l. licet*, col. 2. *Bart. dict.* §. *vis mayor col. etiam* 2. *Hostien. ubi supr.*

Aliquando, & octavo allegatur casus in fructibus jam collectis. Sed de hoc plene infra *n.* 50. & 51.

Et in hac materia non distinguas inter vim divinam, & humanam, ut fecit *gl. dict. l. ex conducto.* qui confunditur per tex. ibid. in §. 1. *ibi, aut incursus hostiū fuit*, ut advertit *Fulg. dict.* §. *vis mayor. n.* 12. & in *dict. l. ex conducto n.* 1. *Bal. l. damnum. C. locata.*

Quod tertium articulum; quare pensio propter sterilitatem fructuum colonis 28
seu inquilinis remittatur, dubitari contingit: quia videmus periculum rei ad emptorem pertinere, simulatque contractus emptionis perfectus est, etiam antequam traditio intervenerit, aut emptor dominus factus fuerit, *l.* 1. *C. de peri. & com. rei ven. l. necessario, ff. illo tit.* §. *cum autem inst. de empti. Ord. lib.* 4. *tit.* 31. *in nov.* tit. 8. *in prin.* quod ipsum in locatione videbatur statuendum cum ad instar venditionis sit, ut *in prin. inst. loca l.* 2. §. *eod.* & vix est, ut concludens ratio reperiatur, nam *Bart. magno*, contra morem, multiloquio *in l. uno* §. *item cum quidam col.* 4. *ff. loca.* ubi quoque *Fulgos. n.* 4. visus est æquare locationem venditioni, ut difficultatem tolleret, & clarius quam alibi tres rationes ad hoc congerit *Bart. in q.* 4. *incip. publicamus. numer.* 8. quarum duas retulit *Deci. cons.* 312. *col.* 1. *Bald.* vero aliam differētiæ rationem ponit, *in rubr. nu.* 7. *de peri. & com. rei ven. Paul. Cast. in d. l. ex conducto* §. 1. *nu.* 3. *& in d.* §. *item cum quidam.* rationem quoque adjungit, quæ habuit ortum ab scriptis *Bart. l.* 1. *C. isto tit. opp.* 1. *ubi refert. Jas. n.* 13. aliā quoque rationem posuit (*ym.* quam probat, *Fulgo. d.* §. *item cum quidam nu.* 4. qui, & aliam scribit *in d.* §. *item cum quidam numer.* 4. & rursus aliam ponit *in d.* §. *vis mayor nu.* 9. *sed, & aliam Saly.* 1. *licet, opp.* 2. *C. loca. Anto. Gomez.* vero, *de contractibus cap.* 3. *nu.* 18. rationem suam cum hac *Saly.* conjungit, sed, & alia scriptam reperio, quod locator est dominus fructuū antequam colligantur ex fundo *l. si apes, ff. de furt.* & jam diximus *qu.* 20. *numer.* 14. & ideo casus sterilitatis contingens ad ipsum dominum pertinet, qui res domino suo, perit. *l. pignus C. de pign. act.* quod & voluit *Bal. l. licet. opp.* 3. & scripsit *Fulgos. l. ex conducto nu.* 1. qua ratione attenta, ad venditorem, antequam tradat, periculum debebat pertinere, & non ad emptorem, quod est falsum juribus præallegatis & cum rationes fere omnes à citatis interpretibus allatæ concludant, remittendam esse pensionem pro rata fru-

fructuum, etiam in casu contingentis sterilitatis, quod est plane falsum, merito illas ut scriptæ sunt non sequor. Et illam rationem magis probo, quod periculum contingens post contractum vendicionis spectat ad emptorem, quia res vendita debetur emptori sicuti species, *l. nec emptio. ff. de contr. empt. Iacobi. Concena. lib. 4. quæstionum, cap. 13. num. 6.* & speciei debitor, ea peremta vel aliter sine sua culpa diminuta, liberatur *l. quod te, ff si cer. pet.* cui consequēs est, ut emptori damno sit: at conductori non debetur res, ut sua sed patientia usus rei, *l. ex conducto in princ. & §. sed si ager.* tradit *Sylva. consi. 11.* unde merito periculum ad rei ipsius verū dominum spectat, uti voluit *Bart. l. 1. C. hoc tit. opp. 1.* Nec obstat quod attenta hac ratione (in quam fere omnes aliæ relabuntur,) quod vis damnum, etiam modicum, deberet domino incumbere: jus enim ita rem tempetavit, ut modicum damnum æquo animo fere debeat colonus cui immodicum lucrum non aufertur dict. *l. si merces, §. vis mayor, ff. loca.* & modicum dicitur quod est infra sterilitatem, ut superius scripsimus.

27 Et ex his infertur ad quæstionem pensionarij utrum teneatur remittere pensionem beneficiario ratione sterilitatis cotingentis in fructibus beneficij? In quo articulo frequentius resolutum est, faciendam remissionem, si pensio imposita est super fructibus beneficij, & taxative, secus si demonstrative, ex consilio *Pauli. Castr. 338. num. 3. lib. 1. Felin. cap. ad audientiam ij. num. 7. de reser. Baptist. de pensio. quæst. 16. num. 4. Gygan. q. 62.* ubi limitat. sed cum stilum curiæ sit quod semper taxative imponantur fructibus beneficij, ut per *Gygant. ubi supr. num. 6. Deci. cons. 156. num. 4. sequitur quod erit semper locus allegationi sterilitatis, quæ ita computabitur, ut prius de fructibus deducatur congrua sustentatio beneficiarij, (nec enim ultra quam facere potest,* tenetur c. *Odoardus*, ubi omnes de solu. & in specie nostra *Roma. cons. 369. numer. 30. Baptist. ubi supr. num. 3. Paul. Roma. de pensio. quæst. ult. numer. 3. Gigas. quæst. 62. numer. 23.*) & si de fructibus non supersit valor qui ascendat ad solvendam dimidiam pensionis, debetur sterilitas, attenta communi opinione de qua *supr. num. 24.* & remittetur pensio pro rata, alioquin solvere tenebitur pensionarius.

Veruntamen ista mihi non placent, quia longe distat beneficiarius, qui usufructuarij instar habet juxta *glos. c. præsenti de off. ord. libr. 6.* & est dominus fructuum ut resolvit. *D. Soto libr. 10. de just. & jur. quæst. 4. art. 3.* à conductore simplici, qui solam personalem actionem habet, & finito tempore tenetur domino rem dimittere, ad quod non tenetur beneficiarius, quia jus habet in beneficio perpetuum, donec vixerit, ut docebat *Dominus Navar. in rubr. de præb. post Feli. in cap. in nostra num. 9. de reser.* unde non est par ratio, ut illi concedamus beneficium juris, ratione sterilitatis, sicuti concedimus conductori, imo, & æquandus videtur emphyteuticario, cui nō conceditur. *l. 1. C. jur. emphy.* Placet igitur practica curiæ, ut ratione sterilitatis non concedatur remissio pensionum, sed nec ut retardetur solutio, quam opinionem confirmat *Gygas, ubi supr. pag. 104.* & ibi refert integrum consilium *Alexan. de Nevo*, qui ita magna authoritate respondit, & nunc habetur in ejus libro recens impresso consiliorum; quod si pensio sit imposita super titulo beneficij, non super redditibus nullam esse faciendam remissionem ratione sterilitatis, respondit per integrum *consil. 83. Ludovi. Gozadi.* sed cum pensio sit quid temporale secundum *Caie. in opusculo xvij. respon. 10.* non puto quod super *titulo beneficij* imponi queat argum. *cap. ex multis 1. quæst. 3. cap. ex diligenti. de symon.* & suspectum est mihi præfactum consilium.

Alia ratio est decimæ Pontificalis, 28
ad eam enim non tenebuntur clerici, qui propter hostium incursum, aut aliam quanvis magnam luem non potuerunt fructus colligere, quia illam æquitatem debet admittere censitor, ut eum qui

certis ex causis frui non potuit, relevet, quare, & si agri portio chasmate perierit, debebit per censitorem relevari, ut est elegans *text. in forma. §. illam æquitatem, ff. de censib.* per quam ita determinat *Bald. l. acceptam. in fin. C. de usur.* sequitur *glos. nova verbo, totdos los fructos, in l. 22. tit. 8. part. 5.* ultra quos illa hujus rei ratio est, quia decima Pontificalis est tributum reale quod rem sequitur, & re deficiente minuitur ipso jure, *l. 2. C. de alluvion. & palud.* ubi omnes *Dd. in l. 1. C. isto tit.* & sic longe defferta locatione, & emphyteusi, ut palam est. Conducit autem hoc ad præsens charitativum subsidium à Rege nostro Ecclesijs, & Regni clericis impositum, conferunt etiam quæ scribit Roma. *dict. cons. 369.*

29 Circa quartum articulum, qualiter sit facienda remissio pensionis, in casu contingentis sterilitatis, illud constitutum habeas, quod conductor non ad quod sua interest consequi debet, sed duntaxat mercedis exonerationem pro rata, ut *l. si uno. §. ubicunque. ff. loca.* Item pro rata solius illius anni, quo sterilitas contingit nisi talis sit calamitas, quæ faciat prædium ad multos annos sterilem, tunc enim omnium illorum annorum habenda est consideratio, veluti si aquarum pro fluvijs ager sit arena multa inspersus, ut in Tago, & Monda contingit, ut recte consideravit. *P. Conan. libr. 7. comment. jur. civil. cap. 15. numer. 15. Ægid. Bossi. ubi supr. post Bart. l. si uno. §. item cum quidam col. 1. ff. loca. Soci. cons. 88. col. fin.* Sed, & quod dixi, remissionem illius duntaxat anni sterilis, & pro rata esse faciendam, intelliges, quanvis locatio sit ad plures annos facta, vel plures menses, solum enim pro rata cujusque anni, vel mensis fiet, quanvis enim talis locatio etiam pro pluribus annis sit una, licet destributa per singulares præstationes, secundum *Bar. l. si servus communis. Mevij. §. fin. in fin. ff. de stipula. serv. & in l. si ex toto, §. fin. ff. de leg. 1. ubi Imol. Bart. in quæst. 4. publicanus numer. 5.* & est communis opinio, ut late per *Bossi. in tit. de remiss. merce. numer. 23. probat tex. l. si uno, ff. loca, & Ordin. nostra in dict. tit. 61. in nov. tit. 27. §. 1.* ibi *nos outros annos do arrèdamento*, & consequenter videbatur quod totius temporis esset habenda ratio, ut si ad septennium res sit locata, fiat computatio fructuum omnium septem annorum, & hoc respectu intelligatur an contigerit sterilitas, adhuc tamen contrarium dicendum est, qui quoad effectum remissionis faciendæ propter sterilitatem, considerantur à jure singulares illæ, & divisæ præstationes, de quibus inter partes conventum est, & quo ad hunc effectum ut statim fiat remissio, dicuntur tot esse locationes quot sunt termini ad solvendum, non alias, & ita *Bossi. dict. numer. 23.* & est de mente mayorum interpretũ, licet non ita clare explicent, voluit enim *Alexand. cons. 3. numer. 11. in fin. libr. 1. Corne. cons. 12. col. 1. libr. 4.* & passim omnes remissionem ob sterilitatem concedentes conductori plurium annorum, & singulis annis, vel mensibus solvere obligato, & ad hoc debet reduci *Bart. in dict. quæst. publicanus col. 4. vers. non obstat.* quod pretium unum, alias videbitur sibi adversari ijs quæ scripsit in *dict. l. si servus communis, §. fin.* & cavendum est ab *Anchar. cons. 402. numer. 5.* in hoc articulo male sentiente. Quod si pro toto tempore conductionis, unica tantum pensio, & quantitas sit constituta, non divisa solutione per menses, aut annos, tunc equidem remissio non debet fieri pro rata anni sterilis, sed respectu totius temporis, à cessante ratione prædicta, quia quando unicum constituitur pretium, licet plurium rerum emptarum, una est emptio, *l. si duo. ff. de cont. emp. Bart. l. scire debemus col. 1.* & ibi alijs cõmuniter. *ff. de verb.*

Fit igitur palam ex prædictis, quod etiamsi solutio facienda sit per menses, quolibet mense debet fieri remissio, ex sententia *Bart. Ancha. Alexan. & Corne.* in locis nuper citatis, quanvis *Ægid. Boss.* ubi supra *numer. 39.* dicat, ad remissionem, solius anni habendam esse rationem, non autem mensium: nam, & si sit à principio anni de una solutione conventum, &

solutio

solutio postea per messes distribuatur, adhuc per menses erit facienda remissio, ex sententia prædictorum.

30 Quibus præmissis dic, quod si nulli omnino fructus percepti sunt, totius mercedis omnino facienda est remissio, & ita omnes in locis superius citatis, pro constanti habent, citatur *l. ex conducto §. p. vers. sed si labes. ff. loca. lex Regia* in alleg. *tit. 61. in nov. tit. 27. in princ.* ibi, *que tolhesse todos os fructos*, & *d. l. 22. tit. 8. par. 5.* Si vero tam pauci sunt fructus collecti quod mensuram seminis, & impensarum non excedunt, & tunc similiter nihil mercedis debetur, quia in effectu nihil fructuum perceptum est, idque satis voluit *Bart. dict. §. vis mayor numer. 6.* nec leges Regiæ refragantur. Quod si colonus fructus percipiat, qui ad dimidiam pensionis ascendant, & nulla fiet remissio mercedis, quia eo casu læsus non intelligitur pluspuam tolerabile est, ut postulat *J. C. in d. §. vis mayor, juncta l. 2. C. de rescind. vendi.* & opinione *Bart.* communiter recepta *in l. licet, Cod. loca.* quam supra retulimus *numer.* 24. Sin autem percepti fructus non ascendunt ad dimidiam mercedis conventæ, tunc ex sententia communi remissio facienda est, pro rata pensionis, & fructuum collectorum, *ut dict. cap. propter*, verbo, *pro rata* & ibi omnes communiter tradunt, quo etiam modo est intelligendus tex. *in d. l. si uno §. ubicumque* verbo, *pro rata* nam verbum *temporis*, quod ibi reperitur, superfluit, & in *Pandectis Florentinus* non legitur, ut jam cesset ponderatio *Pynel. l. 2. 1. par. cap. 3. numer.* 23. qui illum tex. adversari *dict. cap. propter* advertebat. Debet autem haberi consideratio secundum *Card. in d. cap. propter*, quo in rusticis prædijs, nec quotidie, nec æqualiter recipit quis fructus, sicut in urbanis, ut, sic pro rata damni illati remissio fiat, tradit *Imol. d. c. propter. numer.* 15. ita quidem ut primo deducantur de fructibus semẽ & impensæ, & si valor reliquorum fructuum non ascendit ad dimidiam pensionis, illud quod deest, ad integram pensionem remittatur, quanvis aliter computet *Ferdin. Mencha. libr. 3. controvers. ferquent. cap. 54. numer. 4. ad fin.* inquiens remissionem faciendam duntaxat, usque ad dimidiam illius quantitatis quam colonus esset soluturus, si sterilitas non contingeret, proinde si pensio solvenda erat viginti, & collegit quinque, teneatur adhuc solvere decem, hanc enim computationem nulla mihi authoritate probat. Verum leges Hispaniæ aliter, & consultius rem istam diffinierunt, deviando à jure communi, si quidem *dict. lex. par. 22.* hoc postremo casu, quando videlicet pars fructuum aliqua remansit (quam nos ex sententia communi dicimus futuram minus dimidia valoris pensionis) tribuit facultatem conductori vel pensionem integram solvere vel conductis impensis, & mensionibus factis in colendo prædio, reliquium domino dimittere *At lex nostra Regia dict. tit. 61. in nov. tit. 27. §. 1.* in hoc eodem casu quando sc. aliqui fructus collecti sunt, distinguit ulterius an talis sterilitas contingat in prædio segetis frumentariæ, hoc est, *em terra de lavrar pam*, an in alio prædio, nam in hac posteriori specie, permittit colono fructus domino dimittere, sine ulla tamen ratione impensarum: at in priori permittit eamdem facultatem cum deductione seminis tantum, non vero aliarum impensarum, ut patet ibi, *pode tirar para si a jemente*, quæ decisio valde notabilis est in hac facultate quam colonis tribuit, cui concinit traditio *Paul. dict. §. vis mayor. numer.* 5. & mirabilis est dum dimissis domino fructibus nullam deductionẽ impensarum conductori concedit, prætetquam semini, in terris, frumento seminatis, cum tamen de jure, fructus nonnisi omnibus deductis impensis intelligantur, *l. fructus, ff. solut. matri.* ubi elegantet *Bart. Paul. Alexan. Soci. Jason. & Vicen. Hercul.* latissime *Tiraq. in 1. retract. §. 15. glos. 1. ex nu. 1. pag. 426. Catel. Cost. in Memorabilib. verbo, fructus, col. 214.* late *P. Dueñas reg. 387.* & iniquum videtur, ut dominus fructibus quantiscunque fruatur, impensis miseri, & infælicis coloni. Veruntamen sic lex scripta est

& ita secundum eam vidi in senatu judicari, ut dimissis fructibus domino, colonus nullas alias impensas deducat, nisi impensam seminis, in terris sc. segetum. Appellatur autem dimissio hæc fructuum in vulgari nostro (*encampaçam da terra*) quæ ut locum habeat tria in practica articulari consueverunt, primum quod calamitas fructuum accidit ex casu fortuito insolito vel non multum consueto, *ut d. tit. 65. in no. tit. 27. in princ.* ibi *por algũ caso que nam fosse muito costumado*, & *d. l. 22.* & in sequenti articulo dicetur. Secundo quod major pars fructuum amissa est, adeo ut nec ad dimidiam pensionis solvendam reliqui sint, secundum sententiam magis communem de qua supra. Tertio, quod colonus ante fructuum collectionem dominum interpellet, & illi denuntiet, quod velit uti legis auxilio, & fructus illi demittere, ut ipse dominus per se vel per alium fructus colligat, vel præsens sit messium collectioni, nequa fraus fiat, & ipso præsente constet de fructuum quantitate, ut ex illis semen deducatur, quæ denuntiatio quanvis lege Regia non caveatur, attamen de jure necessaria est, per tex. *in d. l. item quæritur* §. *exercitu*, ibi *si domino non denuntiavit, & migravit. ff. locati*, cujus meminit *Jason. l. si ex legati causa nume. 14. vers. sexto* signanter, *ff. de verbor.* sed non meminit (dum loquitur quasi ex consilio) *Ioan. Baptist. in l. diem functo. num. 56. vers. consulo* quod dicto casu, *ff. de offic. assess.* debet autem fieri ista denuntiatio ante collectionem fructuum, hoc est, antequam, à terra separentur, alioquin non proderit denuntianti quasi facta tempore inhabili. *l. si solutarus, ff. de soluti, l. mora. ff. de usur.* unde non sufficit fructus in area esse tempore denuntiationis, quia in colectione potuit fraus committi, & colono partiario (qui socius est, ut in allegato, §. *vir mayor in. fin.*) illud specialiter permittitur, ut fructus non vocato socio, seu domino colligere possit, licet ab area non levare, ut lege *Regia lib. 4. tit. 60. §. fin. in nov. tit. 45. §. fin.* Ex quo nuper vidi sententia senatus condenatũ misetum agricolam, quia non denuntiavit domino ante collectos fructus, nec illi profuit latissime probasse sterilitatem, & denuntiationem fecisse, tempore quo fructus in area erant. Adde vero non sufficere solam scientiam domini, qua lex *in d. §. exercitu*, denuntiationem requirit ibi, *si domino non denuntiavit.* & quando denuntiatio non solum requiritur, ut quid sciatur, sed ut aliquid fiat, tunc sola partis scientia non sufficit, ut per *Bart. l. denuntiasse. §. 1. in fin. ff. de adult.* est enim tunc denuntiatio incitatoria, ut per *Bar. l. non solum, §. morte numer. 52.* ubi omnes *Repet. ff. de novi. oper.* Sufficiet autem denuntiari procuratori generali, si dominus non possit haberi ut habetur *in l. si dictum §. fin. ff. de evict. Bar.* recepta doctr. *in d. §. morte numer. 28. in fi. & n. 61. Ordi. libr. 4. tit. 60. §. ult. in no. d. tit. 45. §. fi.* ibi, *ao senhorio, ou aquem seu carrego tiver, no lugar ou termo*, quod si nec dominus, nec procurator adsit, tũc judici faciendum est, *l. ut perfectius, Cod. de anal. excep. Ioann. Crot. in dict. §. morte nu. 140.*

Sed quid si colonus hanc denuntiationem facere omiserit, & fructus collegerit, an nihilominus uti poterit legis Regiæ electione? Et arbitror non posse, per tex. expressum *in d. §. exercitu*, atq; ita vidi judicatam, quasi ex facto suo facultatem sibi electionis percluserit, *l. stychum aut pamphylum, vers. enim vero, ff. de solut.* quanvis *Ripa tract. de peste 2. part. num. 23.* (etiam denuntiatione non facta) remissionem mercedis colono concesserit, reservata duntaxat actione adinteresse domino, si ob id damnum ali quod passum se ostenderit, intelligendo ita *dict. §. exercitu*, quanvis item *D. Covar. dict. quæst. pract. 30. num. 2. vers.* quod *si colonus*, nulla *Francisci à Ripa* mentione facta, etiam colono remissionem tribuat, licet denuntiationem omiserit si modo sine suspitione fraudis probaverit, quot fructus ex fundo collegerit, & hæc opinio æquitatem habet, nisi nimium obstaret *tex. dict. §. exercitu*, ubi exigitur nuntiatio, etiam in illa specie exercitus, venientis, quo casu videbatur colo-

colonus venia dignus, qui instantis periculi causa, insalutato domino aufugit, sed; & nobis suffragatur, *l. 2. vers. sed ubi quarta*, ubi *sub aspectu curialium*, C. *quan. & quib. quar. par. deb. lib.* 10. ubi *Lucas. & l. si per equatore*, & quod ibi *Plate. Cod. de censib. & censito. lib.* 11.

33 Illud etiam quæsitum est, quid si dominus spreta nuntiatione, colligere fructus, aut eorum collectioni adesse, per se vel per alium neglexerit, an colonus ipse poterit eos colligere? & sine dubio poterit coram duobus testibus omni exceptione maioribus, ut in colono partiario constitutum est *lib. 4. tit. 6. §. ultim. in nov. dict. tit. 45. §. fin. Ordi.* vel coram alijs personis à judice dignatis. Sed an teneatur? Et existimo teneri ad colligendos prædictos fructus, nec enim propter sterilitatem jura eximunt colonum ab obligatione colligendi fructus qui supersint, sed duntaxat mercedem remittunt *dict. cap. propter cum similibus*, & in hac specie satis insinuat suprascripta *lex Regia dict. tit. 61. in nov. tit. 27. §. 1.* ibi *& os q̃ mais sobejarem de ao senhorio*, ergo à manu sua dominus capere debet.

Quarto, ut prædictæ facultati legis Regiæ sit locus, oportet ne ex adverso culpa coloni aliqua probetur. Quinto ne aliorum annorum ubertate sterilitas valet compensari, sed hæc in seque. articulo plenius explicabuntur.

34 Circa quintum articulum, quibus in casibus non sit facienda remissio ob sterilitatem, dic in pluribus. Primus est, si calamitas, quæ fructus abstulit, sit consueta in illis locis: solent enim aliquæ regiones subjectæ esse multis imbribus, & inundationibus fluviorum, quibus alluuntur, ut apud Tagum, & Mondam, & in Lombardia frequentes sunt tempestates, quibus si fructus amittatur, non erit locus remissioni, secundum *Alber. l. licet, numer. 3. & 4. Cod. locati. Bosi. ubi supr. num. 89.* post *glos. magnã ad fid. dict. 6. Vis maior. tex. l. ex conducto §. si vis*, ibi, *solis fervore nõ assueto*, & ibi, *si vero nihil extra cõsuetudinẽ acciderit, ff. loca. lex Regia lib. 4. tit. 61. in nov. tit. 27. in prin.* ibi, *q̃ não fosse muito costumada, & dict. l. part. 22.* ibi *que fuesse mui acostãbrada*, dabet igitur esse calamitas, non multum consueta in illo loco, ut merces remittatur, conferunt quæ eleganter in proposito scribit *Ripa de peste 2. par. n. 36. & 37.*

Secundus casus est, si colonus, fortuitis casibus renuntiet, *l si quis fundum in princ. ff. loca. dict. l. licet* (à contrario sensu) ubi *Alber. col. 2. l. quæ fortuitis, ff. de pig. act. Fulgo. in dict. §. vis mayor nu. 11. Anto. Gomez. 2. tom. cap. 3. nu. 19. vers. item quæro an conductor, D. Navar. in Manuali cap. 17. num. 179.* ubi multa jura citat, *l. par. 23. tit. 8. pa. 5.* suscipere enim in se periculum casus fortuitis, præfatis legibus permissum est, & tradunt *Rimin. cons. 154. col. 1. lib. 1. Bosi. de remiss. merced. publ. nu. 42.* rationem ponit *Ripa de peste 2. part. ex numer. 69. Rubeus in l. sed si quis §. quæsitum nu. 6. & 7. ff. si quis caut.* nec refert an speciali ter numeratis casibus, an vero generaliter casus fortuitos in se quis recipiat, vel obliget se cuicumque casui, vel renuntiet omni legum auxilio, ut diximus *numer. 16.* quia de jure renuntiatio etiam generalis in contractibus, sine expressione casuum valet, ut omnes agnoscunt in locis præcitatis, & infra referendis, & probat *d. l. 23.* ibi *por qualquier ocasion*, late *Niconit. alleg. 27. numer. 1.* licet secus in judicijs, *d &. §. quæsitum*, propter prætoriam æquitatem, quæ neminem sub involucro verborum decipi permittit, *l. cum aquiliana, ff. de transa.* & ita se habet receptior opinio. *dict. §. quæsitum*, ubi id fatentur. *Jason. num. 14. Alexan. nu. 12. Anto. Rube. nu. 44. Franc. Oroscius. nu. 3. Ferd. Mench. 2. tom. controvertia. lib. 3. cap. 54. nu. 7.* alij plures quos retulit *Pinel. l. 2. C. de rescin. vend. 1. par. c. 3. nu. 26.* ultra quẽ *Salyc. l. 1. C. commoda. nu. 10. & 11.* licet adversus hanc communem *Rube.* disputet, & aliqui circa eam hallucinentur, nec sine ratione, quia si adverris *tex. in dict. §. quæsitum*, loquitur in eo, qui omnibus omnino exceptionibus renuntiavit, & sic generalissime: non vero de eo qui casibus fortuitis renuntiavit, quæ

sine

sine dubio specialior est quarumdam exceptionum renuntiatio, ut recte considerauit *Rube.* ibi, *numer.* 17. *in fin.* & quasi suum novum inventum scribit *Pinel.* in citato loco *numer.* 17. Cavendum est autem à *P. Costal.* & *Oroscio in dict.* §. *quæsitum.* qui putantes se communia sequi adversus communia scribunt. ¶ Quod si expressis quibusdam casibus fortuitis, subjecta sit clausula renuntiationis generalis, puta dicendo, velle teneri de incursu latronum, ruina, naufragio ac denique de omni fortuito casu, tunc ad casus similes, vel minores expressis extenditur ex sententia communi per *Clemen. non potest de procurat. cap. sedes de rescrt. P. Pariss. cons.* 110. *numer.* 97. *libr.* 1. *Niconit. ubi supra nume.* 4. sed, & in judiciis id obstinate defendit *Jason. d.* §. *quæsitum col.* 4. & ibi quoque *Anto. Rube. num.* 36. & receptius esset scribit *Glossator in l.* 3. *tit.* 2. *part.* 5. parum memor, *Iacob. Ravena. Petr. Cyn. Bart. Paul. & Roma.* apud judicia in specificatis tantū casibus valere renuntiationem docuisse. ¶ Sed, & illud quoque receptum est, renuntiantem casibus fortuitis ad insolitos, & insperatos non teneri, nisi expresse actum sit ex sententia *Bart. dict.* §. *quæsitum. numer.* 3. *in fin.* & ibi *Fulgos. numer.* 11. *Jason.* qui plures citat, *numer.* 33. *Bart. l. seyo,* §. *medico, in fin. ff. de annu. leg. & in l. fistulas,* §. *frumenta,* per text. ibi (qui nihil minus videtur probare) *ff. de contra. empt. Crave. cons.* 95. *numer.* 2. sequuntur etiam plures relati à *Pinelo. ubi supr. numer.* 29. & *Mencha.* in loco jam citato *num. Oroscii. dict.* §. *quæsitum nu.* 6. *Gomez, 2. tomo. cap.* 3. *nu.* 19. *ad fin.* & communem profitetur, & ab ea in judicando, & consulendo non recedendum *Hieron. Grat. cons.* 94. *num.* 42. *lib.* 2. communem etiam esse sæpius profitetur multos citando *Bossi. tit. de remissi. merced. num.* 66. & 67. & ampliat, *numer.* 68. & iterum declarans *num.* 89. & per plures allegationes, & exempla *Ripa* confirmat ubi supra *numer.* 97. & 99. & 107. *Felin. cons.* 43. *num.* 9. *Gigas de pension. quæst.* 66. *num.* 4. *Riminal. cons.* 154. *col.* 2. *lib.* 1. & ibi latissima additio traditur etiam *in Dialogo Relato.* 4. *par. cap.* 6. *numer.* 5. * probat latissime *Celsus cons.* 14. per totum, ubi dicit aliud esse quem obligari ad casum fortuitum, aliud ad insolitum, & inducit tex. *in dict.* §. *frumenta* tenet etiam novissime *Iacob. Mandelus cons.* 1. *per totum* ubi late de materia & suffragatur in simili *decisio,* l. *fin. C. fide juss.* & l. *seyo,* §. *medico. ff. annus leg.* & quæ notat *Bald. numer.* 3. *in l.* 3. *C. furtis Areni.* l. *hujusmodi ad fin. ff. verb. contra Alexan. cons.* 97. *lib.* 3. *in fine.* Verum hoc debet intelligi de casu insolito, de quo nec in genere, nec in specie fuerit cogitatum, qui dicitur casus incogitatus vel inauditus in illa regione, seu qui in imaginatione suscipientis casum verosimiliter non cadebat, secus si fuerit cogitatus vel potuerit cogitari saltem in genere, ab eo qui periculum suscipiebat: tūc enim bene veniet ille casus in generali susceptione fortuitorum, & ita defenderetur opinio illorum, qui adversus *Bart.* & magis receptam sententiam asseruerunt, etiam insolitos casus venire, quorum doctorum magnam congeriem fecerunt *Pinel. dict. num.* 29. *Mench. dict. numer.* 6. eos sequuti, & ita consiliat *Anto. Rube. d.* §. *quæsitum num.* 51. & dicit esse bonā concordiam *Ripa ubi supr. n.* 100.

Unde deducitur declaratio, intellectus ad text. in allega. *l. fistulas,* §. frumenta, quo loco is qui suscepit periculum vis, & tempestatum, tenetur si immoderatæ nives, & contra consuetudinem tempestatis segetes corruperunt, quia ut intelligo ille casus præcogitari potuit in illa regione, ubi solitæ erant nives quemadmodum tex. insinuat. Quocirca si ille casus in hac civitate Olysiponensi, ubi numquam nives cadunt, accidisset, censeritur incogitatus omnino, & ex ea pactione vendito non teneretur, juxta quam considerationem text. ille inducetur pro *Bart.* & communi in *dict.* §. *quæsitum,* quem aliter, & aliter inducunt *Jason.* ibi, *num.* 33. & *Anto. Rube. nu.* 51. & noster *Petr. Santarenenss. in tract. de securit. mercator. fol.* 9. 3. *par. ad fin. col.* 35. Nec in *d.* §. *frumenta,* est admittenda,

tenda litera negativa, *agi non poterat*, quippe quam nullus codex admittit, licet eam in antiquis codicibus reperiri affirmet *Rube. dict. num.* 51. *& in l. vinum nu.* 80. *ff. si cert. pet.*

Sed quis dicetur iste casus insolitus; *& Bart. in dict. §. medico.* inquit si in mille annis non acciderit, cui doctrinæ mordicus adhæret, *Deci. cons.* 7. *col. pen.* * & tradit *Mandelus* ubi supra sed *Alex.* exemplificative loquutum, *Bart.* existimat *in cons.* 107. *numer.* 19. *libr.* 3. ego magis dicerem hyperbolice cum *Hyeron. Gart. d. cons.* 94. *numer.* 44. *lib.* 2. nam sufficiet si in centũ annis semel acciderit, ut placuit *Corne. cons.* 3. videtur *libr.* 2. vel in quadraginta annis, ut respondit *Soci. cons.* 123. *libr.* 4. vel adhuc in minori tempore, consideratis qualitatibus, & circunstantijs illius casus, ut per *Ripam* in loco paulo ante citato *numer.* 105. sed, & *Alex. cons.* 107. *numer.* 20. *libr.* 3. casum insolitum appellas, qui non solet communiter contingere. Verum hæc acceptio non convenit intentioni *Bart.* & communioris sententiæ qui in solitum casum eo sensu accipiunt, ut rarissimus sit, & præter hominum spem atque cogitationem, ut nuper diximus, licet nihil resolvat *Bosci.* ubi supr. *numer.* 67. Hodie vero cum legibus Hispaniæ *ord. d. tit.* 61. *in no. d. tit.* 27. *& d. l.* 22. casus fortuitus censeatur, qui non est multum consuetus, si quis casibus fortuitis generaliter renuntiaverit, his non admodum consuetis intelligitur renuntiasse duntaxat, & omnes supra istos dicentur insoliti, ut sic non cõprehendantur, sub generali renuntiatione fortuitorum, secundum receptam *Bart.* traditionem *in dict. §. quæsitum, & dict. §. medico.* Intellige vero ad insolitos casus generalem renuntiationem non extendi cum communi, quia contrahentes non creduntur, etiam ad insolita, atque adeo incognita suam voluntatem extendisse *dict. §. medico*, ac tam laxe, & effrenate se obligasse. * *Alex. cons.* 107. *num.* 16. *libr.* 3. *Rui. cons.* 79. *col. fin. libr.* 1. *Anchar.* pluribus rationibus *in cons.* 204. *ex numer.* 3. *Felin. cons.* 43. *nu.* 8. *Aymon. cons.* 95. *numer.* 3. *& cons.* 233. *nu.* 3. Adde *Alcia. con.* 157. *numer.* 6. quia ubi de obligando quæritur strictior debet esse interpretatio, *l. Arrianus, ff. de act. & obl.* proinde subtilis est magis quam vera consideratio *Ferdin. Mencha. dict. cap.* 54. *fol.* 41. quia devians à communi sententia nunquam dubium fuisse legislatoribus ait, circa casus rarissime contingentes & insolitos quasi eorum, quo rarior, ita leviot sit obligatio: id enim per se suscipiantur, verum esse facile concedam, si cum alijs non ita raro contingentibus, non utique, quia duriorem, & onerosiorem obligationem sine dubio constituunt, ¶ Valere autem conventionem, si conductor expresse suscipiat fortuitos casus etiam insolitos, & incogitatos (ut quotidie in instrumentis locationum) indubitatum est, licet nimis efficenis, & onerosa sit conventio, & ita judicavit senatus ex relatione *Pineli* ubi supra *nu.* 33. cui sententiæ adstipulatur doctrina *Bart. l. cum aquiliana nu.* 12. *ff. de transa. & in l. Aurelius §. Cayo. num.* 11. *ff. de lib. leg. recepta ab Alex. cons.* 11. *nu.* 15. *lib.* 1. *Hypol. l. unius, §. cognitarum num.* 32. *ff. de quæstionib.* quanvis *Corne.* etiam hoc casu conventionem ad incognita, & insolita non extendi responderit *cons.* 23. *libr.* 2. *& Alex. cons.* 28. *numer.* 9. *& 10. lib.* 3. nec resolverit *Ripa.* ubi supra *nume.* 82. *cum seque.* hæc autem obligatio de incogitatis duntaxat, & insolitis casibus, levissima est, quia rarissime periclitabitur conductor, seu colonus: Si vero locator ipse casus fortuitos, puta guerræ, vel pestis, in se suscipiat, & remissionem illis contingentibus polliceatur, addit maius vinculum obligationi, qua tenetur de jure communi, quod non advertit *Beroi.* istam quæstionem tractans *in quæst. familiar.* 53.

Quid autem si quis suscipiat periculum casus fortuiti? Et idem est, ac si fortuitis casibus renuntiet, *l. quæ fortuitis, §. fin. de pig. act. l. si quis fundum, ff. loca. Orosci. dict. §. quæsitum num.* 6. Sed quid si periculum rei se suscipere dicat, & quia appellatione periculi venit etiam casus 36

fortui-

fortuitus, *l. si quis vina*, §. *si aversionem*, *ff. de peric. & com. rei vendic.* imo latius patet verbum periculi, ut per *Paul. dict.* §. *quæsitum*. *Niconut. alleg.* 27. *numer.* 2. videtur etiam casus fortuitos suscepisse, sed in hoc latissime *Bar.* distinguit *in d.* §. *quæsitum*, cui alij accedunt, & per distinctas conclusiones persequitur *Anton. Rube.* ibid. *ex numer.* 46. *Ripa. ubi supra.* 2. *par. ex numer.* 80. & 86. *Bossi. dict. loco numer.* 63. & 64. non enim sufficit suscipere omne periculum vel promittere solutionem omni exceptione remota, vel conducere suo periculo, quod in vulgari dicitur *a seu risco*, vel conducere cum omnibus suis damnis, vel (ut Itali doctores loquuntur) cum suis raschis, & spinelis, per istas enim clausulas non tenetur quis de casu fortuito, nisi vel in specie suscipiat, vel in genere renunciet casibus fortuitis ut supra, & ita post *Ripam* concludit *Bossi. ubi supra. numer.* 57. dicens ita communiter resolvi in allegato §. *quæsitum*. Sed nec sufficiet si conductor promittat rem manu tenere, vel in fine locationis dare molendinum molens, & currens, quemadmodum dicitur in vulgari, quod hoc ut teneatur de casu fortuito, secundum *Fulgos. late consil.* 193. factum super quo, per totum, vel si promittat servare repagulum in flumine, secundum *Bald. cons.* 100. & 145. *vol.* 3. quorum meminit idē *Bossi.*

37 Illud postremo recepissimum est, renuntiationem jurejurando firmatam, in illis duntaxat casibus intelligi, quibus & sola renuntiatio juxta reg. *l. fin. C. de non numer. pecu. l. fin. ff. qui sat. cog. late Rubr. numer.* 52. & *Orbsci. in fin. in dict.* §. *quæsitum*, ultra quos *Alex. cons.* 28. *col. fin. libr.* 1.

38 Quid autem si quis in emphyteusim rem aliquam accipiens fortuitis casibus renuntiet? & cum dixerimus in initio hujus quæst. emphyteutam omni casu teneri, præterquam qui totius rei interitum faciat, aut adeo minuat, ut nec pensio quidem solvi possit, videtur ne nihil pactum inducat, quod ad illos etiam casus extendatur, debet enim qui periculum suscipit in aliquo plus teneri, quam alias teneretur ex *Bart. & Ang. in alleg.* §. *quæsitum*, & negligentiæ notandus est, ibi *Anto. Rube. numer.* 5. qui de dolo lata culpa, & levi duntaxat emphyteutam teneri dixit, cum etiam de fortuito casu teneatur conferunt huic decisioni, quæ de emphyteuta tenuantiante omni legum auxilio diximus *supra numer.* 19. ¶ Et ex prædictis puto non recte respondisse *Ludovic. Gozadi. consi.* 74. *col.* 2. dominum qui suscepit in se casum seu periculum belli, intelligi si damnum fuerit notabile: nam cum etiam sine ullo pacto, ita cautum esset jure communi, ut *dict.* §. *vis maior.* certe pactum debet aliquid plus addere, ex *Bart. & Ang. dict.* §. *quæsitum* cum nullum debeat esse verbum sine effectu operandi secundum *Bald. in rubr. C. de contr. emphy. quæst.* 9. cui rationi, licet nimium insudarit, non satisfacit *Gozad.* proinde quodvis damnum accidat domini periculo esse debet. ¶ Sed quid si locator dicat quod non vult teneri pro re locata, an per hoc transferat periculum casus fortuiti in conductorem, & non puto quoad mercedis remissionem argu. *l. emptorem* §. *cum autem, ff. de act. emp.* operabitur autem pactum quoad damna, & interesse, & quoad alia, ut late *Bossi.* in loco citato *nu.* 58.

Tertius casus est, si fructuum sterili- 39
tas contingeret culpa coloni, *l. si merces*, §. *culpæ, ff. loca. Bart. & Fulgos. dict.* §. *vis mayor. col.* 2. *Bossi. ubi supr. num.* 39. & *latius numer.* 97. veluti quia male aut intempestive prædium coluit dict. *l. si merces.* §. *conductor*, ibi, *ne intempestive cultura, ff. illo tit.* etiamsi culpa adjungatur vitio rei, ut quia uvas nimis fero collegit, & ideo putrefactas, & acerbas, aut arefactas, qua de causa vinum coactuit vel raveis, & herbis segetes corrumpi permisit, cum tamen eas potuerit extirpare, text. secundum unum intellectum, *l. ex conducto*, §. 1. *vers. si qua* ibi, *si graucis aut herbis ff. loca. bonus tex.* secundū literam affirmativam quæ est vera *in d. c. propter*, ibi *vitio rei sine culpa coloni*, & ibi *glos.* quāvis aliqui legant negative, *non vitio*, ut ibi

retu-

retulit Cardi. in prin. ad vitandam difficultatem dict. *vers. siqua tamen*, vel si fructus negligenter custodivit ab avibus, vel inimicis, l. *si merces*, §. *culpæ*, ff. *locati*, quas omnes species ponit, l. *Regia d. tit.* 61. *ad fin. in nov. dict. tit.* 27. & *dict. l. parti.* 22. nec mirum quia quando culpa præcedit casum, tunc casus non excusat. l. *in rebus*, l. *si ut certo*, §. *sed interdum ubi glos.* late, ff. *commoda. Rut. cons.* 136. *numer.* 4. *libr.* 5. si modo culpa est ordinata ad casum, quia ex illa posset casus sequi, ut plene docet *Bart. dict.* §. 1. ff. *ad leg. Rodh. Paul. l. si vehenda*, §. 1. ff. *ad leg. Rodh. nu.* 3. *Afflict. decis.* 13. *nu.* 7. quemadmodum contingit in prædictis, quod non explicuit *Bossi. ubi supr. numer.* 81. quanvis plures in hoc articulo alleget, *numer.* 82. unde si hostes fundum deprædaverint, propter inimicitias forte coloni, quibus ipse causam præstitit, adhuc fiet remissio, quia illæ inimicitiæ non fuerunt ad illum casum ordinatæ, sicuti, & ij qui culpa sua in morbum, carcerem, captivitatem, vel paupertatem inciderunt, non sunt immunes ab his quæ jure talibus personis conceduntur, cum ad earum consequutionem calamitates illæ ordinatæ non sint, tradit eleganter *Covar. libr.* 3. *resolu. cap.* 13. *numer.* 8. *vers. septim.* quotidiane, sed plenius *libr.* 2. *cap.* 16. *numer.* 9. ubi ipse quibusdam annotationibus articulum plene distinguit, secundum quas poterit nostra etiam materia explicari.

40. Ex prædictis etiam infertur, non posse jure defendi quod scribit *Ioann. Andr. post Hostien. in d. cap. propter*, non faciendam esse remissionem colono qui decimas non solvit, quasi propter non solutionem decimarum fuerit in culpa, & à Deo punitus in sterilitate fructuum, *cap. revertimini*, 16. *quæst.* 1. hæc enim culpa non est ad casum ordinata, unde obesse non debet, licet *Barbos. ibi nu.* 3. *Hostiensem* sequatur. Domini *in cap.* 1. *in fin. de decim. lib.* 6. *Ripa de pœne* 2. *par. nu.* 35. *glos. verbo, per in culpa, dict.* l. 22. *tit.* 8. *part.* 5. *Bossi. ubi supr. numer.* 8-. & 88.

41. Item ex prædictis infertur ad damnum ex incendio sequutum, cujus ratione faciendam esse remissionem voluit J. C. dict. l. *ex conducto*, §. *fin. ff. locat.* verum hoc intellexit *Alberi. l. licet. col.* 1. C. *loca.* si modo conductor alleget, & probet incendium sine sua culpa contigisse, quia de jure incendia culpa inhabitantium contingere præsumuntur, l. 3. §. 3. ff. *de offi. præf. vigil. l. si vendita. ff. de peri. & comm. l. qui insulam*, §. *fin.* & *ibi Bar. ff. loca.* sed cum illa culpa præsumatur levissima, nisi aliud probetur in contrarium, juxta *glos.* receptam, §. *præterea*, *verbo debet*, *inst. quib. mod. re contr. obl.* conductor pro levissima illa culpa præsumpta teneri non debet, l. *si ut certo*, §. *nunc videndum*, ff. *commoda.* si mayor aliqua culpa non probetur, ex sententia *Jas. in l. sed si quis*, §. *quæsitum num.* 41. ff. *si quis caution.* atque ita debet declarari dict. l. *ex conducto*, §. *fin.* quanvis in hoc arti. multos citando nihil resolvat *Bossi. ubi supr. numer.* 80. Adde item ad remissionem denegandam sufficere culpam propriam, vel familiarium, l. *qui insulam.* §. *fin. ff. loca. late Bossi. dict. loco n.* 86.

Ut igitur sit locus remissioni, debet sterilitas contingere casu fortuito extrinsico ut *dict.* §. 1. l. *ex conducto*, ibi *omnem vim cui resisti non potest, ut puta fluminū, sed* ut alibi legitur fluminū, graculorū sturnorum & *in dict.* §. *sed si vredo* ibi, *aut solis ardore non assueto, & dict.* §. *vis mayor. & l. licet*, ibi *si qua lue tempestatis, aut alio cæli vitio*, l. *excepto*, ibi *ædaci locustarū pernicie*, C. *loca. & per alia exēpla dict. l.* 22. & *dict. tit.* 61. *in nov. tit.* 27. & denique quotiescumque præter consuetudinem, rei locatæ aliquid accidit, licet non sit omnino casus fortuitus, ut dixit *Calde. cons.* 5. *de locato. Alcia. cons.* 62. *nu.* 3. *per l. ferma. ff. de censib.* vel si contingerit vitio rei sine culpa coloni, ut *d. c. propter.*

Sed quid si colonus prædium omni- 42
no non colnit, & fortuitus casus accidit, puta repentinum incendium, quod etiam si prædium esset bene cultum, fructus depopulasset, an colonus liberetur? Et pro non liberati, per text. satis clarum in *d. l. ex conducto. §. 1. vers. cum quidam*,

ibi

ibi, *si fundum coluisti*, ubi ita tenet *Fulgos. num.* 2. & satis voluit *Bart. dict.* §. *vis mator num.* 6. *allegando dict.* §. *cum quidam*, & l. *si in lege*, §. *si domus*, *ff. loca.* nihil enim sibi peperit, quia non coluit: lex autem nō impartita est auxilium ratione sterilitatis, aut fortuiti casus, nisi cum is in fructibus aut re contigerit in damnum coloni, *leg. ex conducto*, §. 1. ibi *segetes corruptæ*, & *in vers.* sed, & si labes, ibi *omnemque fructum*, & ibi *ne supra damnum seminis amissi*: porro qui non coluit, semen amisisse dici non potest, nec damnum pati, proinde non debet attendi, quod etiamsi coluisset fundum, eandem fortunam pateretur, jura enim quæ contrarium suadent *in leg. si vehenda*, §. 1. *ff. ad leg. Rod. dejac.* ubi *Paulus notat.* & *Palat. in rep. cap. per vestras*, §. 21. *numer.* 11. *text. item in leg. si alius* §. *est*, & alia ibi, *æque perituris debitur*, *ff. quod vi aut clam l.* & *in totum in fin. ff. de impens.* alijs in casibus loquūtur qui non sunt trahendi ad colonum, qui nihil de suo posuit, nec quidquam amisit, & hic de lucro certat, ille de damno.

43 Quartus casus est, quando sterilitas contigerit ex vitio fructuum, quia tunc etiam non fiet remissio, *l. ex conducto* §. 1. *vers. si qua tamen*, *ff. loca. Ioann. Andre.* & *Cardi. dict. cap. propter. Fulgo. dict.* §. *vis mayor. col.* 2. ut quia vinum coacuit, vel triticum fuit male granatum, vel etiam quid simile, docet quoque *Bart. in dict.* §. *vis mayor num.* 6. *vers. quandoque colonus allegat*, ubi ponit rationem hujus rei.

44 Quintus casus est, nisi cum ubertate præcedentis, vel subsequentis anni, valeat sterilitas compensari, *dict. cap. propter*, & ibi omnes. *Bart. Fulgos.* & alij *in dict.* §. *vis mayor*, *Bald. Alberi. Salyc.* & *omnes dict. l. licet. Stepha. Bertran. cons.* 179. *libr.* 6. *l.* 23. *tit.* 8. *part.* 5. & *lex nostra Regia dict. tit.* 61. *in nov. tit.* 27. §. 1. ubi in hoc se remittit ad dispositionem juris communis. Adeo autem debet fieri hæc compensatio ad vitandam remissionem, quod etiamsi dominus verbo, *donationis*, sterilitatem anni remiserit, idem erit dicendum, quasi non sit donatio, sed transactio, nisi ultimo anno sciens prudensque, remiserit ut est tex. vulgo notus, *in l. si uno anno*, *ff. loca.* qua ratione *Bart.* & omnes ibi, & ubique passim *dd. text.* illum allegant, quod verba debent accipi secundum naturam contractus qui celebratur, & materiam subjectam, pluribus ornat *Andre. Tiraquel. in reg. cessante causa limit.* 20. *num.* 34. & in proposito emphyteusis *Ioan. Nevizan. cons.* 92. *ex num.* 31. *Rolan. cons.* 96. *num.* 12. *Nicol. Bellon. cons.* 21. *ex nu.* 5. *Felin. cons.* 25. *nu.* 5. & *quinquaginta decisionibus exornat Ferdi. Mencha. in* l. *si quando C. de inoffi. test.* & *in lib. de succe. creat.* §. 9. *numer.* 8. & *libr.* 1. *controvertiar. cap.* 41.

Quando autem dicetur ubertas anni, 45
ut fiat conpensatio cum anno sterili, variæ sunt opiniones, sicuti, & circa sterilitatem, *glos.* etenim *in dict. l. licet*, & *in l. si uno inquit*, quod ubertas debet excedere duplum eius quod est percipi consuetum, quæ opinio nimium favet conductori, & ideo reprobatur ab *Imol.* & *Alex. in locis paulo post citandis. Ioan. Andr. in dict. cap. propter*, inquit in hoc standum opinioni vulgi, sicuti circa sterilitatem. *Cardi. ibi col.* 2. exigit quod colonus percipiat duplicatos fructus, ut quia fundus solitus dare quindecim modios det triginta. *Paul. l. ex conducto*, §. *si vis numer.* 6. *ff. loca.* inquit oportere quod eveniat excessus fructuum ultra dimidiam eorum qui solent percipi, puta, solebat fundus dare viginti, & dedit triginta. *Salyc. vero*, *dict. l. licet*, *in vers.* quæro secundo quæ dicatur ubertas, & clarius *in* l. *si uno in princ. vers.* nunc quæro, inquit sufficere aliquid ultra solitum, percipi, etiamsi non sit ultra dimidiam ejus, quod percipi consuetum erat, quod tamen judicis arbitrio ipse relinquit *Imol. autem post dict. cap. propter*, inquit, satis esse percipi aliquid ultra solitum, etiam si sit dimidia, vel minus dimidia, & sic vult, quod sufficiat tertia pars plus solito ut quia solita erant percipi viginti, & percepit triginta, tunc si sequatur annus sterilis, in quo non percipiantur nisi quinque: tunc enim illa decem primi anni, jun-

junguntur quinque perceptis in anno sterili, & faciunt quindecim, unde non fiet remissio, nisi de quinque, quæ desunt ad viginti, & hanc opinionem videre magis communem scribit Bossi. *ubi supr. nu.* 27. & tanquam utriq; part. favorabilem sequitur idem *Bossi. num.* 100. Cæterum præcitata lex partitæ sequuta opinionem Nicolai Matereli quem retulit *Bal. d. l. licet. q.* 9. ubertatem esse statuit quando percipiuntur fructus ad solutionem pensionum, & impensarum duorum annorum, & sic tam anni sterilis quam fertilis *Nostra vero lex Regia d. tit.* 61. *in novis tit.* 27. §. 1. de quantitate nihil exprimit, sed inquit necessum esse quod sit ubertas insolita, unde jure Regio non satis contigisse ubertatem, sed adhuc exigitur esse insolitam quod jure communi non exigebatur. Opinor autem insolitam dici posse illam quæ atulerit duplicatos fructus, quæ fuit opinio *Card. d. c. propter* quanvis *Alex. cons.* 107. *num.* 19. *lib.* 3. in hac materia respõderit insolitum dici quod communiter non solet evenire, & alij aliter, ut per *Ripam de peste. 2. par. ex numer.* 99. lucrum vero quod non sit ubertas non compensari in damno quod non sit sterilitas palam est, ex *d.* §. *vis major.* differunt enim in hac materia remissionis, lucrum, & ubertas, sicut dãnum, & sterilitas.

Sunt qui dicunt in hac materia non esse necessum quod sterilitas sit ultra dimidiam quoad hoc, ut compensetur cũ fertilitate, sed sufficere quod sit sterilitas in tertia vel circa tertiam, uti *Bossi. ubi supra numer.* 34. dicens se ita tenuisse in judicando, sed hanc opinionem valde novam esse existimo, nec aliter sterilitatem æstimandam quoad compensationem cum fertilitate, quam æstimetur quoad remissionem, quia in legibus, ullam inter hæc differentiam non reperio, & favorabilior debet esse consideratio ad remissionem, 46 quam ad compensationem cum ubertate.

Secundo declara, quod est facienda compensatio, non solum cum ubertate anni proximi, sed etiam interpolati ex *Hosti. in sũma de locato.* §. *quæ actiones*, vers. *& notandum numer.* 7. *Imol.* & alij interpretes cõmuniter secundum *Abb. d.c. propter nu.* 3. *in fin.* quicquid *Innoc.* contradicat dum tamen ille annus sit ejusdem conductionis, alioquin si fuerit alterius, quãvis continuatæ, & licet inter easdem personas, non fiet compensatio quod expresse voluit *Abb. d. n.* 3. ibi durante conductione ante vel postea *Imo.* ibi *numer.* 8. *Bald. d. l. licet col. fin. versi. decimo quæro, & Saly. col.* 2. *vers. quæro* quid ibi si sunt, *glos. dict. l.* 23. in verbo, *o despues. Bossi. ubi supra numer.* 99. probat *Ordinat. dict. tit.* 61. ibi, *in nov. tit.* 27. §. 1. *do mesmo arrendamento*, nisi nova conductio fieret per modum prorogationis, ut sensit *Bald. dict. quæst.* 10. *& glos. dict. l.* 23. super verbo, *por dos annos*, facit, *l. sed si manente, ff. de precario.*

Tertio declara, nisi contrahentes circa pacta conveniant, ut quia locator quosam casus in se suscipiat, & conductor alios, nam si fiat remissio propter casus susceptos à locatore, licet postea cõringat ubertas, non fiet compensatio, quia provisio hominis &c. & ita *Ang.* eleganter *cons.* 312. *numer.* 6. quem refert, & sequitur *Bossi. ubi supr. numer.* 39.

Quarto declara (& est punctus quotidi- 47
annus) eo ipso quod annus sterilis fuerit, remissionem faciendam, licet aliqui anni supersint, in quibus possit ubertas contingere, hoc enim prætextu, non poterit dominus remissionem morari, sed protestatione præmissa si sequentibus annis contigerit ubertas (ut voluit *Salyc. dict. l. licet.*) remissionem facere debet: imò etiam sine protestatione, per tex. *dict. l. si uno.* Quanvis *Bald. in dict. l. licet quæst.* 10. dicat in hoc articulo quod præcedens annus est suppletivus, & sequens suspensivus, donec venerit. Quanvis item *Salyc.* ibi *ad fin.* scribat, quod locatori solvenda est aliqua pars pensionis congrua, non tota pensio cum protestatione, sine præjudicio juris sui, quã opinionem apud quæstores suos in practica servari, inquit *Bossi. ubi supra n.* 101. *& in tit. de remiss. merced. publicanor. numer.* 29. Sed ego aliquando

vidi judicatum, ut non statim fiat remissio, sed expectetur finis locationis, an contingat aliqua ubertas, cum qua possit fieri compensatio, & movebantur judices, quia nulla lex cõgit remissionem statim facere, & quo pendet ex eventu considerari debet, ut interim negetur actio l. 1. §. *si penderat ff. ad Maced. l. non intelligitur.* §. *si quando*, ibi, *placuit eventum expectari, ff. jure fisci.* Sed hæc levia sunt, quia inquit juris regula, quod pendet non est pro eo quasi sit *l. damnum* §. *quod pendet, ff. de reg. jur* & exemplificat ibi, *Dec. numer.* 2. in re quæ in futurum resolvi potest, ut habeatur pro eo casu non sit, *l.* 2. & quod ibi *glos. ff. de in diem adject.* at ubertas sequens est resolutiva tantum remissionis, & non interim suspensiva, quod satis apparet ex *d. l. si uno* ubi post remissionem, ad computationem colonum vocat ex supervenienti ubertate, nec finem omnium annorum expectari jubet, igitur, &c.

48 Sextus casus est, quando in locatione promissa est pensio per stipulationem, manet enim tunc conductor debitor generis, qui ex casu fortuito non liberatur, *l. incendium, Cod. si cert. pet. l. continuus.* §. *illud, vers. & generaliter, ff. de verborum*, quia genus perire nequit, l. *in ratione*, §. *in certe, ff. ad leg. fal.* quam opinionem, etiam in emphyteusi, tenuit *Guill. de Suz. in l.* 2. *C. de jur. emphyt.* & doctor antiquus *Obert. de Bobio* approbavit, ita demum ex stipulatu agatur secus si ex locato, & in praxi se vidisse eam servari testatur *Alberi.* ubi latissime ad partes quæst. disputat *l. licet. C. loca. col. pen. & fin.* Sed est inanis disputatio quia stipulationes deserviunt contractibus, non immutando eorum naturam, l. 5. §. *conventionales*, ibi *pendent ex negotio contracto. ff. de verborum* unde subjecta stipulatio debet intelligi secundum contractum locationis, cui inseritur, *l. lucius.* §. *fin.* & ibi *glos. ff. de evictionib.* ac proinde remissioni locus esse debet, sicuti si simpliciter sine stipulatione locatio contraheretur.

49 Septimus casus est, quando sterilitas contingit ex causa, quæ aderat, & poterat prævideri tempore contractus, cum sit quid conductori imputetur, arg. *l. qui bona* §. *de illo, ff. de damn. infect. notat. Imol. l. dict. cap. propter. Bald.* optime *cons.* 329. *lib.* 1. *Goz. cons.* 74. *numer.* 5. tradit *Ripa de pestc* 2. *par. n.* 43. & 44. *Bossi. tit. de remiss. merced. nu.* 84.

Octavus casus, quando sterilitas con- 50
tigerit in fructibus jam collectis, & à solo separati: hæc enim calamitas ad ipsum conductorem sine dubio pertinet, qui propterea non poterit remissionem, mercedis postulare ex *Bart. d.* §. *vis maior. nu.* 3. *Fulgo.* ibi, *numer.* 11. *vers. quarto, & ultimo. Bald.* l. *licet, opp.* 3. *C. loca. & in rubr. C. de peri. & com. nu.* 7. *Imol. c. potuit, n.* 7. *de loca. Ludo. Gozad. cons.* 74. *num.* 15. *Gygan. de pens. quæst.* 62. *num.* 15. *Bossi.* late ubi supr. *numer.* 90. quo sensu accipitur tex. secundum unũ intellectum notabiliorem, *in l. damnum, C. loca.* ibi *rei tuæ illatũ*, & ita eum intelligit *Fulg. l. ex conducto, num.* 1. *ff. loca. Alcia. respons.* 762. *num.* 2. unde est, quod damnum datum in fœno jam recondito in fœnili, vel in alijs necessarijs ad culturam, nõ inducet remissionem, secundum *Bossi. d. loco numer.* 91. hujus autem casus ratio illa potissimũ affertur, quod fructus postquam sũt collecti jã in dominio conductoris sunt *l. si apes*, §. 1. *l. si servus*, §. *locavi, ff. de fur. tex.* optimus. & ibi *Alber. notat in* l. *antep.* §. *de reiven.* & ideo conductori tanquam eorum domino pereunt, juxta reg. *l. pignus C. de pign. act.* Sed an sufficiat fructus esse collectos, licet ab area non exportatos tempore calamitatis? Et *Aug. nuncupatim in d. l. damnum*, ait sufficere, ut conductori pereant, & idem in uvis excisis, licet non præssis respondit *Bossi. cons.* 100. *in causa nu.* 5. *vol.* 1. suffragatur, nam idẽ in usufructuario, cujus hæres in fructibus jam perceptis eo vivente, succedit, l. *si usufructuarius, ff. quib. mod. usufr. amit.* l. *in singulos in fin. ff. de annu. lega.* & dicuntur percepti, eo ipso quod sunt à fundo separati, licet in horreis non sint reconditi, ut est communis opinio contra plures glossas, quas ibi citat *Tiraq. in secundo retractu*

tu, §. 1. *glos.* 4. *n.* 1. *ex Saly. l. si pater, C. de usufruct. Bald. c. quæ in ecclesiarū col.* 4. *vers.* sed statim quæritur, de consti. Sed tu intellige notabiliter, fructus dici collectos, ut colono pereant, quando ita sunt perfecte collecti, quod nihil reliquum est nisi exportatio ad horrea, proinde si non essent perfecte collecti, puta quia erant messes adhuc in paleis, & nondum triturataæ, & calamitas in illis contingeret, fieret mercedis remissio colono, & in hac specie loquitur *Paul. in* d. *l. ex conducto*, §. 1. *num.* 2 & ibi *Fulgo. nu.* 3. *Anto. Gomez.* 2. *tomo c.* 3. *n.* 18. *vers. quod extende, late Bossi. ubi supra n.* 90. inquiens hanc opinionem sibi satis placere, & satis voluit *Bald. in ead. l. ex conducto.* §. 1. *ibi secus est in separatis, & factis coloni puta in esse frumenti*, & est satis æqua opinio, quia fructibus imperfectis quales sunt ante perfectam collectionem, non dicitur colonus posse frui ut requiritur *in l. si quis domum*, & ibi *Bart. ff. locati, Calderi. cons.* 5. *de loca.* & bona fides repugnat subtilitati, & rigori communis sententiæ. Rursus intellige nisi fructus separati corrumperentur vitio territorij secundum *Imol. cap. propter col.* 4. *vers. sed Hostien.* sequitur *Soci. d. cons.* 100. *ad fin. Bossi. d. loco nu.* 91. *in fin. glos. fin. in l.* 22. *tit.* 8. *par.* 5. Item intellige nisi calamitas in fructibus jam collectis accidisset culpa locatoris, ut quia ejus causa bellum moveretur, ut voluit *Alberi. in d. l. damnum, sed Bald. & Saly.* ibi aliter, & latissime ediderit *Bossi. ubi supr. ex n.* 92. Postremo adverte quod fructus pendentes habentur pro separatis quoad hoc, ut damnum illorum cedat conductori, quando per illum stetit quominus tempore suo colligerentur, ne ex negligentia sua, seu dolo lucrum capiat, *l. non fraudantur*, §. *nemo ex suo, ff. de reg. jur. l. si ab hostibus* §. 1. *ff. solu. matr. & ita* se respondisse ait *Bossi. d. loco numer.* 97.

Nonus casus est quando quis fundum 52
emit, & convenit ut donec pretium solveret fundus esset conductus, hoc enim casu damnum interim contingens in fructibus, ad conductorem pertinet, *l. sicut emptio.* §. *fin. cum l. seque. & prin. sequent.* & ibi *glos. & Dd. ff. de contr. empt. Alex. cons.* 121. *vol.* 5. quam decisionem mirabilem esse, & sibi stuporem fecisse, inquit *Bossi. loco allegato numer.* 102. & esse casum specialem, in quo contractus locationis claudicat, & non fit remissio mercedis, scribit *Deci. cons.* 312. *col.* 2. *vers.* 3. idē comprobatur. Sed tamen illius tex. ratio est, quia illa pensio magis videtur dari pro interesse pretij non soluti, quam pro re locata, ut inquit ibi *Bart.* & sequitur *Fulg. & in effectu Paul. Castr. quibus Deci.* accedit, qui, & illo tex. utitur ad aliam quæstionem *in cons.* 119. *col.* 2. *& iterum col.* 4. * sed an villa vel civitas conducens gabellas à rege propter sterilitatem restituatur, vide *Avenda. responso.* 34. *per totum.*

Quod sextum articulum, an propter im- 53
modicum lucrum, ac nimiam ubertatem contingentem in re conducta, quæ cum sterilitate non compensetur, augeri debeat pensio? dic plane, si ex diligentia, & industria coloni hæc augmentum, & lucrum proveniat, non augendā esse pensionem, quia diligentia sua debet unicuique esse lucrosa, non nociva, l. *cum oportet, C. de bonis quæ libr. l. si defunctus, C. arbit. tute.* si vero casu fortuito contingat, veluti si molendinum conduxi, & quia molendina vicinorum sunt casu aliquo destructa, aut molere desierunt, magnam lucri accessionem feci, & tunc receptior est opinio, pensionem augeri debere propter æqualitatem servandam, convenit enim bonæ fidei, (cujus fit mentio *in* l. *licet, C. locati,*) ut sicuti sterilitas ex casu inducit remissionem pensionis, ita quoque ubertas ex casu pensionem augeat, juxta reg. secundum naturam, & reg. qui sentit, *libr.* 6. *& ita glos. Bart. nu.* 8. *& addit. in prin. in d. l. si merces*, §. *vis major. Inno. Io. Andr. Cord. num.* 3. *Ancha. n.* 16. *Abb. in fin. & Imol. in d. cap. propter idem Abb. in c. prohibemus de censib. nu.* 4. *sentit in cap. quanto, post glos. nu.* 6. *eod. tit. tenet Bal. d. l. licet, Cyn. l. legem, C. loca. Paul. l. cotē* §. *qui maximos num.* 2. *ff de public. Palte. per tex. ibi in l. fin. C. de omn. agr. deser. lib.* 11. *P. Raven. in compendio. Rubr. de*

loca. col. 5. Gomez. de contract. c. 3. fol. 30. col. 4. num. 19. & expresse decisum est *dict. l. 23. parti. ubi glos. Greg.* idem jure communi agnoscit. Verum contraria opinio verior est, & usu recepta, ut scribunt *Pinel. l. 2. C. de rescin. vend. 1. par. cap. 3. num. 34. & Ferdin. Mencha. 2. tomo. controversiar. libr. 3. cap. 54. col. fin. sequuti Salyc. Fulgo. & Paul. dict. §. Vis mayor. Aret. l. si quis cum aliter nu. 8. ff. de verb. Soci. nep. cons. 68. nu. 10. lib. 2.* ex generalitate text. *in dict. §. vis mayor*, ibi, *cui immodicum lucrum non aufertur*, accedit text. *in l. 2. C. de fund. reipubli.* Quid autem in emphyteuticari jam diximus *supra quæst. 16. num. 8.*

Quæstio XXVIII. An post finitam emphyteusim, vel locationem sit locus remedio l. 2. C. de rescind. vend.

VIgesima nona differentia constat ex eo, quod plerique dicunt in emphyteusi cessare remedium, *l. 2. C. de rescin. vend.* non ita in locatione, nos tamen hanc differentiam improbamus *supra quæst. 11.* Illud vero magis controversum est, an post finitam emphyteusim, vel locationem, & consumptos forte fructus rei emphyteuticæ, vel locatæ, sit locus eidem auxilio *l. 2. & Pinellus* ibi *2. par. cap. 3. numer. 19.* ex mente interpretum ait, etiam eo casu deceptum juvari, quod, & novissime probat *Fed. Mencha. libr. 3. controver. freq. cap. 16. num. 12.* moventur, quod 30. annis durat actio illius legis, & apud nos *15. annis lib. 4. tit. 30. §. 3. & in nov. tit. 13. §. 5. in principatu Castel. læ per quadriennium l. 4. tit. 5. ordin.* plerunque autem locationes tanto tempore non durant, fructus vero ultra triennium manere non præsumuntur *glos. leg. una, C. si adverf. usuca.* unde verosimile fit, legislatores de hac quæstione interrogatos auxilium legis non denegaturos cum præsertim urgeat magna æquitas, ne cum tanta alterius jactura, alter locupletetur, & hæc est summa suarum rationum, quibus accedit *Rymin. cons. 334. numer. 5. libr. 2.* Ego vero contrarium opinor *cum Decio.* licet obiter cõsulente *cons. 583. ad fin. vers. ultimo*, inquium enim mihi videtur, & contra omnem rationem, ut post fructus consumptos, & finito contractu, contra me agas sublata jam mihi facultate, & optione legis fructus meos vel rem meam reassumendi, aut pretium ad æqualitatem reducendi, ut dict. *l. 2.* & tibi qui contra legem peccasti, auxilium legis concedatur contra *cap. quia frustra de usur.* & ex tuo facto qui tam intempestive egisti, facultas, & electio mihi à lege data, auferatur, contra reg. *non debet alteri, &c.* & satis apparet quod huic speciei, hoc est post finitum contractum, vel rem consumptam, non conveniunt verba legis electionem convento tribuentis, ut cessare videatur legis dispositio, *l. 4. §. quoties, ff. de damno infect. glos. l. mancipia. verb. advocandum, C. de servis fug. cum plene adno. per Turaq. in l. si unquam verb. libertis ex num. 2. & in 1. retracta. §. 8. glos. 7. num. 1. plene Barb. cons. 36. ex numer. 21. libr. 2.* idque planius fit retenta opinione legistarum docentium solam rem esse in obligatione, pretij vero supplementum in facultate solvendi cum *glos. dict. l. 2. Bald.* ibi *num. 14. & 19. Salyc.* qui scribit esse communem *num. 18. & 22. Paul. numer. 16. Cagno. nu. 116. Gozad. cons. 44. num. 10. Covar. lib. 2. resolu. c. 4. col. pen. Gomez. 2. tomo. cap. 2. numer. 22.* Et multo magis retenta opinione canonistarum, qui utrunque esse in obligatione malunt, ut per *Beroi. cap. cum dilect. nu. 75. & 79. de empt. & vend.* quê articulum latissime disputat *Pinelus d. l. 2. 3. part. cap. 3. ex num. 1.* utranvis enim opinionem sequaris, semper in hac specie facultatem lege mihi concessam sublatam esse inficiari non poteris, nec debes esse melioris conditionis, qui contractum finiri permisisti, ut auxilio legis utaris, quam ego qui nesciebam quando eram conveniendus, ut tu legis actionem habeas, ego vero legis facultatem non habeam, cum magis reo favendum sit. Rursus si tibi agere permittitur

titur in hac specie, incidimus in absurdum, quod cogar ipse rem meam vendere, vel rei meæ fructus, vel domum tibi locare, licet invitus, contra reg. l. *invitum de contr. emp. l. nec emere, C. de jur. delib.* non facturus alioqui si eo tempore egeris, quo ego possim optare magis fructus meos, aut rem meam locatam. Accedit postremo, quod re perempta sine culpa, detur auxilium legis, secundum *Abb. dict. cap. cum dilecti, ad fin. Pantal. dict. l. 2. ampli. 25. Cremens. sing. 84.* igitur, dare culpa non idem erit, ex sententia eorumdem interpretum, *Gomez. ubi supr.* Sum igitur ex his proclivior in hanc partem, nec me movet actionem l. 2. *annis* xxx. durare: nam id civiliter intelligendum est, si modo integra sint omnia, & ex facto tuo facultas à lege concessa non auferatur alteri parti, quoniam tunc tu tibi denegas legis auxilium, lex vero non negat, & id ego crediderim legislatores responsuros, non vero contrarium, ut contrariæ opinionis assertores autumant. Nec me movet æquitas non locupl tandi aliena jactura, quam ipsi allegant, cum eatenus illa locum habeat, si modo electio parti non auferatur, ex facto alterius. t ita secundum hanc nostram opinionem vidi non semel judicatum in senatu, & maxime vera est, ubi partis læsionē allegantis post fructus consumptos, & devoratos, calumnia aliqua notetur. Non tamen diffiteor vulgo contrarium judicari, sed non sat expensis juris rationibus.

SUMMARIA.

1 2 *Locatio ad modicum tempus quæ. Locatio ad longum tempus quæ.*

3 *Locatio ad vitam locantis vel cōducentis, an sit ad longum tempus,*

5 *Locatio ad decennium, vel ultra, an dicatur ad longum tempus.*

6 *Locatio ad longum tempus vari cōsideratur jure Regio lib. 4. tit. 6. §. antep. in no. tit. 48. §. 8. in tit. 64. in pri. & in nov. tit. 28. & lib. 3. tit. 32. in nov. tit. 47. in prin.*

7 *Alienatione prohibita an cēseatur prohibita locatio ad longum tempus, & glos. l. cos dicillis, §. instituto, ff. de leg. 2. late explicata.*

8 *Locatio ad longum tempus, an comprehēdatur sub prohibitione alienationi rerum ecclesiæ.*

9 *Locatio ad longum tempus, an comprehēdatur sub prohibita alienatione immobilium minoris.*

10 *Locatio ad longum tempus, an cōprehendatur sub prohibitione legis Iuliæ defuncto dotali.*

11 *Mayoratus bona, & alia vinculata, an possint ad longum tēpus locari.*

12 *Venditione prohibita, an censeatur quoque prohibita locatio ad longum tempus.*

13 *Successor particularis, an teneatur stare locatori ad longum tempus.*

14 *Feudum, & res demaniales, an possint ad longum tempus locari.*

15 *Locatio pro tribus quinquēnijs, vel pro tribus novenijs vel cum pacto renovandi de quinquēnio, vel de novenio ad novenium, & similes, an cōprehendatur sub alienatione prohibita.*

16 *Laudemium an debeatur de locatione ad longum tempus.*

17 *Conductor ad longum tempus, an videatur tacite reconducere.*

18 *Locatio ad longū tempus, an possit fieri de regalibus, & an revocari queat per successorem.*

19 *Locatio ad longum tempus, an differat ab emphyteusi, & quando licet de una ad aliam argumentari.*

20 *Conductor ad longum tempus, rei ecclesiæ cessās biennio, an cadat.*

21 *Conductor ad longum tempus prædij sæcularis, cessans triennio, an cadat in commissum.*

22 *Cōductor ad longum tempus alienans sine domini consensu an cadat.*

23 *Emphyteuta locans rē emphyteuticā ad lōgum tēpus irrequisito domino, an cadat.*

24 *Conductori ad longum tempus, an fiat remissio ob sterilitatem.*

25 *Conductor ad longum tempus, an repetat melioramenta.*

26 *Conductor ad longum tempus, an teneatur ad impensas.*

27 *Locat res ad longū tempus, si pro parte intereat, an deminuetur merces pro rata.*

Locatio ad longū, quod non trāsferūt utile dominium, & si male ab interpretibus intellecta, disputatur, & agitur de intellectu, l. 1. §. quod autem ff. de superficie, & l. 1. §. qui in perpetuum ff. si ager vectigal.

Quæstio XXIX. De locatione ad longum tempus, & an differat ab emphyteusi.

1 DUplex ex omnium fere interpretum sententia reperitur locationis species, quædam ad modicum tempus, ut ad triennium, quinquennium, imó, & ad novennium (quidquid dixerit *Abb. cap. propter*, §. *Verum. num.* 17. *ex glosa.* ibi, *de locato*) & hæc ad modicum tempus locatio, nullum dominium nec possessionem transfert, ut diximus *quæst.* 20. *nu.*
2 9. ¶ Alia vero est locatio quæ dicitur ad longum tempus, & ista transfert utile dominium *Clemen* 1. *ubi glosa. & Dd. de reb. eccles.* & omnes paulo post citandi, & præterea *Paris de feud. fol.* 101. *numer.* 9. *col.* 2. item, & possessionem naturalem, ut tradidimus *quæst.* 18. *num.* 2. *Jason. & alij in l. natio aliter in princ. numer.* 15. *ff. de acq. possess.* de utraque plenissimo (ut unica allegatione multos complectar) *Tiraq. in* 1. *retract.* §. 1. *glo.* 14. *nu.* 79. & 80. *Ioan. Soca. ad consue. Cathal. pag.* 130. *nu.*
3 80. ¶ Sed quantum tempus necessarium est, ut dicatur locatio ad longum tempus; dic si ad vitam locantis seu conducentis *ex Bald. in l.* 6. *ff. de usufr. Philip. Corne. cons.* 55. *num.* 2. *Deci. cons.* 204 *Nicol. Boeri. dec.* 234. *col.* 2. *in princ. Insig. Navar. cap. consideret*, §. *defleat*, 5. *not. de pœnit. distin.* 1. nec id mirum nam locatio ad vitam, emphyteusis appellatur, & dominium utile transfert dict. *Clem.* 1. *cum ibi traditis.*

Rursus etiam dicetur locatio ad lon-
4 gum tempus, si concessa sit per verba illa, quandiu ipse voluerit, quemadmodum consuluit *Soci. Iuni. cons.* 63. *nu.* 11. *lib.* 2. faciunt quæ scribit *Deci. d. cons.* 204. *col. fin.* accedit vulgaris traditio *ex l. jurisperito, ff. de excusa. tutor. l. sufficit.* ubi plura *Jason. ff. de cond. indebi.* Verumtamen hoc est intelligendum, quando tempus fuerit positum in voluntate conducentis, ut explicat *Soci. Iuni. dict. cons.* & *antea Marti. Laud. in Rubr. ff. de reiven. numer.* 5.

Sed, & locatio, quæ fit ad decennium, 5
vel ultra, dicitur ad longum tempus facta, ex *glos.* traditione *in l.* 2. *in fin. ff. si ager vectig. Bart. & alijs in l.* 1. §. *quod autem, ff. de superfic. Paul. in* §. *si vir in quinquennium l. si filio*, & ibi *Alexan. nu.* 2. *ff. solut. mat. Plate. in l.* 1. *C. de admi. reipubl. lib.* 10. *Iacob. Alvarot. in prolæ feudo. col. pen. Deci. cons.* 204. *Jason. cons.* 29. *vol.* 1. *Duenas reg.* 240. *num.* 2. *in fin. P. Parisi. col.* 118. *vol.* 3. *Soci. cōs.* 32. *col.* 1. *lib.* 1. *Ioan. de amic. cōs.* 25. *Carol. Rui. cōs.* 61. *quia fuit facta num.* 1. *lib.* 1. *Anan. c. fin. num.* 13. *ne præla. vic. suas Fabia. de empt. & vend.* 4. *quæst. prin. quæst. ultr. Benincas. in* §. *omnium num.* 42. *de act. Ang. & Imol. l. si domus*, §. *fin. ff. de leg.* 1. *Ias. l.* 3. §. *ex contrario n* 48. *ff. de acq. poss. ff. Jas. manumissiones numer.* 7. *ff. de just. & jur. Felin. cap. quæ in ecclesiarum nu.* 86. *de const. Afflict. in tract. de jure prothomis. 8. not. numer.* 25. *Boeri. decis.* 234. *Zazi. de feud.* 9. *par. num.* 13. & est probatissima opinio teste *Covar. libr.* 2. *resolu. cap.* 16. *num.* 1. & consuetudine recepta secundum *Bald. l. jubemus nulli col.* 2. *C. de sacros. Joann. Socar.* latissime ubi *supra pag.* 129. *col* 1. & 2. nec mirum quod longum tempus dicatur decennium, id enim probatur *in rubr. & l. pen. & l. fin. Cod. de præscr. long. temp. l. fideicommissa*, §. *aristo, ff. qui & à quib. glos. in rubr. Cod. quæ sit long. consuet. & in l. si filius, Codic. de peti. hared.* & idcirco dicit *Alex. cons.* 17. viso instrumento locationis *num.* 2. & 3. *lib.* 4. quod quanvis *glos. in Clemen.* 1. *in fin. de reb. Eccle. & in cap.* 2. verbo, *non modicum eodem tit. lib.* 6. *& in l.* 1. §. *quod autem ait. ff. de superfici.* varias in hoc referant opiniones, & tandē concludant tempus longum, intelligi secundum judicis arbitrium: attamen ex communi

doctо-

doctorum sententia judex debet arbitrari tempus longum esse decennium, & ultra, & ibi ad hoc citat magnum doctorum cumulum, & *Cardi. in dict. Clemen. 1. §. fin. quæst. 4.* quia ita communiter ait teneri ac servari: firmat etiam *Carol. Rui. cons. 62. n. 1. lib. 1.* scribit *Paul. cons. 4. n. 3. lib. 1. Dec. cons. 204. n. 1. And. Sicul. in rubr. de reb. Eccles. D. Navarr. in d. §. desleat not. 5. Marcus decis. 555. Moder. Gallu in consuet. Pariss. tit. 1. §. 41. numer. 19. ante omnes Bart. & Albert. in l. 1. §. quod autem, ff. de superfici.* novissime plures cumulat *Tiraquel. in tract. de præscri. §. 1. glos. 4. pag. 40.* sequitur referens prædicta omnia post nos *Io. Garc. de expēsis cap. 14. col. 2. & 3.* nam & tempus simpliciter prolatum, significat decennium, ut per eund. *Tiraq. dict. tract. pag. 23.*

6 Porrò de jure Regio locatio ad longum tempus varijs respectibus consideratur: nam ne possit sine consensu uxoris à marito fieri, dicitur illa quæ fuerit facta ad decennium vel ultra, ut probat *Ordin. lib. 4. tit. 6. §. antep. in nov. tit. 48. §. 8.* Cæterū quoad hoc, ut conductor ad longum tempus alienans irrequisito domino cadat in commissum requiritur quod locatio sit ultra decennium, & ita loquitur. *Regia lib. 4. tit. 64. in nov. tit. 38. in prin.* ibi, *que passe de dez annos*, quod ipsum statuit *l. Regia lib. 3. tit. 32. in no. tit. 47.* in prin. quoad hoc ne maritus sine uxoris consensu possit in judicio experiri, exigit enim lex quod locatio transgrediatur decennium. Et quanvis aliqui viri docti asseverent secundum jus Regni utrobique sufficere locationem esse decennalem. Ego tamen non audeo à verbis legis recedere, nam quoad commissum, & quoad ad litigandum in judicio sine consensu alterius conjugis locationem ultra decernium factam postulo, quoad alia, sum decennali tantum locatione contentus, quia leges Regni sic scriptæ sunt. Hodie tamen *in nova Ordi. recopilation* omnes hi casus patificati sunt, & sufficit locatio ad decennium vel ultra, ut *dict. lib. 4. tit. 38. & 47. in princ.*

Ex eo autem quod hujusmodi locatio ad longum tempus dominium utile transferat multa utilia in praxi sequuntur.

7 ¶ Et primo prohibita alienatione censeri prohibitam longi temporis locationem, quippe quæ dominium utile transfert, ut supra probavimus, tradit *Carol. Rui. lib. 1. cons. 91. n. 11. Alexan. cons. 104. numer. 5. lib. 3.* quia locatio ad longum tempus est alienatio, *ex Bald. in rubr. C. eod. num. 7. Bald. Novel. l. 1. num. 183. ff. solut. mat. Paris. de feudi reintg. fol. 140. nu. 3. col. 1. & fol. 101. n. 9. col. 2.* Proinde non est verum quod docent. *Accurs. in l. codicillis. §. instituto ff. de leg. 2. in glo. fin.* locationem etiam in centum vel mille annos, non esse alienationem, nec comprehendit sub alienatione prohibita, quam glo. dixit unicam *Imol.* ibi, *Bald. in cap. querelam in fin. de elect. Imol. cap. ad audientiam num. 2. de reb. Eccles. Ang. l. siquis* ante *in fin. ff. de acquir. possess. Anton. Gomez. l. 4. Tauri. nu. 84. Bald. Novel. de dote 7. par. privileg. 1. col. pen.* & late disputans per quatuor *col. Andr. Barba. in rub. de reb. Eccle. & plerique alij.* Illa enim doctrina nullo modo potest esse vera: si enim locatio ad decennium, vel ultra utile dominium transfert, quanto fortius locatio ad mille annos, uti Accurs. hyperbolice loquitur, quocirca frequentissimo omnium calculo reprobatur illa *glos.* ab omnibus quos supra citavi, & nuncupatim *à Paulo Castro in l. fin. num. 4. C. de reb. alien. non alien. ab Imol. l. si filio, §. si vir. ff. solu. matri.* & ibi *Alexan. nu. 25. Imol. in alleg. cap. ad audientiam, nu. 2. Ang. §. adeo, post princ. insti. locati. Christopho. in tit. insti. de liberti. num. 4. Bartol. Cepola. in l. alienationis verbo. num. 8. ff. de verbo. signif. Alexan. l. si dominus §. fin. nu. 8. ff. de leg. 1. Affict. lib. 3. const. Neapol. Rubr. 5. ad fin. nu. 83. Alexan. cons. 165. lib. 2. Socc. Iun. cōs. 56. lib. 2. Alex. cons. 103. num. 5. & 6. lib. 3.* & multis alijs quos congerit *Andr. Tiraque. de retract. linag. §. 1. glos. 14. nu. 81.* ubi quoq; citat contrarium tenentes, *D. etiam Covar. libr. 2. varia. resol. cap. 16. col. 2. Bal. Novel. in Rep. dict. l. 1. num. 183. ff. solu. matr.*

matr. *Paris de reintegr. feud. d. fol.* 140. *col.* 1. *num.* 2. *Duennas* 40. *num.* 12. *in fin. Berot. cap. nulli num.* 19. & 31. *de reb. Eccle. Ioann. de Socarratis ad consuet. cathalo. pag.* 551. *nu.* 23. ubi dicit quod universus antiquorum, & Moder. cœtus operto ore damnat illam glossam, & *pag.* 129. *nume.* 78. idem latissime *Menesius. in l. voluntas num.* 18. *C. de fideicom.* & sine dubio *Accursius in dict. §. instituto* non habuit bonum sensum juris, * licet eum defendere conetur *Ioann. Garci. de expensis C.* 14. *num.* 4. *nam, & tex. in l. non solet, ff. de loca.* quem pro se citat, potest retorqueri adversus ipsum, quia cum ait, quod locatio non solet dominum transferre: innuit manifeste, quod, & si non soleat, potest tamen aliquando accidere, ut transferat, utpote locatione ad longum tempus facta. Nec verbum locandi mutat substantiam juris, quæ stat in longitudine temporis, ad quod res fruenda datur, ex reg. *l. insulam, ff. de præscri. verb. l. si uno, ff. locati,* cum similibus, & multis decisionibus, quas ad propositum illius reg. congerit *Ioann. Neviza. cons.* 92. *ex nu.* 31. *usque ad finem.*

Licet autem traditio glo. non sit jure recepta, defendi tamen post dupliciter. Primo quando hujusmodi locatio ad longum tempus conciperetur pacto adjecto, ut in conductorem nullum jus, nullumque dominium transferatur, quod ita scripserunt *Bald. Imol. Alexan. ad Bart. in dict. §. instituto. Bald. ubi quoque, Imol. & Alexan. ad fin. in l. si domus, §. fin. ff. de leg.* 1. *Areti. l. si quis ante col.* 1. *vers. ita pato, ff. de acq. possess. Bald. cap.* 1. *§. aut. si libellario. in fin. quib. mod. feud. amit. Chassan. ad consue. Burg. rubr.* 9. §. 10. *num.* 39. *Augusti. Bero. cap. nulli. nu.* 32. *de reb. Eccle. Imol. cap. ad audientiam eodem tit. Ioann. Socarrat. ubi supr. nu.* 24. *& pag.* 129. *num.* 78. *& Menes. ubi supra numer.* 19. & est optima, & tenenda declaratio, quia tale pactum non est contra substantiam, & naturam contractus locationis, imo secundum ejus substantiam, & naturam, quia non solet locatio dominium transferre, *dict. l. non solet,* & ideo si apponitur pactum, quod non transferatur dominium, profecto tale pactum justum est, & legibus conforme: regreditur enim conventio ad suam naturam, *l. si unus, §. pactus ne peteret, ff. de pact. ibi sed formæ suæ redditur,* facit, & pro hac declaratione optimus casus *in l. cum manusata, §. fin. ff. de contr. emp.*

Verum hæc limitatio est intelligenda, nisi rei quæ cum tali pacto locatur, alienatio esset regulariter prohibita, veluti rei Ecclesiæ, minoris, aut maioratus: in his enim rebus tale pactum videtur in fraudem prohibitæ alienationis interpositum, propter commoditatem fructuum, quæ ad longum tempus transfertur: qua carituri sunt successores in quorum favorem alienatio fuit prohibita, & hoc ita ex *Bald. in Auth. hoc jus porrectum col.* 1. *numer.* 1. *C. de sacrosan. Eccle. Fabia. de Monte in tract. de empti. & vend.* 4. *quæst. princ. quæst. ulti. scripsit. Covar. libr.* 2. *resol. cap.* 16. *col.* 2. *in prin.* & ante eos *Din. & Cuma. in dict. §. instituto col.* 2. *& Jason. cons.* 94. *col. fin. lib.* 1. quos refert, & sequitur *Pinel. noster. in l.* 1. *C. de bon. mat.* 3. *par. numer.* 64. *pag.* 466. parvæ impress. considerans quod partium pactionibus non est circũvenienda legum censura, l. *Jeyus. & augerius. ff. ad leg. fals.* quod utique eveniret, si de hujusmodi bonis locatio ad longum tempus adjecto tali pacto permitteretur, & ultra ipsum idem consuluit *Alexan. cons.* 104. *in causa, & lite numer.* 6. *vers. non obstat. quartum libr.* 3. *citans Bald. cap.* 1. *in prin. de prohib. feu. alien. per Fred. libr. feud.* & eleganter adnotavit *Jason. l. fin. num.* 8. *in fin. C. de jur. emphyt.* licet ad casum de quo ibi loquitur non recte adapretur hæc declaratio, ut infra suo loco dicam. Et secundum prædicta resolves, quæ tradit *Paris. de reintegr. feu. fol.* 140. *colu.* 1. *ex num.* 3. ubi late fundat, quod non valet locatio ad longum tempus adjecto pacto ne dominium transferatur, debet enim intelligi in re prohibita alienari in favorem alterius, ut occurratur fraudi, non vero alias.

Hæc tamen declaratio tot interpre-

tum

tum authoritatibus fulcita, parum mihi necessaria videtur in successoribus maioratuum, nam cum possessor maioratus non possit in suis contractibus successori nocere, *cap. 1. de suc. feud.* nec ipse teneatur locationi stare ut diximus *quæst. 20. numer. 18.* nihil refert quibus pactis, & conditionibus locatio fiat, quia in effectu nocere non potest.

Item secundo potest defendi traditio illius *glos. in dict. §. instituto*, per ea quæ *infra scribimus in vers. supradicta tamen numer. 28.*

8 Rursus, & secundo ex præfata differentia, & communi conclusione infertur, quod sicuti in rebus ecclesiæ est prohibita alienatio, *cap. nul'i de reb. eccles. §. alienationis Auth. de non alienan. colàn. 2.* ita, & longi temporis locatio, *tex. & glos. Clemen. 1. verbo locationes*, & ibi *Cardin. ad fin. de reb. Eccles. Angel. & Faber. in §. adeo num. 1. in fin. inst. locati. Deci. cons. 142. nu. 3. Boeri. decis. 234. Alexan. cons. 17. lib. 4. Bellame. decis. 748.* plene *Tiraq. de retract. linag. §. 1. glos. 14. nu. 81.* late *Covar. lib. 2. var. resol. cap. 16. col. 1.* unde non transibit ad hæredes extraneos, sicuti non transit emphyteusis ecclesiæ secundum omnes *in l. etiam ff. solut. mat. & in cap. in præsentia de probat.* quanvis contrarium voluerint *Bald. cap. litteræ, de dilat. Rui. cons. 161. num. 22. & consec. 77. col. 3. lib. 1. & Rolandus cons. 96. num. 24. & 27.* & cavendum est etiam à *Bald. l. quicunque Cod. de bon. quæ libr.* qui locationem ad centum annos valere dixit, si fuerit utilis ecclesiæ, & merito eum reprobat *Joann. Socar. ad consuetudin. Cathalo. pag. 129. num. 79.* Illud vero indubitati juris est locationem ad modicum tẽpus in rebus ecclesiæ admitti, ut tradit, *Parisius cons. 98. libr. 4.* & temporis taxationem ponit *Extrav. Paulina*, & adhuc brevius posuerunt aliquæ constitutiones synodales hujus Regni, ut inferius dicemus.

9 Similiter, & tertio infertur, quod tutor prohibitus à jure alienare rem minoris immobilem sine octo requisitus congestis per *Affict. decis. 249. P. Rebuf.* latissime *ad ll. Galliæ 2. tomo pag. 153. Deci. cons. 403. num. 17. Thom. Gramat. decis. 59. Bald. in Reper. Innocen. verbo contractus. Roma. cons. 231. in casu.* plene *Parisi. cons. 98. circa præsentem numer. 1. cum seque. lib. 1. P. Dueñas reg. 186. Anto. Gomez. de contract. cap. 14. num. 13. doctores* communiter *in l. magis puto per totam, ff. de reb. eorum, & in tit. C. de præd. min.* ita similiter censetur prohibitus rem immobilem minoris ad longum tempus locare. *Boer. in alleg. decis. 234. Alexand. cons. 117. libr. 5.* sicque debet intelligi *Rui. cons. 93. numer. 11. libr. 1.* Nec mirũ, nam si prohibetur rem minoris pignorare, seu obligare, *l. si pupillorum; §. si prætor, §. si obligavit, ff. de reb. eor. & in rub. illius tit.* ibi. *non alienandis vel supponendis* secũdum expositionem doctorum, & *Neguzantij de pigno. 1. par. col. 2. numer. 2.* quanto fortius prohibebitur locare ad longum tempus, ex quo actu utile dominium transfertur secundum communes traditiones. Ad modicum vero tempus rem minoris locare bene licebit juxta formam *Ordin. libr. 1. tit. 67. §. 1. in nov. tit. 87. §. 23.*

Item, & quarto infertur, maritum (qui 10
non potest rem dotis immobilem alienate prohibente *lege Iulia de fund. dotali, l. 1. & per tot. C. & ff. illo tit. in prin. inst. quib. alien. licet.* ubi late *Angel. Faberi.* & noviſſime *Hyppol. Rymnal. & Anto. Gomez. l. 50. Tauri num. 57. & Corras. in l. qui liberos ex num. 203. ff. de ritu nupt. Alcia. l. 1. ff. solut. mat. nu. 37.* & regulam cum xx. limitationibus, melius quam alibi ponit *Bald. de Bartolinis* ibid. *in dict. l. 1. ex num. 164.*) non posset similiter ad longum tempus locare, adversus *Bald. Novel. in tract. de dot. 7. par. privi. 1. col. pen. & Bartolinum, in rep. dict. l. 1. numer. 183.*

Sed, & quinto, utiliter infertur, quod sicut res vinculata capellæ, seu maioratui, aut (ut alij dicunt) primogeniro, non potest alienari, *l. si filius famil. §. divi cum materia ff. de leg. 1. l. petio, §. prædium. §. fratre, l. cum pater, §. quindecim*, cum aliis multis juribus, *ff. de leg. 2.* sic pari modo

non

non poterit ad longum tempus locari, ut scripsit *Anto. Gomez.* l. 40. *Tauri. numer.* 84. & *noster Pinel. in rep. l.* 1. *C. de bon. mat.* 3. *par. num.* 65.* agit de hoc *Greg.* in l. 2. *tit.* 8. *par.* 5. *Molina* latissime *libr.* 1. *primog. cap.* 21. *ex nu.* 28. de quo tamē ego inferius plenius agam, in quæstione de emphyteusi in bonis mayoratus.

12 Præterea, & sexto non inutiliter infertur, quod prohibita simpliciter venditione per verbum venditionis censetur etiam prohibita locatio ad longum tempus ex *Bald. in auth. ei qui jurat, C. de bon. auth. judi. poss. col. antep. vers. ulterius*, cujus traditionem valde commendat *Jajon. consi.* 29. *incip. nunquam putavi, col.* 1. *libr.* 1. *Deci. cons.* 104. *in causa. Ripa. d. l. filius-fami.* §. *divi. nu.* 100. plene *Tiraq. in primo retract.* §. 1. *glos.* 14. *nu.* 82. licet autem non valeat locatio non tamen incidet in pœnam, si qua forte alienanti fuerit injuncta *Bald. cap.* 1. *col.* 5. *qui feu. da. po. Ioann. Socar. ubi supr. num.* 79. etiamsi jurejurando se adstrinxerit ad non alienandum, ex *Calder. in cap. intellecto, de jurejurando defendit Covar. libr.* 2. *resolu. cap.* 16. *col.* 2. scribimus, & non infra *nu.* 23. licet ex multis quæ communiter recepta sunt, & infra dicentur, possit hoc controverti.

Subinde, & septimo infertur, quod quanvis particularis successor non teneatur stare colono, l. *emptorem C. locati, lex. Regia libr.* 4. *tit.* 29. *in nov. tit.* 9. & *lex Castellæ* 19. *titul.* 8. *p.* 5. plene *Soci. in reg.* 487. *Covar. libr.* 2. *vari. resol. cap.* 15. pleniſſime *P. Dueñas per tres ampliationes, & xj limitationes in reg.* 240. *incip. emptor non tenetur. Anto. Gomez.*
13 2. *tomo. cap.* 3. *num.* 8. Attamen bene tenebitur stare colono, seu inquilino ad longum tempus, ratione utilis dominij quod habet, & ita *glos.* 2. *d. l. emptorem* communiter ibi recepta, ubi *Ang. num.* 2. *vers. prædicta vera. Bart. l. si filio,* §. *si vir in quinquennium.* ubi *Alexan. num.* 2. 24. & 25. *Ludo Roma. num.* 31. *Imol. nu.* 8. *ff. sol. matr. Bart. l. si fundum. ff. locati, num.* 1. *Guido Papæ quæst. Delphynat.* 480. *num.* 3. *Aufre. ad Capel. Tholos.* 420. *Pirrhus in l. contractus, fol.* 11. *pag.* 1. *vers. adde circa hunc contractum, ff. de reg. jur. Imol. l. nihil,* §. *fructus, in prin. ff. de leg.* 1. *Ang. cons.* 2 *nu.* 12. *Andr. Tiraq.* 1. *retract. glos.* 14. *nu.* 32. *Imol. & alij, cap propter sterilitatem, de locato. Montalvus in glos. l.* 7. *in fin. tit.* 17. *lib.* 3. *fori. Rota antiq. secundum antiquam impressio. num.* 861. & secundum novam sub *tit. de loca. decis.* 1. *Covar. libr.* 2. *vari. resolu. cap.* 15. *num.* 2. *P. Duennas reg.* 240. *nu.* 2. *latiss. Menesi. in l. voluntas nu.* 19. *C. de fideic.* ubi ad hoc ipsum expendunt *l.* 19. *in fin. tit.* 8. *par.* 5.* noviſſime *Ioann. Garci. de expens. cap.* 14. *num.* 5. nec id jure nostro Regio poterit habere dubium, quando emphyteusis, & locatio ad longum tempus æquantur *lib.* 4. *tit.* 6. §. *antep. in no. tit.* 48. §. 8. & *tit.* 64. & 65. *in prin. in no. tit.* 38. & 39. *eod. lib.* & *lib.* 3. *tit.* 23. *in no. tit.* 47. *in princ. Et satis* probat *Ordi. nova d. lib.* 4. *in prin. á contrario sensu por tempo que fossi menos de dez annos.*

Octavo infertur, quod licet baro pos-14 sit locare ad modicum tempus rem feudalem, puta triennium, quinquennium & in *Regno* Neapoli solum res excadentiales solitas locari, ut tradit *Paris. de reintegr. feud. fol.* 4. *num.* 6. & *fol.* 14. *n.* 4. & *col.* 3. *num.* 4. & *fol.* 21. *nu.* 2. *imo* & ipsum feudum locari potest, nisi sub vili pensione in fraudem, ut tradit idem *Paris. dict. tract. fol.* 22. *col.* 3. *nu.* 3. Attamen ad longum tempus locari non poterit, ut per eund. *fol.* 116. *nu.* 3. *col.* 2. sine Regis assensu.

Non infertur, quod sicut res demanialis feudi non potest alienari, sic nec ad longum tempus locari, *Paris. Puteus ubi supr. fol.* 140. *col.* 1. *nu.* 1. dicitur autē demaniali quæ est ad alimoniam domini feudi, sicuti alias dicimus de mensa prælati, idem *Puteus de verbo. signific. super verbo demanij.*

Decimo infertur, etiam prohibita alie-15 natione censetur etiam prohibita locatio pro tribus novem annis, vel pro duobus novem annis, vel pro tribus quinquennijs, vel pro quinque, aut novem annis, cum pacto, ut finito non venio maneat

pro

pro alio novenio, vel ad decem annos, & quod tot sint locationes quot anni. Locatio enim concessa ad tempus, quod alteri priori adjunctum facit longum tempus, habetur pro locatione ad longum tempus, & censetur facta in fraudem legis, vel hominis prohibentis alienationem, per tex. in *Auth. de non alienandis. §. neque* col. 2. cujus verba sunt loquendo de emphyteusi ecclesiæ cum pacto de renovando, *neque illud quod hactenus contra tales contractus agebatur valere permittendum est, de adjectione, ut si vel duorum heredū cōpleatur, tempus, licentia sit eis, qui post illum sunt in emphyteusim dare id unde agitur, & super eos præponi aliis, in hoc enim nihil aliud est, quam per revolutionē, & machinationem perpetuas emphyteusis, magis autē privationes ecclesiasticarū agi rerū, sed si factū est tale nullā necessitatē esse reverēdissimis œconomis, duobus hæred. cessāt. cæteris tradere.* Hactenus novella Iustiniāni, ex qua satis colligitur, hæc omnia pacta renovandi, revolutiones esse, & machinationes à jure reprobatas, quia in fraudem legis fiunt, & sunt in effectu locationes ad longū tempus. *Lappus alleg. 12. Anto. cap. apostolicæ, de donatio. Faber. in §. item finitur, instit. de usufruct. Alex.* plene *in consil.* illo 165. per tot. *lib. 2.* repetito *lib. 1. cons.* 68. idem *Alex. cons.* 104. *n. 6. lib. 3. & in l. si filiofami. §. si vir* col. *fin. ff. solu. mat. Jason. l. manumissiones ex nu. 7. ff. de just. & jur. Barb. in rub. de elect. Feli. c. quæ in Ecclesiarū* col. 34. *n. 87. vers. similiter* si fiat locatio. *de constit. Chassan. de Burgo. fol.* 313. *nu.* 36. *Tiraq. in 2. retract. in pr. e-fat. nu.* 11. *Ioā. Socar. ad consuetu. Cathalo. pag.* 130. *nu.* 80. *Paris. de feud. fol.* 86. *nu.* 8. *cum seq.* & cū alijs quæ scribit *fol.* 140. *ex numer.* 3. *Moderni Galli. tit.* 1. §. 41. *num.* 3. Latissime *Rui. cons.* 57. *num.* 13. *libr.* 1. *Franc. Zoanet. lib. rerum quotidianarum cap.* 59. *numer.* 5. Et per illum tex. *in d. §. neque* dicit ibi *Angel.* eleganter, quod tutor qui non potest sine decreto alienare res minoris, *l. magis puto §. ne passim, ff. de reb. eor.* non poterit locare pro uno, vel duobus annis hoc acto, quod illis finitis maneant res locatæ pro sequentibus annis, quia est species alienationis, idipsum si dicatur, quod tot sint locationes quot sunt anni, ut non valeat, scripsit *Areti. not.* 1. ubi videndus est *Soci. numer.* 18. *in l. si quis ante, ff. de acq. poss. Jason. & Oroſci. l. manumissiones n. 7. ff. de just. & jur. & in cons.* 42. *n. 2. lib.* 1. *Feli. late dict. num.* 87. *vers. similiter in locatione.* ¶ Et inde est quod in materia *extravag. Paulinæ* non valebit pactum de renovando id aliud triennium ex *Crot. l.* 1. §. *sed mihi Pamphylum num.* 15. *ff. de verb. Covar. lib.* 2. *resolu. cap.* 16. *nu.* 4. quia tale pactum videtur appositum in fraudem extravagantis per tex. *in d. §. nec illud* ¶ Similiter censebitur locatio facta in fraudem triennij, si locatione facta ad triennium, elapso duntaxat uno anno fiat locatio ad aliud triennium incipiendum finito triennio priori *Cardi. Clemen.* 1. §. *verum* col. *fin. quæst.* 5. *de reb. eccle. Alex. cons.* 165. *numer.* 5. *vol.* 2. quod tamen debet intelligi si fiat eidem personæ, & sub eadem pensione, quia tunc prior prorogata censebitur, *l. sed si manente, ff. de precar.* alias secus. Accedit quod scripsit *Cynus in libr.* 1. *quæst.* 3. *C. de jur. emphy.* quod si res concedatur in perpetuum vel ad longissimum cum pacto renovandi de quinquennio in quinquennium quod videtur esse proprie concessio precaria, juxta *cap.* 1. *de precar.* quæ non differt in effectu ab emphyteusi, ut notat *Bart.* l. 1. *C. de jur. emphyt.* probat *Alex. dict. cons.* 65. *Intellige* vero hujusmodi pacta renovandi, tunc demum esse reprobata quādo fiunt in fraudem alicujus legis, vel hominis vetantis alienationes, aut in longum tempus locationes *ut d. §. nec illud.* alioquin nullo jure sunt improbatæ, & ita defenditur *Bald. cons* 392. *ad fi. libr.* 5. *& in cap.* 1. §. *aut si Hilario ad fi. in tit. quib. mod. feud. amitt. & in l. Voluntas num.* 5. *C. de fideicom.* ubi tradit *Menchi. num.* 19.

Undecimo infertur quod sicut alienata emphyteusi debetur domino laudemium, *l. fin. de jure emphy. & lege Regia lib.* 4. *tit.* 64. §. 1. *in nov. tit.* 38. *in princ.* ita similiter debetur laudemium, 16

si emphyteuta ad longum tempus locaverit *Specul. de locato §. nunc aliqua vers.* 123. *cum seq. Imol. cap. potuit colūn.* 14. *de loca. Alexand. cons.* 165. *col.* 1. *lib.* 2. *Ias. l. fin. n.* 2. *Cod. de jure emphy. Deci. cons.* 204. *nu.* 2. *Afflict. cap.* 1. *n.* 61. *de prohib. feu. alien. per Fred. Feli. dict. c. quæ in Ecclesiarum. n.* 87. *Petr. Iaco. in tit. de acti. in rem pro emphyt. colūn.* 8. *Boeri. decis.* 234. & latissimè ad utranque partem articulum disputans, ita tenet *Ioan. de Socarratis ad consuetud. Cathaloniæ ex n.* 20. Nec id mirum nam si locatio ad longū tempus alienatio est, cur non debebitur domino laudemium? maxime jure Regni secundum quod absque dubio locatio ad longum tempus alienatio est, ut probat *lex Regia lib.* 4. *tit.* 6. *§. antepen. in nov. tit.* 48. §. 3. *& tit.* 32. *in nov. tit.* 47. *in prin. lib.* 3. *& tit.* 64. *in nov. tit.* 38. *in prin. lib.* 4. quanvis ex locatione ad longum tempus non debere laudemium de jure communi, nonnulli Doctores contendant, quemadmodum *Moder. Paris. ad Alexand. cons.* 119. *numer.* 7. *lib.* 3. & alibi *Covar. lib.* 2. *resolu. cap.* 16. *col.* 3. *Anto. Gomez.* 2. *tomo de contract. cap.* 3. *de locato, n.* 11. *ad fin.* quibus in stricta disputatione magis accederem.

17 Duodecimo infertur quod in locatione ad decennium non habet locum tacita reconductio *Carol. cons.* 61. *numer.* 1. *& 16. vol.* 1. sicut nec in emphyteusi secundum *Alexan. cons.* 76. *lib.* 5. quidquid cōtradicat *Alci. reg.* 2. *præsū.* 17. *n.* 3.

18 Decimo tertio infertur quòd locatio ad longum tempus non potest fieri de regalibus, & per successorem revocabitur *Carol. cons.* 91. *n.* 11. *lib.* 1. & hæc omnia atque alia plurima quæ deligens lector ex varijs materijs decerpet, facile deducuntur ex illa cōmuni conclusione quà statum est ex locatione ad longum tempus utile dominium, & possessionem transferri.

19 Sed jam quæritur in quo differat locatio ad longum tempus ab emphyteusi? *& Imol. c. nulli col.* 3. *vers. ideo etiam. & in cap. ad audientiam col.* 1. *vers. item adverte de reb. eccle.* scribit nullam esse differentiam, quoad effectum, sed nomine tantum, ita etiam voluit *Faber. l.* 1. *Cod. isto tit. col.* 1. *in fin. & in §. item finitur inst. usufruct. & §. adeo. colūn. fin. inst. de locato.* idem *Alexand. cons.* 14. *viso, lib.* 4. *Soci. cons.* 167. *non inutilis colūn.* 2. *lib.* 2.* *& cons.* 156. *numer.* 6. *lib.* 1. *& alij citati à Tiraq. lib.* 1. *Retrac. §.* 1. *gl.* 14. *n.* 84. ultra eum pulchre *Feli. cons.* 25. *num.* 4. *& 9. vers. & ad prædicta. Marcus dec.* 555. *in fin.**novissi. Io. *Garci. de expen. c.* 14. *numer.* 6. *Cæterum Ias. d. l.* 1. *n.* 36. diversos existimat esse contractus, & non solū nomine, sed etiam effectu in multis differre, quod quibusdam per eum relatis differentijs probat, & iterum *in l. ex hoc jure numer.* 42. *ff. de jus. & jur.* Quinimo *Areti. in cons.* 55. *n.* 4. ait locationem ad longum tempus, & emphyteusim quamvis sint in multis similes, esse tamen adeo dissimiles, quod de una ad aliam argumentari non juste possimus *c. sicut.* 1. *q.* 1. & consequenter dispositum in emphyteusi non posse trahi ad locationem in longum tempus nisi quatenus in jure sit expressum ex sententia *Ioa. Andr. ad Specul. de locato. §. nunc aliqua vers.* 4. *circa finem additionis.* Sed *& Bald. c. literæ col.* 2. *n.* 5. *vers.* màdo ego revoco in dubium, differentes esse humoi contractus agnoscit differentiam autē in eo ponit, quod pro emphyteusi pensio modica, seu quid minimum solvitur ut habetur *d. l.* 1. *& per glos. & omnes c. potuit de loca. Decis. cons.* 142. *& pro tenui numer.* 5. *ad med. Afflic. decis.* 72. *numer.* 4. at pro locatione ad lōgum tempus solvitur magna pensio, & fructibus correspondens quod ipsum voluit idem *Bald. l.* 1. *lect.* 1. *n.* 9. *C. hoc tit.* & ibi *Ias. n.* 35. *Alex. cons.* 112. *n.* 3. *lib.* 1. eleganter *Barb. cons.* 14. *n.* 16. *lib.* 2. *Bellon. cons.* 21. *n.* 8. *Cæpol. de simul. cōtr. n.* 32. *Alcia. l.* 2. *in prin. n.* 22. *ff. si cert. pet. Rolād. cons.* 96. *n.* 25. *&* 44. & sic ex quātitate pensionis dignoscitur an sit locatio ad longum tempus, vel emphyteusis secundum prædictos, & est fortis conjectura secundum *Areti. & Nicol. Bellon. ubi supra.* Aliam quoq; differentiam scribit idem *Bald. d. l.* 1. *lect.* 2. *n.* 12. quod emphyteusis perpetua est, at in longū tempus

pus

pus locatio, temporis limitationem habet, *Carolus* vero *Ruin. cons.* 57. *num.* 10. *lib.* 1. in alio deferre existimat, quod in emphyteusi pensio datur ad recognitionem dominij, at in locatione ad longum tempus nonnisi pro fructibus, & illos respicit, quod mihi suspectum est.

Ex quibus, & alijs relatis in discursu hujus quæstionis discriminantibus emphyteusim â locatione in varijs speciebus, illud in effectu colligo, quod locatio ad longum tempus, & emphyteusis differentes sunt contractus nomine, & re, quod satis probatur *Auth. qui rem* ibi *conductam, & in emphyteusim acceptã*, ubi tanquam diversa ponuntur: si enim idem essent cur diversis nominibus nuncuparentur? & quod locatio ad longum tempus sit proprie locatio, & non emphyteusis, probat, *l. viam veritatis, C. locati* ubi esse *text.* rotundum ad hoc, inquit *Areti. dict. cons.* 55. *nu.* 1. citat etiam *Bal. l. certi juris, C. locati*, quibus motus argumentis ego etiam idem opinor, quod differentes sint contractus, & id mihi receptius esse videtur. Verum quia sæpius æquiparatos hujusmodi contractus comperimus, & æquiparatorum eadem est disciplina *l. qui neque, ff. de reb. eor.* etiam in correctorijs *glos. l. si quis servo. C. de furt.* ubi est eadem ratio, licet non in omnibus reperiantur æquiparati, ut pulchre scripsit *Areti.* per illum tex. *in l. ex facto numer.* 5. *notat.* 5. *ff. de vulg.* videndum est quando erit utriusque idem judicium? & placet in hoc sententia *Deci. d. Auth. qui rem. col.* 2. *in princ. Alexan. cons.* 117. *num.* 11. *lib.* 4. *Tiraq. dict. numer.* 84. *Fulg. cons.* 240. *Soc. cons.* 167. *vol. Zoane. libr. rer. quotid. cap.* 59. *nu.* 7. qui existente eadem ratione de utroque contractu idem judicandum aiunt, secus alias; identitas enim rationis causa legis identitatem, ut paulo inferius dicam, & in nostro proposito confirmat satis ex multis *Areti. dict. cons.* 55. *num.* 2. *vers. in contrarium, & n.* 2. *in prin.*

20 Ex qua resolutione primo deducitur quod quemadmodum emphyteuta Ecclesiæ biennio cessans solvere, expellitur *cap. potuit de locato*; ita quoque conductor ad longum tempus, tex. est vulgo sic intellectus *in cap. propter, §. verum vers. vel cum canonem, eo. titul. de loca.* & ita ibi intelligit *glos. penult. verbo, canonem*; in primo intellectu, cum ait, hoc intellige quando ad longum tempus *Abb. nu.* 10. *Anton. in fin. Imol. num.* 23. *& Bened. fol.* 6. & alij quotquot scribunt, tradit *Jason. l.* 2. *numer.* 39. *Cod. isto tit.* Sed hõ videtur probari *in dict. §. verum*, est quippe communis intellectus divinatorius ad literam illius tex. simpliciter, & generaliter loquentis, & repugnat litteræ *dict. §. verum*, qui simpliciter loquitur de locatione: appellatione autem locationis simpliciter venit locatio ad modicum tempus, magis quam ad longum arg. *l. non solet, ff. loca. juncta l.* 1. *§. quod autem, ff. de superficieb.* item quia in alijs casibus text. ille non loquitur in conductore ad longum tempus, nec credendum est in eadem serie mutasse propositum, nec etiam illo tempore locationes ad longum tempus erant adeo cognitæ. Proinde planius, & sine restrictione, ac ulla violentia intelligas tex. illum in conductore rei Ecclesiæ sive ad longum, sive ad modicum tempus non minus biennio, ut sc. nequeat expelli à totali jure suæ locationis, nisi per biennium cessaverit, atque ita plane, & bene, licet per transenam intelligit *Jason. d. l.* 2. *numer.* 37. *vers. secundo*, & fortius, *C. isto tit.* qui intellectus suadetur ex litera *d. §. verum*, ubi ponuntur casus *l. ædem. C. loca. quæ loquitur de simplici conductore.*

Secundò similiter infertur, quod sicut 21
emphyteuta sæcularis ob non solutum canonem nequit expelli ante trienium, & eo elapso quidem potest, ut *l.* 2. *Cod. de jure emphyt.* ita similiter in conductore ad longum tempus, triennium debeat observari, ne antea cadat, ne ve antea possit expelli, hoc ita sentit *Bart. l. vectigalia, §.* 1. *ff. de publica.* tenet *Fulgos. Auth. qui rem. &* ibi *Jason. nu.* 15. *vers. limita istam, & Deci. col.* 2. *C. de sacros. Eccle. Anto. & Abb. nu.* 4. *d. cap. propter col.* 2. *ulti. not.* & ibi quoque *Imol. col.* 25.

numer. 23. *Bald. cap. literæ col.* 2. *de dilationi, & in capite si cautio colūn. pen. de fid. instr. & in c. quærelam. in fin. de jurejur. Soci. consil.* 167. *col.* 2. *lib.* 2. *Jas. l.* 2. *nu.* 39. C. *isto tit.* defendit *Curti. in l. quæro. §. inter locatorem nu.* 3. & 4. *ff. loca. And. Tiraq. in loco jam citato numer.* 84. ex novissimis tenet *P. Costal. l. cum domini in fin. ff. loca. Feli. consil.* 25. *numer.* 7. & 8. * late agit *Ioan. Garci. de expensis cap.* 14. *numer.* 7. Illa autem *ex Bald. d. Auth. qui rem.* potest esse ratio, quia tam emphyteuta, quam conductor ad longum tempus utile dominium habent, ut palam est & videntur superioritatem directi dominij contemnere non solvendo. Unde cavendum est à glos. quæ sic intelligendo text. ibi *in* l. *quæro* §. *interlocatorem. ff. loca.* tenent ad expellendum conductorem ad longum tempus cessantem in solutione sufficere biennium, & ab *Anton. Gomez. de contract. cap.* 3. *numer.* 6. qui idem scripsit. ¶ Quanvis autem prædicta opinio recepta sit, *Angel. tamen. in* §. *scire numer.* 23. *Auth. de non alien. coll.* 2. ingenue falsus est se nescire legem, qua conductor ad longum tempus triennio cessans caducitatem incurrat, & ita contrarium tentavit *Imol. in l. vectigalia*, §. 1. *ff. de publi.* & expresse probavit *Joan. Nevisan. consil.* 92. *numer.* 52. inquiens eum non cadere, quia non est proprie emphyteuta, ego magis dicerem, quia lex emphyteutica pœnalis non debet extendi quoad pœnam ad colonum longi temporis ut infra attingemus, verum jure *Regio libr.* 4. *tit.* 65. *in nov. tit.* 39. *in princ.* opinio cōmunis recepta est.

22 Tertio infertur, quod sicut emphyteuta alienam emphyteusim irrequisito domino perdit eam *l. fin. C. de jure emphy. c. potuit de locato. Ordi. libr.* 4. *tit.* 65. *in nov. tit.* 39. *in princ.* sic similiter conductor longi temporis alienans rem ita conductam. ex *Bart. l.* 1. §. *quod autem, ff. de* superficiebus *Fulgo. consil.* 240. pro evidentia *Alexan. consil.* 119. *num.* 7. *lib.* 3. & *consil.* 165. *lib.* 2. *Areti. consil.* 55. *col.* 1. *vers. quid plura, Jas.* licet dubius, *l. fin. col.* 1. C. *isto ti.* sed testatur communē *in l.* 1. *num.* 35. C. *eodem. Tiraq.* in loco prædicto *numer.* 82. ultra quem Carol. *Rui. consil.* 161. *num.* 30. *Joann. Socorra. ad consuetudin. Cathal. pag.* 128. *nu.* 76. *lib.* 1. & habet hæc illatio, & superiores rationem, quia absurdum est, ut ad longum tempus conductor melioris sit conditionis quam emphyteuta. Sed non facile ausim pœnam non impositam conductori ad longum tempus irrogare, ut statim dicam, ut non sine fundāmento contra communem tenuerit addit. *Alexand. dict. consil.* 119. *numer.* 7. & *ad consil.* 104. *nu.* 1. *lib.* 3.

Quarto infertur, quod sicut emphyteuta non potest alienare inconsulto domino sub pœna commissi, ita nec ad longum tempus, locare, secundum *Bald. consil.* 415. *incip. prætermittendum libr.* 1. *Jason. l.* 1. *num.* 35. & *l. fin. nu.* 112. C. *de jure emphyt. Carol. Rui. consil.* 58. *nume.* 12. *lib.* 1. *Alexan. consil.* 119. *num.* 7. *libr.* 3. *Decl. consil.* 204. *nu.* 3. *Tiraq.* ubi supr. nisi tamen talis conductor promittat rem quantum est pro utili dominio, & melioramentis francare, & libertare, secundum *Carol. Rui. consil.* 148. *nu.* 4. *lib.* 1. * & satis prædict. opinionem probat l. *Regia libr.* 4. *tit.* 64. ibi, *ou a tempo certo, que posse de dez annos, in no. tit.* 37. & sic latior ibi sit prohibitio, quā in *l. fi. c. jure. emp.* præsertim per illa verba, *o outro qualquier enbeamento*, quæ verba cōprahendunt alios casus dissimiles ex *glo. Clement.* 1. *verbo quanvis de re judic.* cum alijs per *Tiraquel.* 1. *retract.* §. 1. *glos.* 7. *nu.* 20. Adde pro eadem opinione *Bart. in l.* 1. §. *quod autem. ff. de superfic. Angel.* §. *adeo col.* 1. *inst. loca. Boer. decis.* 234. *num.* 3. ubi ait, emphyteutam cadere si locaverit ad longum tempus irrequisito domino. Cæterum additio *Alexand. ad prædictum, consil.* & *Covar. lib.* 2. *resoluti. cap.* 16. *col.* 3. & *Moder. Parisien.* affirmant contrarium, nec (ut jam dixi) immerito, quia pœna privationis non habet locum, nisi quatenus reperitur expressa, ut notat *Bald. Auth.* ex testamento *col. pen.* C. *de collat.* per *text. auth. de non eligend. secun. rub.* §. *cum igitur. colla.* 2. *tex. opti. l. at si quis* §. *divus, ff. de relig. & sumpt. fund.*

23

24

glo.

gl. c. fin. de jure patr. Alexand. l. etiam, §. 1. col. 2. ff. sol. matr. Dec. d. auth. qui rem. numer. 3. at in conductore ad longum tempus pœnæ caducitatis non reperiuntur legibus expresse, igitur &c. argumentum verò ab emphyteusi, ubi hæc reperiuntur dispositа, non debet deduci ad conductorem longi temporis, quia lex pœnalis quoad pœnam non extenditur, reg. odia. lib. 6. quo etiam argumento utuntur in hac materia Beroi. c. nulli numer. 32. de reb. Eccles. Pynel. l. 1. 3. par. numer. 64. Codic. de bon. mat. unde maxime periclitantur illationes proximæ de caducitate eloquentes * & hanc opinionem esse æquiorem, & quod vidit eam semel usu fotensi in suo senatu observatam ait Ioann. Garcia de expensis cap. 14. numer. 80. in fine. Sed tamen ex consuetudine, quæ optima est legum interpres, defendi possent, & forsan de jure, quia etiam in pœnalibus illud videtur inesse, in quo eadem ratio reperitur, ut inquit Bald. l. data col. 6. Codic. qui accu. poss. per tex. elegantem in l. his solis, ibi, satis tacite cautum putamus, C. de revoc. dona. glo. cap. 1. verbo, Italiæ, de tempor. ordi. lib. 6. Iason. plene l. á Titio col. fin. ff. de verb. obliga. cum alijs per Tiraq. late in l. si unquam, verbo, libertis, numer. 37. ad fin. Cod. de revoc. don. ubi enim est eadem ratio, non dicitur extensio, sed proprius intellectus legis l. nominis & rei, §. verbum ex legibus, ff. de verborum signifi. Bald. l. quod vero contra, col. 1. ff. de legib.

24 Quinto infertur, quod sicuti emphyteutæ non fit remissio pensionis ratione sterilitatis, secundum communem in l. 1. C. isto titul. & plenissime tradidimus in quæst. 27. ita quoque non fiat conductori ad longum tempus, ut voluit Ioann. Fab. in d. l. 1. col. 2. male citans Specul. qui hoc non dicit in §. nunc aliqua, vers. 137. Verumtamen contraria opinio receptissima est, ut conductori ad tempus longum fiat mercedis remissio, si sterilitas in conducto prædio contigerit ex Petro, Cyno, & Bald. d. l. 1. n. 12. ubi Ias. nu. 21. & 36. profitetur hanc esse communem probant Ang. §. quia vero Ioannis. Auth. de non alienandis coll. 2. gl. Panor. Imol. Barb. & omnes in dict. c. potuit. Barb. in rub. illo tit. de loca. & in cons. 14. clementissimi lib. 2. Alex. cons. 148. in præsenti per tot. vol. 2. & in cons. 28. numer. 4. lib. 4. Areti. cons. 55. in causa numer. 3. & 4. per totum Carol. Rui. cons. 57. num. 10. lib. 1. & de hac conclusione nō esse dubitandum inquit Nicol. bello cons. 21. numer. 9. in fine sequitur Gregor. in glo. 1. l. 22. titul. 8. part. 5. quibus suffragatur generalitas, l. licet. C. loca. & c. propter, eod. titul. l. si uno, ff. loca. generalitas, item legis nostræ Regiæ lib. 4. titul. 61. in nov. titul. 27. & quod non reperitur jure contrarium dispositum in conductore ad longum tempus. Item quia res non est perpetuo futura apud colonum, sicuti in emphyteusi, quæ transit ad hæredem, qua ratione utitur Bald. l. 1. lect. 2. numer. 12. C. isto titul. Rursus alia ratione ejusdem Bald. d. l. 1. lect. 1. numer. 9. qui conductor ad longum tempus pensionē ferme fructibus æqualem pendit, unde convenit, ut ei remissio fiat sicut simplici conductori. Suffragatur nam, & emphyteuta qui pensionem fructibus respondentem solvit pro simplici conductore haberur, cui fit remissio, ut est receptissimum ex relatis supr. quæst. 27. numer. 11. Ex qua ratione sequitur tunc demum conductori ad longum tempus faciendam remissionem ratione sterilitatis, quando pensionem fructibus ferme parem penderet, secus si minimā ex Burgen. in cum causa numer. 14. de empt. & vend. & est de mente communi. Omitto ratione Carol. Rui. ubi sup. quod pensio in locatione ad longum tempus non datur pro recognitione dominij: refragatur enim intentioni communi. Nec obstat huic illationi, quod colonus ad longum tempus habet utile dominium, ut diximus in initio: nam hoc non impedit remissionem causa sterilitatis, colonus enim reipublicæ, vel fisci remissionem ex ea causa consequitur, est tex. apertus in l. si uno, ibi Vectigali fundo, ff. loca. & tamen his habet utile jus in rei dominum, ut per glo. & Bart. l. 1. §. 1. ff. de

loco publi. fruct. & expendit *Areti. d. conſ.* 55. *num.* 3. *in fin.*

Sexto infertur, quod ſicut emphyteuta finito contractu repetit meliorationes utiles, & neceſſarias, niſi culpa ſua ceciderit, quia tunc eas amittit, *l.* 2. *C. iſto titul. Auth. qui rem C. de ſacroſ. eccl.* diximus plene. *in quæſt.* 25. *numer.* 2. ita quoque conductor ad longum tempus ex paritate rationis, ne ſit melioris conditionis quam emphyteuta. Verum receptior opinio eſt in contrarium, imo quod colonus ſeu conductor ad longum tempus nullo caſu meliorationes amittat, ſicut nec colonus ſimplex, imo eas repetere poterit. *l. colonus in princ. ubi Bart. & Paul.* ſatis volunt. *ff. locati.* late *Areti. conſ.* 55. *numer.* 4. *& in fin. conſilij. Jaſon. d. auth. qui rem numer.* 9. *& in l.* 2. *num.* 28. *Codic. iſto tit.* & ante eos *Bald.* qui eleganter loquitur *in rubr. hujus tit. nu.* 3. nec mirum cum diſpar ſit ratio, nam emphyteuta tacite videtur ſe obligare ad meliorandam ex natura ipſius contractus ut per *Bald. in d. numero.* 3. & nomen ipſum indicat ut tradit *Tiraquel. d. l. ſi unquam, verbo, revertatur, numero* 234. *Aleia. libr.* 1. *Parerg. cap.* 36. *& in l.* 2. *verb. aliud genus, ff. ſi cert. pet. Corraſ. libr.* 1. *Miſſel. cap.* 21. *& in l. ei qui n.* 20. *ff. de ſervit. Nebriſſ. in lexico juris verbo, emphyteuſis, & Mod. Galli. tit.* 1. §. 1. *gloſ.* 5. *numer.* 73. proinde nimirum ſi rem ipſam emphyteuticam meliorationes ſequantur, quod ſecus in conductore ad longum tempus: is etenim non videtur ſe obligare ad meliorandum, nec hoc prætextu recipit, ut per *Paul. d. l. colonus in fin.* unde merito meliorationes recuperat indiſtincte.

Sed tamen ex his quæ ſuperiori illatione, & alibi ſæpe diximus, hoc intelligendum eſt in colono ad longum tempus qui fructibus parem penſionem ſolvit, alioquin ſi modicam, quia tunc pro emphyteuta habetur, tanquam emphyteuta meliorationes amitteret, ex paritate rationis, nam, & in emphyteuta eandem diſtinctionem communiter Dd. faciunt, & eſt generalis declaratio ad omnes caſus hujus materiæ, ex omnium fere interpretum ſententia, adeo pendent in his contractibus à quantitate penſionis. Cui tamen doctrinæ, ut ſæpe dixi, ego non aſſentior, quippe cui jura non favent, nec in quantitate penſionis vim aliquam faciunt, ſed in perpetuitate contractus, & penſionis ac recognitionis dominij. Verum veterrimas iſtas opiniones non poſſumus nos quantacunque authoritate convellere, & multo minus à toro abdicare.

Septimo infertur, quod ſicuti emphyteuta ad impenſas magnas tenetur, ut 26
ait *Bald. l.* 1. *lect.* 1. *numer.* 5. *C. iſto tit.* & diximus plene *quæ.* 26. ita quoque tenetur conductor ad longum tempus: reficere igitur pœne dirutas ædes erit obligatus ſuo ſumpto, ſicuti emphyteuta, nec requirere poterit dominum directum, ut ipſe reficiat, vel impenſam ad eam rem præſtet, & hæc eſt ſentent. *Bart. l. impenſæ. in fin. ff. de impenſ. in reb. dot. fac.* cum inquit quod conductor ad longum tempus tenetur facere aggeres, & foſſas quæ reſpiciunt utilitatem totius illius temporis, licet non præſentis tantum, per ea quæ idem *Bart. ſcripſit. l.* 3. §. *nos ff. illo tit. de impenſ.* ſequitur *Zoanet. libr. rer. quotid. c.* 59. ubi citans corrupte *Areti. in hoc articulo* non ſatis ſe intelligit, & explicat. Sed, & hanc illationem declarabis procedere in conductore longi temporis, qui emphyteutæ par eſt: quia, ſc. minimam penſionem ſolvit in dominij recognitionem: alioqui ſi fructibus fere parem, non idem dicemus, ſed ad modum ſimplicis coloni ad impenſas eum teneri reſpondebis ex mente communi, ſicuti in ſuperioribus diximus.

Octavo infertur, quod ſi res ad lon- 27
gum tempus conducta pro parte intereat ſine culpa conductoris, diminuetur merces pro rata, ut reſpondet eleganter *Areti.* in ſæpius allegato *conſ.* 55. *numero.* 3. *& in fin.* quanvis in emphyteuſi ſit diverſum, *l.* 1. *C. iſto tit.* Verum, & hæc illatio eandem debet pati cenſuram, quam, & ſuperior, ſi communia ſequimur.

Supra

28 Supra dicta omnia, amice lector, ex illo fonte manant, & ex illa rata ac fixa apud omnes conclusione, quod locatio ad longum tempus dominium utile transfert, & emphyteusi æquatur, sed non sine magni colore tentari potest, quod noviſſimi, & non incolorate, quidam interpretes nuper ante nos adversus scholam communem tentarunt, apud Iureconsultos non reperirit scriptam differentiam interlocationem ad longum tempus, & ad modicum, nec quod locatio ad longum tempus transferat aliquod dominium, hi sunt *Franciſ. Conan.* acutiſſimus doctor *Gallus lib. 7. Commen. jur. civil. cap. 12. charta.* 535. & post eum *Pinel. l. 1. C. de bon. mater. pag.* 471. nec sine magno argumento, & ante omnes tentavit *Cuman. in* l. *codicillis*, §. *inſtituto numer.* 3. *ff. de lega.* 2. ubi tamen non ausus recedere à communi. illud tantum firmavit, quod nec locatio ad longum tempus, imo nec emphyteusis quæ non sit perpetua, est alienatio. Allegatur pro hac nova opinione text. *l. qui fundum*, *ff. locat.* ubi fit mentio de locatione ad plures annos, & tamen simplex locatio est, cum tamen mentio plurium annorum decem, & eo amplius, annos comprehendere possit. Sed potest responderi cum *gloſ. & Dd.* de locatione ad modicum tempus loqui; nam mentio plurium annorum contenta est duorum numero, l. *ubi numer. ff. de teſtib. & in reg. pluralis locutio.*

Rursus allegatur, quod nec apud Imperatores, nec apud Iureconsultos in universo tractatu de locato, ulla fit mentio de locatione ad longum tempus, nec eam ab alia locatione ad tempus modicum discriminarunt, quod argumentum apud me non parum efficax est, sed potest dissolvi, ideo de locatione ad longum tempus non fieri mentionem in illis tractatibus, quia egreditur notiſſimos terminos locationis, quippe dominium transfert, *l. non ſolet, ff. loca.* quæ sane lex loquendo per verbum *non ſolet*, quodammodo nobis insinuat, repetiri posse locationem, quæ dominium transferat, & certe non potest esse alia, nisi quæ fuerit celebrata ad longum tempus.

Ad jura vero quæ pro communi opinione citantur, respondent noviores satis eleganter. Primo ad tex. capitalem *in l.* 1. §. *quod autem ait prætor, ff. de ſuperficiebus*, ubi dicitur, quod superficiario quia ad non modicum tempus conduxit in rem actio datur, quod loquitur specialiter in superficiario, & in eo ponit jus singulare, ut si ad non modicum tempus locaverit, in rem actionem habeat, ratio autem singularitatis sit, favor ædificiorum, & publici ornatus arg. *l. ſi quis, C. de ædific. priva.* ibi, *publicum decus, & l. præſcriptio. C. de oper. publi.* ibi, *ad decoram faciem civitatis*, arg. item tex. *in* l. *quod ſi vir, ff. de dona. int. vir.* ubi adversus juris regulas valet donatio inter virum, & uxorem, pro ædibus reficiendis, unde cum eo casu sit jus singulare in superficiario, in alijs locationibus non idem jus erit, & sic ille tex. retorquebitur contra communem, & adhuc secundum prædictos noviores magis urget ille tex. adversus communem, ponderando verba *dict.* §. *quod autem* ibi *cauſa cognita*, quibus probatur etiam eo casu non simpliciter superficiario ad longum tempus dari in rem actionem, sed demum causa cognita, quod scribentes non perpendunt. Cæterum licet ista sint eleganter dicta, non tamen sunt admodum tuta, quia non datur solida specialitatis ratio in conductione superficiei, nec enim conductor ædificat necessario, ut in eo consideretur favor ædificandi, potest enim conducere superficiem jam factam præterea causæ cognitio, de qua ibi, quæ versatur circa longitudinem temporis, an sit, longum, vel modicum, & non tollit esse veram communem sententiam, quæ statuit per conductionem ad longum tempus transferri dominium.

Ad *text.* vero *in l.* 1. §. *qui in perpetuum, ff. ſi ager vectiga.* melius respondent nostri moderni, quod loquitur in conductione agrorum vectigalium, qui agri vectigales dicuntur agri civitatum, qui in perpetuum locantur, ideſt, ea le-

ge, ut quandiu' pro his vectigal pendatur, tandiu, nec ipsis qui conduxerint, nec ijs qui in eorum locum successerunt auferre eos liceat, ut dicit ibi text. in vers. *vectigales*, unde male allegatur ad conductionem in longum tempus, tradit *Alciat. libr. 3. disputt. cap. 10. Corras. l. ei qui num. 18. ff. de servit. Speagel. in lexico juris, verbo, vectigales, Francis. Conan. libr. 7. Comment. jur. civil. fol. 533.* unde non bene inducitur ad conductionem, agrorum privatorum in longum tempus, maxime quia speciale est in conducentibus hujusmodi agros reipublicæ, ut sive conducant in perpetuum, id est, quandiu pensionem solverint, sive ad longum tempus, sive quod magis est, ad modicum tempus habeant utilem in rem actionem, quod ita expresse docuit *glos. lib. 1. verbo, conduxerint, ff. de loco public. fruc.* ubi *Bart. & Albert.* clarius idem *Barto. l. prima. §. quod autem ait prætor. num. 4. ff. de superfici.* ubi quoque *Angel.* satis clare *Paul. Bart. & Jason. in l. in provinciali. §. 1. ff. de novi opert. Nunti. ad fin. Bald. l. 1. nu. 5. vers. tertio, C. de jure emphyt. Marti. Lauden. de fisco. concl. 114. Aret. cons. 55. numer. 3. in fin. Fredin. Loaz. in rep. l. filiusfamilias, §. divi. num. 170. in prin. ff. de leg. 1. Carol. Rui. cons. 57. num. 10. col. pen. libr. 1.* sentiunt *Angel. & Imol. l. vectigalia, §. 1. ff. de publica.* ubi quoque *Bart.* sentit etiam *Bald. l. emptorem num. 4. in fin. C. locati. Fulgos.* (licet in litera, ut solet circumferri corruptus) *in l. prima ff. si ager vectig. in fin.* tradit *Jason.* & ibi *Alexan. num. 2. in l. divortio, §. si fundum, ff. solu. matri.* *novissime *Joann. Garti. de expens. cap. 14. fol. 135. col. 3.* & probat optime, *l. 3. ff. si ager vectig.* ibi, *idem est si ad tempus habuerit conductū*, quanvis *glo.* & interpretes inipropriantes illum text. intelligant de conductore ad longum tempus, quod litera non dicit, nec iure consulti, quando loquuntur per verbum, ad tempus intelligunt nisi de modico *l. prima, §. quod autem, verbo, ad tempus, ff. de superfici.* proinde tam *text. in d. §. qui in perpetuum*, quam *l. 3. ff. illo tit.* male adducuntur pro recepta doctrina, quia loquuntur in tali conductione, quæ sive ad longum, sive ad modicum tempus fiat, jus in rem transfert, & utilem in rem actionem præstat, ut jam probavimus, speciali favore conducentium agros publicos civitatum, seu municipium, qua in re lapsus est *Alexander. in l. si filiusfamilias, §. si vir in quinquennium column. 3. numer. 5. ff. solu. matr.* ubi prædictam conclusionem agnovit in conductore fisci, & negavit in conductore reipublicæ, cum, tamen id in conductore reipublicæ sit receptissimum ex nuper allegatis, inter quos est idem *Alexander. in l. divortio, §. si fundum. ff. solut. matri.* quo argumento idem in conductore fundi Ecclesiæ dicendum videtur cum *Roma §. si vir. numer. 13. Hyerony. Grate. cons. 95. leg. 1. numer. 23.* arguendo de republica ad ecclesiam, uti de fisco arguit *Bald. libr. 1. si prop. publi. pensit. Abb. cap. auditis nu. 10. de integr. rest. Everard. in Centur. cap. 16.* quanvis *Alexander. in d. § si vir. num. 3.* nolit prædictam conclusionem trahere ad conductorem rei ecclesiæ, cui non consetio, nam, & in prædijs domus Augustæ locatis, id ipsum dicerem, de quibus postea agemus.

Addendum est autem ad omnimodam declarationem *d. §. qui in perpetuum*, quod quando vectigalis ager locatur in perpetuum, seu quandiu pensio solvatur, appellatur talis contractus perpetuarius, ut est *text.* valde notandus, *lib. fin. Cod. de locat. præd. civil. libr. 11.* ubi disponitur, quod prædia domus Augustæ in perpetuum locata non possunt à perpetuario, nec à suis posteris, aut alijs succedentibus avelli, & in alium transferri, etiamsi multo meliorem conditionem afferat, quod si ad tempus fuerint data, & finita sit conductio, præfertur primus conductor tantundem offerendo quantum alius, ut *d. libr. fin. vers. Jubemus* qui text. maxime ampliat supradictam conclusionem.

Relinquitur ergo ex prædictis, nec *in d. §. qui in perpetuum*, nec *l. 3. ff. eodem tit.* probari, conductorem ad longum tempus habere utile dominium, & re-

tor-

torquentur adversus communem per locum ab speciali, & sic manet communis opinio inixa duntaxat *in l. 1. §. quod autem. ff. de superficieb.* cui jam supra responsum est, & hac nova opinione retenta * quam sequitur *Joann. Garc. de expensis cap. x. numer. 31.* sed latibus agit, *cap. 14. ex numer. 3.* cessant pleræque ex illationibus, quas supra ex communi doctrina deduximus. Verum (ut sæpe moneo) tu à communi non recedas in practica, quia omnium consensu probata *est l. 1. §. & sane crebior. ff. de offi. quæst. cap. prudentiam. de offi. del.* maxime quia juribus canonicis est probata, & alienationis species reputatur *clem. 1. cum glos. de reb. eccles.* nisi insistendo contra communem dicas hoc inductum jure canonico in favorem Ecclesiarum, cum, & ultra triennium locatio de illarum rebus, aut redditibus beneficiorum sit inhibita, ut in *Extravagan. Paulina de rebus Eccles.*

SUMMARIA.

1 Colonus *pro certa mercede in pecunia, quis?*
2 *Colonus pro certa mercede in alia specie, quis?*
3 *Colonus pro certa quota fructuum prædij conducti, quis?*
4 *Colonus partiarius quam actionem habet.*
5 *Colonia partiaria an finiatur morte, vel transeat ad hæredes.*
6 *Colonus partiarius in allegare possit sterilitatem.*
7 *Successor particularis an teneatur stare colono partiario.*
8 *Invecta, & illata à colono partiario, an censeatur hypothecata.*
9 *Colonus partiarius an deducat impensas.*
10 *Colonus partiarius an præscribat adversus dominum.*
11 *Colonus partiarius an habeat furti actionem, & condictionem furtivam.*
12 *Colonus partiarius, an teneatur portare fructus ad domum domini.*
13 *Colonus partiarius an excidere possit grandes arbores.*
14 *Colonia partiaria an transeat in alium contractū propter pactum de meliorando.*
15 *Colonus partiarius an teneatur ad integram decimam.*
16 *Colonus partiarius an levare possit fructus ab agro, irrequisito domino.*
17 *Rector Ecclesiæ an possit assistere collectioni fructuum, ratione suarum decimarū.*
18 *Leges Iustiniani de colono partiario à Græco in latinum versæ ponuntur.*

Quæstio XXX. De colono partiario, & qualiter differt ab emphyteuta.

AD evidentiam cum *Panor. in cap. propter numer. 14. de locato.* die, quod quandoque colonus colit certa mercede constituta in pecunia numerata, & contrahitur vera locatio *l. si merces. ff. loca.* & diximus *quæ. 20. numer. 5.* 1

Aliquando vero colit certa mercede, non in pecunia sed in alia specie, puta pro modio frumenti, & secundum communem opinionem, est contractus innominatus similis locationi, & ad ejus modum regulandus *l. 1. §. si quis servum. ff. depositi. glos. Bart. & alij.* (excepto *Salyc.*) *in l. si olei. C. locati. Bart. l. si merces. §. vis mayor. nu. 10. ff. locati.* Sed nos etiam hoc casu cum modernioribus tenuimus esse veram locationem *d. q. 20. nu. 5.* 2

Interdum vero colit quis prædium, ad decennium, vel ultra pro certa mercede, sive in pecunia, sive in certis reditibus, sive pro quota fructuum, & tunc emphyteusis reputatur. *libr. 4. Ord. tit. 60. §. 2. in nov. tit. 45. §. 2.* junctis quæ scripsimus *q. 1. numer. 7.* atq; ita debet distingui *Bart.* generaliter loquens *in d. §. vis mayor numer. 1.* ¶ Aut vero colit quis ad modicum tempus pro certa quota fructuum ejusdem prædij, puta pro tertia vel medietate fructuum, & iste dicitur colonus partiarius, quia fructus cum dominio pro quota partitur, & sic non est proprie conductor, sed magis accedit ad naturam societatis, & eam plerunque sequitur voluit *Bart. in d. §. vis mayor in prin. & ante fin. Bald. leg.* 3

empto,

emptorem numer. 7. C. locat. Panor. numer. 14. & *Anani. num.* 18. *in d. c. propter* tradit *Sygnorolus, conſ.* 84. *per totum, Angel. in princ. inſtit. locati. numer.* 4. *Franciſ. Comman. libr.* 7. *Cometar. Iur. civil. cap.* xj. *numer.* 1. & latius *numer.* 13. Hæc autem ſocietas eſt reſpectu fructuum tantum, ſecundum *Dect. in l. ſi paſcenda. numer.* 13. *C. de pactis.* ubi eſt *text.* qui ratum hunc contractum eſſe jubet, & huc reſpicit verbum, *quaſi* quod reperitur *in d. §. vis mayor.* Legimus autem apud *Catonem de re ruſtica*, veteres ſolitos hujuſmodi contractus ſæpe inire, meminit *Balduinus in ſcholijs ad ll. ruſtic. numer.* 20. qui, & hunc contractum innominatum vocat.

4 Ex ſuperioribus vero adnotatis multa ſequuntur. Primo ex hujuſmodi contractu coloni partiarij naſci actionem pro ſocio, non ex locato. *Bart. numer.* 1. *Angel. num.* 2. *in l. ſi apes, §.* 1. *ff. de furtis. Bart. leg. cum in plures. §. meſſem*, & 5 ibi *Fulgoſ. & Paul. ff. locat.* Secundum ſequitur hujuſmodi contractum morte finiti, nec ad hæredes tranſire, ſicuti nec tranſit ſocietas, *leg.* 4. *leg. nemo. ff. pro ſoci. Bart. numer.* 9. *Fulgoſ. numero.* 2. & *Paul. d. §. vis mayor. Roman. leg. ſi filiofamilias §. fin. ff. ſolu. matri. Abb. d. cap. propter, numero.* 14. *Joann. Ryminal. conſ.* 100. *numer.* 15. & 16. *libr.* 1. quibus concinit lex *Regia libr.* 4. *tit.* 60. *in nov. tit.* 45. *in prin.* quãvis contra prædicta ſcripſerit *Jaſon. §. item ſerviana. nu.* 19. 20. & 21. *Inſtit. de act.* & ibi quoque *Gomeſi. nu.* 21. ſequuti *Bald. leg. certi juris. quæſt.* 3. *C. loca. & in leg.* 1. *col.* 3. *C. de fruct. & liti. expenſ. cui etiam.* accedit *Alexand. d. §. fin. num.* 21. inquiens quod ita ſervatur de cõſuetudine, ſaltem quoad hæredes locatoris, quod tamen lex *noſtra Regia* non admiſit.

6 Tertio deducitur, in colono partiario non eſſe locum allegationi ſterilitatis, ut *d. §. vis mayor.* ubi notat communiter omnes. *text. in d. cap. propter*, ubi *Abb. Imol. Anani. Ilaven. & ſchola communis.*

7 Quarto, ex ſupra ſcriptis palam fit, quod ſucceſſor particulares non tenetur ſtare partiario colono, nec è contra, quia non tenetur quis invitus fieri ſocius, & ita inſinuat præfata *lex Regia*, & nuncupatim *Bald. d. l. emptorem. numer.* 7. late defendit *Alexander. d. §. fin. num.* 17. quidquid contradixerit *Angel. d. prin. inſt. locati. numer.* 4. cujus opinio defendi poterit pro illo anno tantum, quo colonus partiarius cæpit jam labore in fundo, & ſumptus fecit. *Bald. d. numer.* 7. *Ord. d. tit.* 60. *§.* 1. *in nov. tit.* 45. *§.* 1. explicat late *Gregor. l.* 19. *tit.* 8. *part.* 5. *An glo. dos caſos. col.* 1. *in fin.* cum ſequent.

Quinto, ex jam dictis fit manifeſtum, 8 invecta, & illata per colonum partiarium non cenſeri hipothecata pro quota fructuum debita domino fundi, ſicuti, nec reliqua dona ſocij cenſentur hipothecata alteri ſocio, & ita aliqui ex antiquioribus ſcriptum reliquerunt, quanvis magis communis opinio ſit in contrarium, cum *gloſ. verbo quis, d. §. item ſerviana Jaſon.* ibi *numer.* 15. *Gomet. col.* 15. *nu.* 9. *Fioria. l.* 2. *ff. locaci. Alexan. conſ.* 32. *libr.* 1. *Soci. reg.* 192. colligitur *ex l.* 5. *tit.* 8. *par.* 5. ibi, *alabrar, o arrendandolas.*

Sexto, & ex ſuperioribus conſequitur 9 colonum partiarium deducturum expenſas ſeminis, & alias impenſas factas in agricultura, quia id proprium eſt ſocietatis, ut ſumptus qui in eam rem impenſi ſunt de corpore deducantur *l. ſi fratres, §. ſiquis in Socijs, l. ſi unus, §. ſi unus l. ſocium qui in eo. §. Jocius ff. pro ſocio. l. idemque. §. idem* labeo *ff. mandati.*

Veruntamen opinio communis contrarium docuit, ut colonus partiarius impenſas non deducat, non quidem attento jure, ſed ex conſuetudine quæ ita interpretata eſt mentem contrahentium, voluit *Bart. l. fructus* col. 2. *ff. ſol. mat.* ubi *Jaſon. numer.* 12. inquit omnes indifferenter cum hac deciſione tranſire, idem *Bart. Bald. & alij in l.* 1. *Cod. de fruct. & lit. expenſ. Innocen. & alij* 3. *nota.* per illum *tex. in c. tua. nobis de decimis, Franciſ. Marcus deciſ.* 888. *numer.* 12. & *deciſ.* 890. *num.* 2.

Septimo, & illud verum eſt, colonum 10 partiarium etiamſi per xxx. & eo amplius

plius annos rem colat, non posse præscribere adversus dominum, jus non recedendi ab illa communione, quia societas est, cuius perpetuitas non potest præscribi, l. *fin. C. communi divi. l. prima*, ubi *Cinus, & alij. C. de anna. excep. Rimin.* d. *consil.* 100. quod est pulchrum consilium in materia coloni partiarij, ubi etiam agit de collectis *numer.* 55. & *Roland. valle consil.* 96. *numer.* 29. *Plat. in* l. *si penes vers. item est argumentū C. de agrico. l.* 11. ¶ Octavo ex ijs apparet colonum partiarium habiturum furti actionem pro sua quota, pro fructibus surreptis etiam pendentibus, quia tanti sua interest, *l. is, cujus ff. de furtis*, non vero habebit conductionem furtivam quia ante partitionem, incertum est quam partem habeat, quemadmodum voluit *Albe. in* l. *cum in plures.* §. *messem. ff. locat. consentit Bar. l. si apes.* §. *primo ad fi. ff. de furt.* sed cum *Ang.* ibi, *n.* 5. ego verius puto etiam condictione furtiva agere posse, quia incertitudo dominium non impedit pro indiviso.

¶ Nono constat ex prædictis colonum partiarium non teneri portare fructus ad domum domini, cum nec socius hanc operam socio præstare sit obligatus, quanvis *Ias. d. l. fructibus num.* 14. teneri colonum partiarium affirmet, si sit ejusdem fori, *ex Bal. l. acceptam q.* 12. *C. de usur. & in* l. *fi. C. de cond. inser. P. Vbal. in tract. societatis col. xj. par. xj.* cum seq. apud quem videbis multa in materia coloni partiarij. 6. *par. q.* 25. 26. & 27.

¶ Decimo ex superioribus deduces colonum partiarium non posse excidere grandes arbores *ex specu. & Bald. ad sum. titul. de locat.* §. 1. col. *ultima vers. illud autem quæritur.* late *Tiraq.* (ubi etiam de alijs personis agit) *in 2. retract.* §. 3. *glo. unica. numer.* 24. ¶ Vndecimo colliges quod etiamsi in contractu coloni partiarij interveniat pactum de meliorando, & deboscando, non immutabitur natura contractus, nec transibit in alium. l. *si tibi areæ.* cum ijs quæ ibi tradunt *Bart. & alij. ff. de præscrip. verb. Ioan. Rymin. cons.* 100. *lib.* 1. ¶ Duodecimo, & illud compertum habeas, quòd colonus partiarius potest cogi ab Ecclesia ad solvendam integram decimam tam pro parte sua quam pro parte domini antequam dominus collegerit suam partem, ut scripsit eleganter *Soci. consil.* 93. *numer.* 3. *lib.* 3. sed id mirum non est, quia decima est onus reale, & sequitur fructuum detentorem. *c. cum non sint.* & ibi *gl. & Dd. c. tua nobis de decimis.* nec sine hoc onere alienari possunt *c. pastoralis de decimis*, nec de agro prius extrahi quam decimis sit satisfactum *Guid. q.* 283. nisi de consensu Rectoris Ecclesiæ, ut per *Costalij l. in prædijs in fi. ff. in qui. ca. pig. ta. con.* qua ratione colonus pensionarius eodem modo decimis tenetur secundum *Soci. d. cons.* 93. *numer.* 3. 15

Postremo in colono partiario illud signanter jure Regio cautum est, & sub magna multa interdictum, ne triticum ab area elevet, nisi certiorato prius domino, vel ejus procuratore, quæ constitutio confirmari potest *ex l.* 2. *vers. sed ubi quarta*, ibi, *sub aspectu curialiū C. quand. & qui quart. pars, de lib.* 10. & *li. si perequatore*, & quod ibi, *Plat. C. de censibus & censito. lib.* 11. & *text.* optimo *in l. item quæritur.* §. *exercitu*, ibi, *si domino non denuntiavit, & migravit. ff. locat. Cotta in memorabil. verb. fructus*, col. 2. & ex lege *Regia lib.* 2. *tit.* 16. §. 3. *in nov. tit.* 33. §. 3. accedit nam Rector Ecclesiæ ratione decimarum potest petere, ut interdicatur colono ne fructus colligat, aut de fundo extrahat, nisi eo vel ejus nuntio præsente, ut ex *Specu. & Ioan. Andr.* concludit *Abb. c. ex part.* 2. *numer.* 6. *de decim. Card.* late *consil.* 146. *col.* 1. *Guid. deci.* 283. *exactor, Aufreri. ad Cape. Tolos.* 109. latissime *Rebuff. in tract. de decim. q.* 5. *numer.* 23. citat plures alios *Tiraq. in* 1. *retra.* §. 1. *gl.* 7. *numer.* 36. late *glossator. l.* 2. *tit.* 11. *l.* 1. *ordi. Castellæ.* Et quòd sacerdotes possint assistere collectioni fructuum, scripsit etiam *Bald. Auth. nunc si hæres num.* 2. *Codic. de litigio*, similiter, & ij cujus res, & fructus sequestrantur, ut per additio. *Bald. litera.*

D. in

D. in l. ab executore numer. 18. *Cod. quorum appella.* denique generalis est, ut is cujus interest, possit pro suo interesse assistire actui, qui geritur, l. *si suspecta*, ubi late *Angel. ff. de inoffic. test.* ut jam non sit mirum illud lege Regia caveri in colono partiario propter præjudicium dominorum. Sed an colonus partiarius repellatur à testimonio, & dic non repelli, nisi particulariter testificetur super eo quod ad ejus commodum, vel damnum expectat, ut per *Soci. Iuni. consil.* 146. *numer.* 17. *lib. primo.*

Sed quia *Iustinianus* noster leges quasdam extravagantes de re rustica edidit in quibus, & de colono partiario aliqua scitu digna stabilivit, operæp recium erit huc ça transferre, eisdem quibus ea è Græco transtulit *Francisc. Baldovinus*, *Atrebatius iure consultus*, *sub titulo primo de agricolis, sic ait Iustinianus.*

Si partiarius colonus circa domini consensum fundum demeliuerit, ejusque manipulos intervererit, seu fur universis fructibus multato.

Partiarij coloni pars x) contineto fasciculos 3 ubi ipsius domini qui fundum colendum dedit portio unum tantum, si quis aliam inierit partium divisionem, sacer esto.

Si quis colonus ea lege fundum colendum accipiens, ut justam fructuum mediet atem perciperet, suo tempore eum non excolnerit, sed serius semen sparserit, nihil ex fructibus percipito, qui vanitate sua fundi dominum ludificatus est.

Si quis eadem lege ab inope colono vineam receperit excolendam, nec ut oportet eam putaverit, aut foderit, aut pedamentis sulcierit, aut lyraverit, nihil ex fructibus percipito.

Qui de justa fructuum percipiendorum mediet ate pactus, tempestive consilium mutaverit, dominoque nunciarit, quasi in se non esset, ea lege fundum colere, & si dominus admonitus neglexerit, in damnis esto talis colonus.

Si quis eadem lege absentis domini fundum excolendum susceperit, & postea mutato consilio eum dereliquerit, fructuum qui percipi potuissent duplum pendito.

Hactenus Iustinianus Imperator ad quem elegantia sed brevissima scholia scripsit *Baldovinus*, cum multo uberiora desiderarent: in quibus, quia alio propere tendimus, non immoramur.

Quæstio XXXI. D. conductione agri vectigalis, & in quo differat ab emphyteusi, & declarata l. 1. & ult. ff. si ager vectiga.

VEctigalis nomen latissime vagatur, & quodcumque tributum, vel præstationem, sive publicam, sive privatam significat l. *inter publica*, §. *publica*, *ff. de verbor. significat.* ubi *Alcia. text. item in l.* 2. §. *si quis a nemine*, *vers. vectigal* enim hoc. *ff. nequid in loco publico*, & inde *Budeus in* l. 2. *ff. de orig. jur.* constitutiones redditu, quas vulgo appellamus census, appellat ipse vectigalia, propter nominis generalitatem, & amplitudinem, ex qua fit ut etiam pro nostro patrimonio, vel redditu quod ex eo percipimus acciatur, *Cicero in 6. Paradox.* ô *Dij* (inquit) *non intelligunt homines quam magnum vectigal* (id est, quam magnus proventus,) *sit parcimonia*, & paulo post ait, *ex meo tenui vectigali*, id est patrimonio, *de tractis sumptibus cupiditatis aliquid etiam redundabit*, accedit *text. l. arbores, in fin. ff. de usufruct.* Proprie tamen nomen vectigal ad publicos redditus pertinet l. *eum qui vectigal. ff. de verbo. signifi.* & illud quod pro rebus civitati invectis, vel evectis, publico solvitur, vectigal proprie dicitur, & inde *tit. Cod. de vectiga. & comi.* & *ff. de publica. & vectigal.* ubi *glos. Bart. in l.* 1. §. *primo*, *Alberi. in dictionar. verbo*, *vectigal*, & est octava pars attento jure Romanorum, *l. ex præstatione*, *C. de vectigal. l.* 5. *tit.* 7. *part. quinta*, & ibi *Greg.* apud Hispanos est decima omnium rerum *D. Covar. in reg. peccatum* 2. *par.* §. 5. *n.* 1. & inde conductores hujusmodi

di vectigalium dicebantur octanarij, sicuti, & vicesimarij, & decimarij, secundum *Alcia. dict. l. eum qui vectigal. & vectigalarij, & telonæ, ac generali nomine publicani*: quia publicum redimebant, publici enim appellatio in compluribus causis ad Populum Romanum respicit *dict. l. eum qui*, & publicum quandoque pro vectigali accipitur teste eodem *Alcia*. Hinc factum est secundum eum, ut agri civitatum, seu municipiorum, qui hac lege locabantur, ut quandiu pro ijs constituta pensio reipublicæ pendatur, tandiu nec ipsis qui conduxerit, nec ijs qui in locum eorum successerint, auferri eos liceat vectigales agri vocati sunt, & tributum illud vectigal, l. 2. §. 1. *ff. de publica l.* 71. §. *fin. ff. de leg.* 1. alij vero non vectigales, qui ita colendi dabantur, ut privatis agros nostros colendos dare solemus, & ita explicat *Paulus, ex Juliani sententia in* l. 1. *ff. si ager vectig.* à quo obiter, & facile colliges istas in perpetuũ locationes in privatorum agris non fuisse solitas ad illa usque tẽpora quod adnotavit *Franc. Conan. lib.* 7. *jur. civil cap.* 12. *nu.* 2. Sed & *Hyginius Vrbicus in lib. de limitibus agrorum*, circa vectigales fundos quædam scribit quæ hic trãsferre libuit ad ampliorem declarationem. *Vectigales* (inquit) *agr. sunt obligati, quidam reipubli. Popul. Roman. quidam coloniarum, aut municipiorum, aut civitatum aliquarum, qui & ipsi plerunque ad Populum Romanum pertinẽtes, ex hoste capti, partitique ac divisi sunt per centurias, ut assignarentur militibus, quorum virtute capti erãt amplius destinato modo quam vetus militũ exigebat numerus qui superfuerant agri, vectigalibus subjecti sunt: alij per annos, alij vero mãcipibus, emẽtibus. i. conducentibus in annos cẽtennos, alii quinos, plures vero finito illo tẽpore iterũ veneũt, locãturque ita ut vectigalibus est consuetudo, municipes autẽ ipsi per cẽturias locãt, aut venũdãt proximis quibusque possessoribus*. Hactenus *Hyginius* cujus etiam verba retulit *Alciat. lib.* 3. *disputt. cap.* 10. ad intellectũ l. *si finita*, §. *si de vectigalibus, ff. de damn. infect.* ubi de actione vectigali quæ de vectigali fundo possessoribus datur sermo est, & *l.* 66. *ff. de evictionibus* retulit *P. Pratejus in suo lexico, verbo, vectigales quoque agri. Habent* ij vectigalium fundorum conductores perpetui 1. quandiu pensionem solverint, in rem actionem, licet domini non sint, l. 1. §. *qui in perpetuum. ff. si ager vectigal.* intelligit autem *Accursius*, & communis non esse dominos, sc. directos, esse tamen utiles quam conclusionem communis schola recepit, licet nos supra aliud tenraverimus *quæst.* 13. Sed quid si ad tempus habet quis hujusmodi reipublicæ fundos conductos, nec dum tempus finitum sit? & adhuc in rem actionem habebit, ut est tex. *in l. fin. ff. si ager vectigal.* quanvis tunc non dicantur vectigales agri, *l.* 1. *illo tit.* & cum *d. l. fin.* non distinguat, nec ego etiam distingo, an id tempus magnum, vel modicum sit, quia utroque casu in previlegium conductorum reipublicæ, actio in rem illis conceditur, *l.* 1. *ff. de loco public. fruen.* & ibi *glos. & Bart.* sed, & *Bald. num.* 11. & *Salyc. l.* 1. *C. isto tit.* tẽdit *Francis. dict. cap.* 12. *Pynel. l.* 1. *C. de bon. mater. par.* 3. *num.* 67. unde ociosam puto *Accursij*, & omnium interpretationem, in *d. l. fin.* qui legi simpliciter loquenti de conductore fundorum reipublicæ ad tempus, adjecit, sc. longum: quasi non aliter in rem actionem haberet, nisi ad longum tempus conductor esset, quod plane falsum est, ut jam ostendi, nec minus erroneum quod ex eo tex. & glos. interpretes passim colligunt conductorum aliarum rerum ad longum tempus, consequi utile dominium, & habere in rem actionem, cum ut vidistis tex. ille de conductore fundi reipublicæ loquatur, in quo ad actionem in rem intentandam nulla distinctio fit, an brevis, vel longi temporis conductor sit, *l.* 1. *ff. de loco publi. fruen.*

Sed in quo differant ager vectigalis ab emphyteuticario? & videtur dicendum nihil differre, sed esse sinonoma, quia æquantur in illa *Rubr. ff. si ager vectig. vel emphyt. peto. & glos.* ibi exponit, *vel* pro *ideſt*, sed id ego intelligo quoad in rem actionem, cæterum quoad alia, non repetio *l. regem in Codice Justinia. tit. juris*

tis emphyteutici, quæ de agro vectigali quidquam definiat: proinde non ausim expendere earum placita ad agros vectigales, præsertim quia video in agris vectigalibus ob sterilitatem remissionem fieri, & cum ubertate compensationem, *l. si uno vers. idem in fundo vectigali, ff. loca.* & non ita in emphyteusi, ut diximus *quæst.* 27. proinde statuta circa agros vectigales petenda sunt *a tract. de locat. prætor. civil. lib.* 11. Et ita etiam circa divisionem, distinguntur agri vectigales ab emphyteuticis, ut palam fit, ex *l. item prædia ff. famil. hærciſc. juncta l.* 7. *ff. commun. divid.* tradit optime *Soci. Iuni. in l. qui Romæ, §. duo fratres numer.* 134. *ff. de leg.* 1. Ex quo liquet quod ager vectigalis, & emphyteuticarius non sunt Sinonoma, sed verbo, *vectigalis* generalissime sumpto, differunt prout genus, & species, ut etiam voluerunt *Moder. Parisienses*, secundum quos ita accipi debet *l. C. in l. sciendum*, §. 1. *ff. qui satisd. cogat.* cum se ipsum explicans inquit *vectigalem, i. emphyteuticarium*, explicavit enim ibi, genus per unam speciem, i. emphyteusim, in qua maior erat in materia cautionum ratio dubitationis, propter metum caducitatum. Quod si verbum, *vectigalis*, stricte, & proprie accipias, differunt prout species distincta, & separatæ, ut fit palam ex jam dictis. Iuxta quæ explicabis. *Accursium in dict. Rubr. ff. si ager vectigal.* qui in suo sensu nō potest defendi,

SUMMARIA.

1 *Census nomine quotupliciter in jure utamur.*

2 *Censitor quis, & declarata Rub. C. de cēsibus, & cēsitoribus, & peræquato lib.* 11.

3 *Capite censi, capitatio quid.*

4 *Iugatio, & fundus censitus quid.*

5 *Coloni censiti qui, cum declaratione multarum legum.*

6 *Census jure canonico ad Rubr. de censibus.*

7 *Censuarius contractus quis, & qualis apud Gallos.*

8 *Census emptitius. & redimibilis super certare, qualis in Hispania, & quādo licitus, & explicatæ extravag.* 1. *& 2. de ept. & vend.*

9 *Census, seu annuus reditus, an titulo emptionis possit in pecunia constitui.*

10 *Census an præmissa duntaxat obligatione personæ possit vendi, nullis bonis designatis.*

11 *Census, seu certi redditus constitutio, an super bonis omnibus permissa sit, & quid in pactis, quod bona censui sūmissa neque ant alienari, vel caducitatem incurrant numer.* 12.

13 *Census constitutioni an insit tacita rei hypotheca, quæ jure aliarum hypothecarū censeatur.*

14 *Agi an possit, vel debeat adversus possessorem rei censitæ, nō præmissa excussione venditoris census.*

15 *Censu apposito super pluribus rebus censitis, an cujuslibet earum possessor in solidum teneatur.*

16 *Censitis rebus peremptis, an perempta sit quoque obligatio census constituti.*

17 *L. ultima §. ultimo, ff. de contra. empt. declarata latissime.*

18 *Obligatio personalis non sequitur tertiū fundi possessorem.*

19 *Actio ad pensionē emphyteuticam, an trāseat contra singularem rei successorem.*

20 *Pensione cōstituta, seu relicta super certo fundo, pro alimētis aut sacrificijs missarū, aut eleemosinis an fūdus ipse cēseatur hypothecatus, & illud onus transeat in singularem successorem.*

21 *Pensio relicta super certo fundo alicui, in ultima voluntate, an indistincte inducat hypothecam ipsius rei.*

22 *Annue redditur si promittantur de certo fundo, cū facultate capiēdi eos propria authoritate, an inducatur hypotheca ipsius fundi, ad declarationem dict. §. ultim.*

23 *Ius excipiendi, an trasseat contra singularem successorem fundi.*

24 *Dominus directus an possit agere interdicto possessorio cōtra tertiū rei ephyteuticæ possessorē denegātē solvere pensionē.*

25 *Annua pensione constituta alicui super certo fundo an fundus queat alienari sine consensu ejus, cui relicta est.*

26 *Servitus realis cur nō inducatur in specie dict. §. ultim.*

27 cen-

27 *Censuarius habet omne jus rei, & possessionem in quo differt ab emphyteuta.*
28 *Cēsus, an judicetur adjecta clausula, quod transferatur omne jus rei, licet in instrumento, cōtractus emphyteuticus nominatur.*
29 *Census, an dicatur re permutata, cum reservatione certæ pensionis.*
30 *Censuarius, an cadat in cōmissum propter non solutionem pensionis, & quid si adjiciatur clausula, ut commisso locus sit in censu n.* 31.
32 *Censuarius, an alienat irrequisito domino sine metu commissi, & an laudemia debeat, & quid si alienat nō tanquam alludialem & liberam n.* 33.
34 *A censu ad emphyteusim non est firma argumentatio.*
35 *Censuarius vel emphyteuticus, an in casu dubio contractus sit judicandus, & quædā practica provinciæ interamnensis.*

Quæstio XXXII. De contractu censuario, & in quo differt ab emphyteusi.

1 PRæmittere oportet ad tolendam nominis æquivocationem, significationes hujus verbi, *census*, multifariam enim accipitur, * ut ex Dd. statim allegandis constabit, & ex *Fab. in §. adeo colu. fin. instit. locati*, & genuina ac propria latina significatio census, est, ut significet æstimationem patrimonij uniuscujusque, quæ fiebat ad solutionem tributorum: & illa æstimatio patrimonij nuncupabatur census, à censendo, hoc est, æstimando, l. *forma*, l. *vitia*, l. *per discursum*, *ff. de censibus*, l. 2. & 3. *Cod. de censibus libr.* 11. l. *census, & monumenta*, *ff. de probat.* leg. *de creationibus*, *Codic. de Episc. audi.* leg. 4. *Cod. de censibus libr.* 11. ibi *omne territorium censeatur*, 1. æstimetur, & hinc dicebatur *censum agere*, 1. nomina, & facultates singulorum civium recēsere, & ita legitur apud *Livium*, & alios, & in §. *post deindē*, leg. 2. *ff. de orig. jur.* vera lectio est census agendus, non census agendus, ut bene advertit *Anton. Gartonius ibid.* & dicebantur cives censi qui distribuebantur in classes superiores, vel inferiores, pro modo facultatum, & hanc æstimationem patrimonij, & civium descriptionem induxi *Servius Tullus* penultimus Rex Romanorum, *secundum Livium libro* 1. & *Halica. Dionys. & reliquos Historiographos*, hic etenim primus Romanos cives se describere, & juratos res suas æstimare jussit, & inventi sunt eo tempore secundum *Halycarnass. libr.* 4. octoginta quatuor millia septingentique cives, ut retulit *Zazius. l.* 2. §. *post deinde*, super verbo, *censu numer.* 7. & ibi quoque *Anton. Garroni. ff. de orig. jur.* & ibi etiam (*nemine relato*) *Ioann. Oroſci. numer.* 61. eratque hic numerus eorum tantum qui arma ferre poterant, ut memoriæ prodidit *Fabius Pistor antiquissimus rerum scriptor* quod mihi verosimile non fit, tantum bellatorum numerum fuisse in cunabulis Romanij Imperij.

Secundus census fuit sub *Valerio Publicola*, & *T. Lucretio*, & ita deinceps ad plures annos per *Consules* census acti sunt, ut seriatim refert *Anton. Garr. loco nuper citato.* Et hinc factum est, ut verbum *census* pro patrimonio cujusque seu substantia accipiatur, unde illud *Ovidij*, *dat census honores*, *census amicitias*, *l. cogi. in princ. ff. ad Trebell.* l. *de creationibus*, *versic. autem*, *Cod. de epis. audi. & de censibus*, *per totum*, & *Zazius dict.* l. 2. §. *post deinde numer.* 8. *ff. de orig. jur.* Et in hac 2. significatione passim accipiunt latini authores, juxta quam per excellentiam, dicebatur census, ille qui in bonis habebat centum millia sestertium, quam summam nos Hispani appellamus unum computum, qui continet decies centum mille quadrantes, & hujus tertiæ significationis author est *Asconi.* 3. *Ciceron. in Verrem actionem*, quem retulit *Covar. lib.* 3. *resol. cap.* 7. *in prin.*

Quarto modo accipitur census pro tributo, *leg.* 2. *Codic. censu vel reliq.* & in hoc significatu, tributum publica pensitatio, functio, colatio, & census, idem sunt: ut tradunt *glos. & Dd. in Rubr. C. de censib. & censito. libr.* 11. & probatur in *tit. Cod. & propter publi. pensi.* & in *d. tit.*

sine censu, vel reliq. & in l. competit, Cod. de præscr. 30. anno. & §. coges autem, in Auth. de mand. princ. coll. 3. & ita intelligitur illud Math. 22. licet censum dare Cæsari, tributum, tradit D. Otalora in summa nobilitatis Hispaniæ, fol. 9. column. 1. quanvis Zazius existimet libr. 2. intellect. singul. c. 3. eam significationem esse parum latinam, & in hac significatione accipitur census in toto ferme jure civili, & inde est quod magistratus, qui hujusmodi censibus, hoc est tributis exigendis, & distribuendis præficiebatur, censitor vocabatur, atque ita intelliges Rubr. Cod. de censibus, & censitoribus, & peræquatoribus, & inspectoribus libr. 11. & l. 5. ibi. peræquatore, vel censitore susceperint, Cod. de fun. patrimon. eod. libr. 11. & alibi vocatur censualis, ut §. coges, Auth. de mandat. principum coll. 3. & hic magistratus valde diversus est à magistro census, cujus mentio fit in libr. 14. Cod. Theodos. tit. 9. cap. 1. in princ. & l. trigesima, Cod. de dona. l. consulta divalia, Cod. testam. & Auth. de testib. §. hic vero, & in Auth. ut fratrum filij, §. illud. Item est longe diversus à Censoreo magistratu, qui multo ante, circiter annum tercentesimum decimum ab urbe condita constitutus est, qui regendis moribus civium præerat secundum Asconium in Divina. Cicero, & apud Gelli. Feneste. & alios ejus farinæ authores legere est. Sed & descriptiones civium & publicorum vectigalium curam habebat, ut scripsit Livius libr. 1. & Plutarch. in vita Pauli Emilij in fin. & tradunt Juniores in d. l. 2. §. post deinde. Isti enim censum, & numerum civium agebant, & mores corrigebant, censitores autem censum, i. tributum exigebant, & destribuebant, & peræquabant, quod & Moderni Galli agnoscunt, & quia census pro tributo aliquando capiti imponebatur, dicebantur qui illud solvebant capite censi, & tributum illud capitatio, l. ætatem. ff. de censib. l. cum antea, Cod. de agricol. libr. 11. glos. Bart. Plat. Pyrrh. Rebuf. & alij in Rub. Cod. de annonis, & tribut. libr. 10. aliquando vero imponebatur rebus, & si pro modo jugerum appellabatur jugatio, l. una, Cod. de colo. tracen. libr. 11. l. immunitates, Cod. de agricol. eo. libr. & ita hodie apud nos est quidam census, seu tributum agrorum quod appellamus, retento illo antiquo nomine, jugada, de quo libr. 2. tit. 17. in nov. tit. 33. Ord. si pro alijs prædijs dicitur census, & fundus censitus ¶ Advertendum tamen, quod quando census præstatur principi, & ejus fisco pro re censita, non præstatur quidem in recognitionem patriculatis dominij illius rei censitæ, quia illa est in pleno dominio agricolæ, qui eam possidet, ut diximus quæstion. 13. numer. 1. sed in recognitionem dominij universalis, ut tradunt Panor. & alij in cap. ad audientiam in fin. de præscri. Bart. Bald. Angel. Saly. l. competit, C. de præscr. 30. annot. quibus adde quod etiam præstatur, nec minus principaliter in recognitionem, & juvamen rectæ gubernationis, & tuitionis reipublicæ, ut satis voluit Beatus Paulus ad Roma. 13. & deducitur ex Auth. de collatoribus col. 9. per totum.

Ex prædictis autem secundum Moder. Parisien. intelliges colonos originarios, & ascriptitios, quos etiam dicimus censitos, non ideo censitos vocari quod censum aliquem seu tributum dominis suis præstare teneantur (ut perperam interpretes in Rubr. & l. quisquam, & l. servos, & per tot. Codi. de agric. & censit. libr. 11. comminiscuntur.) Sed ex eo quia cum reputarentur pars fundi, cui sunt ascripti, & à quo nequibant separari, l. 3. l. quemadmodum. l. cum satis, Cod. de agricol. l. si quis inquilinos in princ. ff. de legat. 1. una cum ipso fundo cui ascripti erant in publicum censum referebantur, & maius patrimonium efficiebant, & consequenter maioris census 1. tributi obligationem, l. hi penes l. omnes l. quemadmodum l. diffinimus, Codic. de agricol. leg. coloni. census, & in quib. caus. colo. & sic non censebantur per se, nec erant in proprio censu, sed alieno, quia cum ipso prædio censebantur, idcirco hujusmodi ascriptitij censiti coloni nulla fisco suo nomine tributa pendebant, l. colonus, Codic. de agricol. nec etiam dominis suis tributario

nexu

nexu tenebantur, *l. una Cod. de colonis illirici, ibi, inservient terris non tributario nexu, lib.* 11. sed duntaxat solvebant dominis colonariam pensionem, quæ modum consuetum excedere non poterat, *l. cum satis, §. caveant, C. de agricol. libr.* 11. *l.* 1. *Cod. in quib. cau. colo. eod. libr.* unde jam intelligis quam longe distant hi censiti ab alijs liberis colonis, illi etenim fundo quem colunt non sunt ascripti, nec cum eo censentur tanquam pars ipsius, & pro sua rata censum pendunt, & in proprio censu dicuntur, *l. his penes, §. sane (secundum intellectum Moder.)* *Cod. de agricol.* tradidimus, & nos *quæst.* 17. *numer.* 27. Isti verò censiti terræ ipsius pars esse existimantur, & insimul tanquam unum corpus in censum à dominis referuntur, ut jam dixi.

6 Quinto modo, & generalius accipitur nomen, census, in jure canonico, pro eo quod annuatim præstatur alicui etiam inferiori à principe, quandoque in recognitionem subjectionis, *cap. recepimus, de privileg.* quandoque ratione fundationis, *cap. præterea, cap. quoniam de jure patron.* quandoque ex alijs justis causis, *per tot. tit. extra de censibus. Covarr. in loco præcitato*, unde quia præstatio census ex tot causis potest contingere, si quis dixerit, & probaverit sibi censum præstari, nisi de specifica causa solvendi appareat non probabit ratione subjectionis, nec ad aliquid certum, secundum *Panor. & alios in cap. fin. de caus. poss. & in cap. 2. de censibus, & alibi Moder.* Sed, & generalissime dicimus censum omne onus alicui rei impositum, ut scribit *D. Otalora. ubi supra, & multa de verbo census scribit P. Prate. in lexi. eod. verb. census.*

7 Sexto modo dicitur census quædam species contractus, quo res alicui datur, vel venditur pleno jure, hoc est, ut in accipientem transeat tam utile quam directum dominium, retenta modica pensione annua antiquo domino, in memoriam pristini dominij, quæ pensitatio appellatur census, & ideo contractus ipse etiam censuarius appellatur, (& apud Gallos pensio, quæ solvitur dicitur redditus fundiarius) & ita communiter docent interpretes post *glos. in cap. constitutus de relig. domibus Imol. column. 2. & alij juris canonici interpretes in cap. ad audientiam 2. de reb. Eccles. Bart. & alij in l. 1. §. 1. ff. de publi. Jason. l. 1. numer. 48. Cod. de jure emphyt. & in Auth. qui rem. num. 10. Cod. de Sacrosan. Eccl. Auto. Gomez. l. 68. Tauri, col. 3. Bened. Curt. in cons. 8. pag. 69. & passim omnes juris interpretes.*

Verum hæc acceptio & significatio verbi census, pro certa quadam pensione, quæ alicui privato solvitur, improprià est cum ex tali contractu prædia non censeantur, nec ulla fiat æstimatio, aut peræquatio, deficitque vera æthymologia, & genuina significatio verbi census, unde hæc acceptio non nititur aliquo pacto in jure civili, secundum *Fab. §. adeo colu. penult. vers. sed hoc obviat, inst. locati, & Moder. Parisi.* sed duntaxat in communi modo loquendi canonistarum deductio *ex glos. pen. in dict. cap. constitutus*, & esset impropriuum quoque significationem voluit, *Abb. cap. prohibemus de censibus. & D. Otalora dict. fol.* 9. *col.* 1. & iste est contractus census de quo in hoc capite agimus.

Non prætereo, quod apud Gallos, & in tota Francia alter accipitur contractus censualis, quando videlicet, utile dominium certi fundi transfertur sub certa annua, & perpetua pensione, quæ appellatur census, & retinentur dominium directum, & jura dominicalia, & laudemia debentur de alienationibus secundum *Fabr. dict. §. adeo colu. ult.* denique census in Francia non distat à jure emphyteutico, nisi in juribus dominicalibus, & ita fere omnes quæstiones determinantur per leges juris emphyteutici, distat autem multum à contractu census de jure communi de quo hic loquimur, ut ex utriusque diffinitione patet, & plenè materiam prosequuntur *Moder. Galli*, quia sua interest ad sui Regni praxim, & *Rebuf. de const. reddit. 2. tomo. Chassan. in Rub. de censibus.*

8 Sed nec prætereundum, quod etiam quando quis super re sua propria immobili pensionem annuam perpetuam, vel ad tempus cum pacto de retro, alteri constituit, pretio accepto (ut frequentissimum est in nostra Hispania) appellatur contractus census, * adeo quod, & si vendis super re aliqua censum dicat quod vendent directum dominium rei super qua census imponitur, & etiam si adjiciat *que se desapossa da detençam, & posse do directo dominio, & que o traspassa no comprador*, ut eleganter consuluit *P. Avend. responso.* 12. quem vides, & habent in eo locũ omnia quæ in contractu census statuta sunt in re communi, secundum *Anton. Gomez. in allegata*, l. 63. *Taurt*, col. 3. *ubi plenius Palat. Rui. in sua gloss. & citatur Bald. Auth. & qui jurat numer.* 56. *Codic. de bon. auth. judi. poss. Innocen. Abb. Carài. & omnes cap. in civitate de usur.* & est vera opinio, qui nihil refert, an quis in re quam pleno jure accipit, constituat alteri certam pensionem (qui apud Gallos appellatur redditus fundiarius) vel in re quam non accipit, sed est sua propria, pensionem alteri designet, quæ dicitur constitutio redditus, quia utrobique eadem ratio: & consequenter idem jus, & si in priori forma, celebrato contractu, appellatur census, debet utique, & in posteriori, * & ita resolvit *Aymon, cons.* 217. *numer.* 4. ubi ait dupliciter prætato modo censum constitui, licet maxime attento jure sui regni, 14. differentias, inter redditus fundiarios, & contractum constitutionis reddituum, seu census juxta hanc acceptionem, scripserit *Rebuf. de constit. reddit.* 2. *tomo glos.* 17. *artic.* 1. *pag.* 420. *cum sequen.* Sed cum dixerimus non proprie, nec ex recta dictionis significatione, censum appellari, contractum illum quem interpretes censum vocant: quia nil censetur, nec ulla sit æstimatio, aut peræquatio, consequitur necessario etiam hanc Hyspaniæ locutionem, quatenus appellant censum, emptionem, seu constitutionem redditum super rebus alienis, esse impropriam, ut etiam agnoscit *Covar. d. cap.* 7. *col.* 3. melius igitur appellabitur contractus constitutionis redditum, ut apud Gallos nuncupatur, super quo fecit integrum tractatum *P. Rebuf.* 2. *tomo ad l. Galliæ ex pag.* 399. * aliud autem esse submittere rem aliquam in emphyteusim constat ex eleganti decisione *Afflictis* 80. *incipit fuit magnum dubium colũn.* 2. & 3. *& eleganter in decis.* 95. *incip. Angelus Galeota.*

Valere autem hujusmodi contractum census, seu constitutionis redditum, nemo jam dubitat, *post Extravag.* 1. *Martini V. editam anno* 1422. *& Extravag.* 2. *Calixti* III. *promulgatam anno* 1455. *quas hodie habemus inter Extravagan. commu. nes sub titul. de empt. & vend.* quibus definitum extat hujusmodi contractus esse jure permissos, & observandos, & eadem authoritate idipsum confirmarunt plures, ut scribit plene, & eleganter (ut solet] *D. Covar. d. cap.* 7. *ultra quem, & Rebuf. in dict. tract. de constit. reddit. in princ.* latissime quoque, & novissime, *Gregor. Moder. Glossator, leg.* 38. *tit.* 8. *part.* 5. quando autem hujusmodi redditus annui venduntur, seu constituuntur in fructibus, nemo unquam ex doctis negavit validitatem horum contractuum, ut scribit *Maior. in* 4. *dist.* 15. *quæst.* 42. *col.* 1. probavit late *Conrad. de contract. quæst.* 42. & insignis Theologus *Joann. Medy. de restit. cap. de censibus*, & jure merito cum nemo dixerit emptionem usufructus rei tuæ perpetuam, vel ad tempus improbam esse. Ad justitiam tamen harum conventionum, sex conditiones adesse voluit *R. Archiepiscopus Toletanus ex serie earundem Extravagan. in Summa Conciliorum, fol. mihi* 387. quibus duas addit præceptor communis M. *Navar. in rep. c.* 1. 14. *quæst.* 3. *ex numer.* 76. qui præ cæteris articulum istum illustravit, * adde novissime *Avendanium responso.* 12. *col.* 3. & multo plura requisita addit hodie Extravag. *Pij V. Pontificis, lata super forma creandi census.*

9 Et quanvis multa juniores interpretes in hac materia docte satis, & ingeniose scripserint, ego aliqua quæ notabiliter

biliora visa sunt transiens prælibabo. Et in primis circa prædictas constitutiones summorum Pontificum quæritur, an valeat emptio seu constitutio annuorum reddituum super certa re, ea adjecta conditione, ut in pecunia solutio fiat, puta quia emi à te annuum redditum quinquaginta ducatorum super tuis domibus, vel prædij, pro mille ducatis: videtur enim talis contractus tectam quandam, & paliatam usuram continere, quia in effectu pecunia pro pecunia datur. Sed hoc quoque casu permissam esse horum reddituum emptionem super aliqua re, licet in pecunia pensio annua solvenda sit, post longam, & satis doctam disputationem concludit nunquam satis laudatus *D. Covar. d cap. 7. Greg. dict. l. 38. super verbo, à censo Anton. Gomez. dict. leg. 68. Tauri, col. 3. ad fin.* Nec id solum locum habet in emptione reddituũ antiquitus constitutorum, (quæ res dubitationem non habet, secundum *Abb. in disput. Augerio, dubio ulti.*) sed etiam si novo tempore contractus constituatur, secundum *Conradum quæ. 79. concl. 8. D. Navar.* (qui testatur communem) *ubi supra numer. 77. alios* Dd. *Covar. citat numer. 2. ad fin. vers. cæterum ubi numer. 3. & 4. aliter*, & aliter hujusmodi conventionem extendit, negari tamen non potest maiorem usuræ suspitionem oriri in emptione census novi, quam antiqui, secundum *Mod.* & juxta prædicta sustinetur venditio reddituum in pecunia, quam vulgo appellamus, *juros*, quorum contractuum magnum numerum fecit Rex noster invictissimus per suos officiales ex doctissimorum, virorum authoritate, qui jure permissos esse hosce contractus secure responderunt.

Subinde circa easdem constitutiones Pontificias quæsitum est, num sit necessarium ad validitatem prædictorum contractuum, ut illi redditus constituantur ac promittantur super bonis certis? Et necessum esse fatentur plerique alioquin hujusmodi constitutiones, & emptiones reddituum esse reprobas, & illicitas, ex sententia *Joann. ligni. in cap. in civitate, de usur. Abb. in disputatio. Augerio, col. ultima. Laurenti. Rodulph. in cap. consuluit 12. part. quæst. 12. 15. & 18. de usur. Areti. cons. 251. viso themate colũn. 3. Angel. in Summa, verb. usura, vers. 78.* voluerunt quoque *Archiepiscopus. Toletan. & D. Navarr. ubi supra numer. 83. & 90. Florenti. 2. par. titul. 1. cap. 8. §. 10. Chassan. item in cathalogo gloriæ mundi 12. par. consider. 99. fall. 25. & in consil. 63. numer. 5. & in consuetu. Burgun. Rub. 11. §. 6. in princip.* & videtur hæc opinio aperte comprobata ac fulcita authoritate text. *in dict. Extravagant. Martini V.* ibi *super bonis suis, oppidis, agris, prædijs, domibus, & hæreditatibus*, & paulo inferius ibi, *bonis in ipso contractu, tunc expressis*, & rursus, ibi *bonis obligatis, penitus interemptis, & destructis,* & hodie per extravagan. felicis record. Pap. Pij V.* unde tanquam periculosa, & à permissione juris canonici in prædictis extravag. deferenda videtur contraria opinio, quam cum multis authoribus, & magno argumentorum agmine defendi *D. Covar. dict. cap. 7. numer. 5. vers. ego sane* inquiens non esse necessum, ut constituantur hi redditus super bonis certis, aut incertis, sed sufficere personali duntaxat obligatione præmissa constitui, absque rerum aliquarum, aut bonorum obligatione, fumissione, ac hypotheca: imo etiam si is qui hujusmodi redditus constituit nulla bona habeat. Martini vero Quinti, & Calixti III. Romanorum Pontificum constitutiones ait ad communem contrahendi usum respexisse, non negantes hosce contractus celebrari etiam posse, præmissa tantum obligatione personali, quod ego non facile concesserim, quia prædicta responsa Pontificia ad justitiam horum contractuum, inter alia, illud semel, & iterum commemorant, quod super prædijs, domibus, hæreditatibus, redditibus promissi sint, quod non temere factum credendum est, & expendenda sunt verba illa, *bonis in ipso contractu tunc expressis*, & ibi, *bonis obligatis penitus peremptis, & destructis*: quæ verba in solam personalem obligationem non cadunt, & vere non dubito, quin si hæc opinio admittatur latissimus pa-

reat campus usuris contrahendis: facilem, fæneratores data pecunia, se emere ab aliquo annuum censum pecuniarum dicent, & usuratiæ labis notam fugient, solo nomine conventionis mutato, facile autem erit, cum mutuam pecuniam ad fœnus dant, dicere, se pro censu annuo dare, quodquam sit advertendum nemo non videt, & ita *D. Navar. ubi supra, ex numer.* 90. omni contentione reprobat prædictam opinionem, atque in praxi apud nos non esse receptam certo scio. In foro enim, subtilitates interpretum non sequimur, præsertim cum de animæ periculo quæstio est. Proinde si in senatu talis conventio proponatur, quæ pro certa quantitate pecuniæ emit quis censum annuum pecuniarum ab aliquo, sola ipsius obligatione personali contentus, dubio procul usurarius esse contractus judicabitur, idque satis constanter, respondit *Andr. Alcia. respon.* 3. *numer.* 7. ubi fortius consuluit multis argumentis, emptionem reddituum, super certo fundo esse jure reprobatam, quod ipse pro tempore fecit.

11 Rursus, & illud controversum est, an hujusmodi reddituum emptio, & constitutio super bonis omnibus alicujus præsentibus tantum, seu præsentibus, & futuris, consistere possit, & voluerunt consistere *Conra. de contract. quæst.* 83. *conclu.* 13. *Laurenti. Rodulph. in repet. cap. consuluit* 2. *par. quæst.* 13. & *Moder. Parisien. post Joan. Lygnia*, alij vero plures contrarium opinantur, uti *Chassan. in tribus locis superius citatis Archiep. itidem Toleta. in loco nuper allega. fol.* 387. in prima conditione, idem quoque *insignis Navar.* ubi supra *numer.* 83.

Sed ego horum patrum sententiæ invitus accesserim, quippe quoad juris substantiam non arbitror referre, an super una re, vel super omnibus rebus constitutio, seu venditio certorum reddituum fiat, cum Pontificiæ constitutiones in hoc non distinguantur, nec improbatum sit constituere jus census realis super rebus omnibus, nam, & pro cujuslibet modici contractus securitate omnia bona hypothecare, præsentia, & futura licet; *l. final. Codic. quæ res pig. obliga. poss.* & falli videntur, qui in constitutione cen. sus, vendi rem ipsam superque constituitur existimant. ¶ Quod si pactum adji- 12
ciatur, ne liceat venditori omnia bona sua, censui subjecta alienare, nisi requisito emptore, & ejus præmissa licentia, & quod alioquin caducitatem incurrant, aut per triennium si in solutione cessent, similiter bona committantur: hisce pactionibus adjectis, improbum esse contractum existimaverim, non quod fœneratitius sit, sed quia nimium iniquus propter injustitiam pretij si ad valorem prædictarum conditionum non ascendat, & ultra dimidiam justi læsio detur, * cui concinit quod scribit *D. Navar: in Manuali in cap.* 17. *numer.* 230. quanvis non prahabita hac consideratione, sed duntaxat propter illa pacta adjecta, suprascriptam conventionem improbarit egregius Doctor *Theologus Paulus de Palatio in adnota. ad Summulam Caiet. fol.* 131. *verso. & noster senatus aliquando ita judicaverit*, * quod jam hodie cautum est motu proprio *fel. record. Pap. Pij. Quinti ut habetur in volumine suarum extravagantium fol.* 14. *col.* 2.

Sed, & illud in dubium potest adduci, 13
an hujusmodi census venditio, aut constitutio super aliqua re, aut super rebus omnibus præ se ferat hypothecam, quæ jure aliarum hypothecarum censeatur: ex hujus enim articuli resolutione, multa deciduntur dubia, quibus in praxi quotidie exercemur, & ommissa disputatione, probabilius mihi videtur, non inesse hic hypothecam, sed jus quoddam reale prædio, seu rebus omnibus immobilibus pro certo pretio imponi, quod res ipsas sequitur in quemcumque possessorem transierint, ut in simili onus tributi rem tributariam quocumque gerit sequitur *leg.* 2. *Cod. de alluvion. l.* 2. & *final. C. sine censu, vel religu.* & tamen non sequitur rem tanquam hypothecatam, sed tanquam jus quoddam super prædio constitutum, atque onus ipsi impositum, vendi autem posse, seu donari jus istud reale

census

census super re mea, sicuti quandam aliam servitutem, non puto quisquam diffitebitur, quamvis *Moder. Parisien. generaliter, & pro regula constituant.* quod quoties aliquod onus apponitur super certa re, aut paciscitur quis de precipiendo aliquo jure, * seu annua præstatione super ea, eo ipso censeatur pro illa præstatione hypothecata per *text. leg. codicillis, §. instituto,* ibi, *nec super eas fœnerari, ff. de leg. 2.* & ibi *Bart. Bald. Paul. & alij,* * *post Specul. de emphyt. numer. 96. & 98. Bart.* & ibi *Lancelo. Deci. in l. fundus quæ ff. de annu. lega.* plene tradunt *Faber. §. item serviana col. penul. & final. inst. de act.* * *Neguz. de pig. 2. part. 4. membr. numer. 164. vers. vigesimus tertius casus* maxime quando talis annua præstatio designato certo fundo esset solvenda in perpetuum, & *Rebuf. ad l. Galliæ 2. tomo artic. 1. glosa. 14. numer. 38. aff ict. decis. 162. num. 6. Alcia. l. plebs, §. pignus, ff. de verbo. signifi. Alexand. cons. 156. num. 3. libr. 6.* & ibi *idem Moder. Parisi. Gigas de pensionibus quæst. 51. numer. 17.* id enim generaliter non puto verum *& contradicit differetiæ communi inter constitutionem præstationis annuæ per dictionem de, & ex, vel super, *de qua infra numer. 17. vers. alij igitur,* & videtur manifeste confundi per *text. in l. final. §. final. ff. de cõtr. empt.* ubi secundum fere omnes facta est promissio præstationis annuæ à *Lutio Titio* de fundo suo, & tamen non inducitur obligatio realis nec hypotheca, & consequenter falli mihi plerique videntur, qui in constitutione, seu venditione census pignorationem quandam seu hypothecam rei super qua constituitur inesse autumant, * ut *Avenda. responso. 24. numer. 13.* quæ tamen leges aliarum hypothecarum omnino non sequatur, sed plus aliquid habet quibus accedit *Alcia.* 14 *cons. 3.* cum verius videatur nullam hic inesse rei ipsius pignotationem, sed jus quoddam reale super re ipsa venditum, aut constitutum, nec enim id agitur, ut pro securitate census promissi res sit hypothecata, sed ut census, & onus illud reale sit ipsi rei impositum tanquam servitus quædam * & quemadmodum in oneribus realibus, quæ sequuntur usumfructuarium *l. hactenus, ff. usufr. & in tributarijs fundis, ut in leg. 2. Cod. de alluvionibus, & l. 2. & final. Cod. sine censu, vel reliq. l. Imperatores ff publi. leg. inter debitores. ff. pactis cum multis alijs, ut per Tiraq. 1. retra. glo. 1. nu. 7. & §. 32. glo. una ex n. 79.*

Illud quoque ex prædictis constabit aliud esse annuum censum super meis omnibus rebus constituere, seu vendere, aliud super re certa, & reliqua omnia bona pro eodem censu hypothecare, licet interpretes præcitati vulgo doceant utroque casu hypothecam, licet irregularem subesse.

Sed, & illud sequitur ex prædictis, tertium possessorem prædij super quo census est constitutus, debere directo conveniri ad ejus solutionem, * juxta prædicta jura, & l. *cum possessor, §. final. ff. censibus l. apud Iulianum, §. hæres de leg.* 1. generale est enim in oneribus realibus, ut qui reperitur in possessione conveniatur pro illo onere, seu tributo, quia prædia sunt, quæ debent seu tenentur ut dicit *text. in alleg. l. Imperatores,* ibi, *ipsa prædia non personas,* quæ verba ultra *Alb.* ibi novissime explicat *Ægid. de collect. pag. 8. numer. 42.* nec est ibi speciale in tributo fisci, ut quilibet possessor, qui in re reperitur possit conveniri quemadmodum voluit *l. final. §. final. ff. de contra. empt. Ancha. cons. 386. numer. 5. Ripa l. 1. §. si hæres numer. 5. ff. ad Treb.* nam idem est in quovis onere reali quod sequitur rem, sed specialitas stat in eo quod fiscus jure ipso habet tacitam hypothecam *l. 1. C. in quib. ca. pig. ta. contr. l. 1. Cod. si propter publi.* pensi unde merito lex in ijs jus reale induxit non quod sit hypotheca, ut volebat *Paul. in d. l. Imperatores column. 1.* & eum secutus *Afflictis decis. 95. numer. 3.* à quibus in hoc dissentio si enim hypotheca esset, conveniendus esset primo debitor principalis quod tamen admittit *text. in d. l. Imperatores.* Proinde in nostra materia census impositi teneo possessorem directo conveniri posse non præmissa excussione venditoris, seu constituto

tutoris census, quod non ita fieret, si fundus duntaxat esset hypothecatus: requiritur enim tunc prævia excussio debitoris, juxta *Auth. hoc si debitor, Codic. de pig.* Proinde non est cur in hoc jus singulare inducamus in hypotheca annui redditus, * id est in hypoth. communi fundo ex quo promissio facta est de solvendis certis annuis redditibus quasi ea sit fortior alijs, & irregularis utpote non requirens excussionem principalis, ut opinantur *Guido Papæ quæst.* 42. & 576. *Chas. san. de Burgun. Rubr.* 11. §. 6. *in princ. numer.* 2. & *in vers. adverte num.* 16. & *rursus Rubr.* 5. §. 2. *n.* 33. & *eos sequutus D. Covar. dict. cap.* 7. *numer.* 6. * *Alcia. responso*, 3. *Aymon. cons.* 217. *n.* 6. nam si intelligimus onus esse reale excusamus prædictas singularitates. Cui colequens est, ut ille tertius fundi possessor non solum teneatur censum solvere, sed, & novum titulum recognitionis domino census facere, * ex *Salyc. l. final. Codic. sine censu colu.* 1. *vers. item nota.* Consequens est etiam, ut emptor census non possit agere ad solutionem adversus venditorem, qui rem censualem non possidet, (quicquid scripserit *D. Covar. dict. numer.* 6. nisi in casum evictionis, * vel in subsidium *auth. sed, & periculum, C. sine censu vel reliq. Paul. in dict. l. Imperatores, post princ.* Consequitur item possessorem prædij teneri pro præterito censu, ut *dict. l. Imperatores* sicut in pensione Ecclesiastica ex *Gig. quæst.* 43. & *in decimis Capit. decis.* 20. *numer.* 23. *post Abb. cap. pastoralis numer.* 5. *de decimis* ¶ Illud insuper ex prædictis palam est, cõstituto censu seu anno redditu super pluribus rebus puta super duobus, aut tribus prædijs, quæ ad tertios singulares possessores deveniant, inspectis juris regulis, cujuslibet eorum possessorem teneri pro rata cujuslibet prædij cum (ut diximus) jus istud sit reale cuilibet prædio impositum, & ipsum sequatur quam opinionem (licet non hac ratione satis expressa) probarunt *Guido Papæ quæst.* 432. *Chass. ad consue. Burgund. Rubr.* 5. §. 2. *num.* 35. *Rupellanus in libr.* 1. *institu. forensi cap.* 10. & *D. Covar. ubi super numer.* 8. *per text. in cap. constitutus de relig. domib.* citando ad hoc quoque *Anchar. numer.* 15. *Abb. nu.* 8. *ibid.* & ita verum est. Sed quia in contractibus mentem quoque contrahentium, ante omnia inspicimus, *l. final. C. quæ res pig. obli. post. Andr. Tiraq. l. si unquam, verbo, liberis numer.* 47. *Codic. de revoc. don.* & in hac materia constitutionis reddituum ea omnium contrahentium mens esse videtur cum plura prædia censui submittunt, ut melius prospiciatur emptori: quod non contingeret, si à pluribus teneretur pro rata exigere, quia sæpe, & solutio, & exactio partium non minima incommoda habet, ut *in l.* 3. *ff. fami. hercis.* interpretatum est, & ita quandoque judicatum ut cujusque prædij possessor singularis insolidum pro censu possit conveniri, & hanc opinionem attenta mente contrahentium magis probo, non argumento plurium rerum hypothecatarum, quarum quælibet insolidum ad integram debiti solutionem tenetur *l. moschis* (*ubi glos. Bart. & receptior sententia, licet multis reniten tibus*) *ff. de jure fisci,* * *Neguz. de pign. fol.* 168. *numer.* 48. quia ut jam diximus constitutio census realis non inducit hypothecam, nec leges hypothecarum sequitur. * Ex prædictis etiam consequitur, quod si prædium oneri census subjectum in plures transeat quilibet pro solido censu conveniri potest, quia cum totus fundus, & quælibet ipsius pars sit subjectus oneri censuali quod in plurium possessionẽ, & manus venerit non debet cedere in ejus præjudicium cui census solvendus est arg. *l. si consensit,* §. *ultimo, ff. quib. mod. pig. vel hipo. fol. & in l. is, qui fundum* 31. *ff. de usufru. leg.* & in onere reali optimus *text. in l. cum possessor in prin. ff. de censibus accedit regula text. in* l. 2. *C. si unus ex pluribus, &c.*

Alia insuper est in hac materia dubitatio, an peremptis bonis, super quibus fuit annuus census constitutus, perempta sit quoque obligatio illius annui census solvendi, & perempram esse magis placet, quia jus reale cum re ipsa finiri oportet, nam, & jus atque obligatio personalis

sonalis respectu certæ rei tollitur peremptа re, *l. 1. in fin. Cod. de jur. emphyt. leg. Titiæ textores, §. final. ff. de legat. 1. l. in nave Sauphei, ff. loca. late Anto. Gomez. de contract. cap. 15. numer. 22.* & id quoque insinuant eædem Extravagantes, quarum supra mentionem fecimus, Prima in versi. *Sed ad hoc*, Posterioti in versi. *Sed ijdem ementes*, ubi peremptam esse obligationem reddēdi sortem datam pro annuo redditu, re perempta statuunt, utpote casum maioris dubij, quia contractus habebat tractum successivum, & pecunia, utpote genus, non erat perempta, quod enim non teneretur ad annuam solutionem, re perempta, id absquedubio erat, quemadmodum voluit insignis *Navar. in cap. 1. 14. quæst. 3. numer. 79. & iterum numer. 86. licet D. Covar. dict. cap. 7. numer. 5. versi. primum etenim* contrariam opinionem probarit, & hactenus de constitutione census, ad reliqua in materia legito scribentes in locis superius citatis.

17 Sed ante quam hinc discedam memorare libuit decisionem *text.* celebris, qui ad suprascripta, non parum conducit *in leg. final. §. final. ff. de contra. empt.* ubi promisit *Lutius Titius* de fundo suo centum millia modiorum frumenti annua prædijs *Cai Sei*, & postea fundum illum vendidit, quo jure quaque conditione ejus erat, & nihilominus respondit Scævola emptorem non teneri *Caio Seio* ad illam frumenti annuam præstationem, cum tamen videretur secundum ea, quæ suprascripsimus ex illa promissione, *centum millia de fundo meo*, constitutus annuus census realis, qui fundum sequi deberet in quemcumque possessorem transiret, argument. *l. hactenus, ff. de usufruct.* & quia verba illa, *quo jure quaque conditione*, videntur alias de nihilo servire, contra vulg. dictum *Bald. in Rubr. Codic. de contraben. empt. quæst. 9.* Cui difficultati occurrit *Accur.* cum quo ibi transit *Bart.* inquiens ibi Scævolam obligationem tantum personalem in emptorem negasse de qua solum quærebatur, ut patet ex illis verbis, *rejpondi emptorem*, non vero hypothecatiā obligationem fundi, quem intellectum sequuntur alibi *Moderni Parisien.* quia debent (inquiunt) responsa jure consultorum ad punctum interrogationis restringi, nec ultra extendi *leg. fulcinius, §. Celsus autem ff. ex quib. caus. in poss. ea*, proinde an ibi sit fundus hypothecatus, non fuisse adhuc decisum. Sed certe hæc interpretatio est contra mentem illius *text.* ut ibid. scribit. *Salyc.* & parum erat respondere, quod singularis successor fundi non tenebatur, si fundus ipse hypothecaria nexus erat. Præterea falsum est omnino dicere quod ibi J. C. non decidit, an fundus ex illo pacto esset hypothecatus, quia imo hoc aperte respondit, quatenus negat obligationem illam in emptorem transire: nam si fundus esset obligatus, utique realis obligatio sequeretur singularem successorem, *l. si convenerit, §. si fundus, ff. de pig. act. l. debitorem, Codic. de pign.* ut ibi acute advertit *Fulgos. in litera corruptus.* ¶ Dicunt alijs fuisse *in d. §. final.* promissionem tantum de constituendo illos redditus, & ideo fundum non affeciisse ex *Bart. Bald. Imol. in leg. codicillis, §. instituto. ff. de leg. 2. Salyc.* per illum *text. in leg. 2. Codic. quæ in fraudem cred. Fab. in leg. si quis argumentum col. 2. versi. quid si quis vendat redditum super tali fundo, Codic. de dat. secus* si esset præsens assignatio, & constitutio redditus per illa verba, *super fundo*, quia tunc esset realis obligatio, & sequeretur fundum, secundum nuper citatos, ut multis hinc inde citatis tradit latissimo sermone de re ista agens *Boer. in decis. 66. in cap. breviter numer. 3. & 4.* sed quod ipso scribi non congruit literæ illius, §. ¶ Sunt igitur alij, qui distingunt, an præstatio super certa re, sit in perpetuum, & inducatur hypotheca, an sit temporalis, & non inducatur, ut *Hostien. de locato. §. ita quæ actio ad fin. Specul. §. nunc aliqua versi. 86. Faber. §. item serviana col. fin. inst. de act.* * *ubi numer. 4.* vult quod in subsidium detur ibi realis *Guid. quæst. 432.* retulit *Jason. l. 2. num. 45. Cod. isto tit. Alex. cons. 10. libr. 1.* Iuxta quā distinctionē debebat intelligi *tex. in dict. §. fi.* ut

loquatur

quatur in præstatione temporali, & ideo non sit ibi inducta hypotheca. Sed certe hoc confunditur per illum *text.* qui non distinguit inter temporalem, & perpetuam, imo magis innuit esse perpetuam, quia pro prædijs alienis, quæ perpetuo manet, promittebatur, juxta *nota. per glos. Bart. Lancel. in l. Gaius, de annu. legat.* & ideo bene carpitur hæc traditio à *Moder. & Boeri. ubi supra.* ¶ Alij igitur non pauca dicunt, ideo non esse inductam realem hypothecam in ea specie, quia ibi promissio fuit concepta per illa verba, *de fundo nec*, vel *ex fundo meo* quasi hujusmodi verba hoc non præseferant, sed designationem quandam, ac demonstrationem solutionis, * ex *glos. & Bart. in l. Gaius, ff. annu. leg. per illum text. Bart. in l. Lucius, & illo tit.* per locum ab speciali in alimentis *Covar. cap. Rayn.* §. 10. *numer.* 8. *in vers. secus tamen de testa.* quod ipsum tenuit *Roma. ita intelligendo dict.* §. *final. & cons.* 388. *num.* 30. *versic. licet secus foret Joann. Fabe. in dict.* §. *item serviana numer.* 40. *Paul. cōs.* 333. *col.* 1. *libr. ibi* posito quod de redditibus ejus, &c. & simpliciter *Antonius Gomez. in* 1. *illatione de contract. cap.* 15. *nu.* 21. quidquid contrarium scripserint *Lucas l. sciant colu.* 2. *ad fin. Cod. de ijs qui ex publi. ratio. libr.* 10. *& Boer. dict. decis.* 66. *nu.* 3. secus si pactum esset conceptum per illa verba, *super fundo meo*, tunc enim induceretur hypotheca fundi ex sententia *Bart. in l. codicillis,* §. *instituto per text.* ibi verbo, *super eas fœnerari, in prin.* * ubi *Bart.* intelligit idem esse fœnerari super fundo, vel eum obligare pro fœnore, *ff. de lega.* 2. *sensit Faber. d.* §. *item serviana ad fin. ubi Jason. num.* 84. *idem Iason. l.* 2. *numer.* 45. *Cod. de jure emphyt.* * *Paul. cons.* 333. *lib.* 1. *Crimen. sing.* 45. *Ripa. l. filius famil.* §. *divi. num.* 90. *ff. leg.* 1. sequuntur multi relati ab eodem *Iason. in Authe. sacramēta puberum colūn.* 7. *Cod. si adverf. vend. Feli. cap. cum aliquibus colūn.* 1. *de re jud. Roma. dict. cons.* 388. *in casu nu.* 2. *Alcia. in l. pignus,* §. *plebs, ff. de verbor. signifi. &* communiter cæteri DD. ut patet *ex Boerio ubi supra,* * & probat *Curti. Iunio.* in *dict. l. fin.* §. *final. ac demum D. Covar. in dict. numer.* 8. *in vers. est tamen dubium,* & fuit sententia *Bart. in l. fundus quem, ff. de annuis lega.* cui sententiæ accedit, quod scribit *Bart.* idem *l. sciendum numer.* 10. *ff. qui satis cogan. Paul. l.* 1. *in fin. ff. de pign. actio.* suffragatur item communis usus loquendi, & quanvis displiceat hoc prædicto *Moder. Gall. & Curti. Iunio. in dict.* §. *final.* ad finem ubi quoque *Fulgos.* & novissimè *P. Costalio.* qui hanc verborum differentiam, an dicatur de illo feudo, vel super illo fundo non sequuntur, * nec *Aymon cons.* 217. *numer.* 4. qui expressam hypothecam requirit ut, & *Iason. in l. sciendum num.* 23. *ff. qui sat. cog. nec Ripa in exemplo quod ponit de pensione annua constituta super fundo in l.* 1. §. *si hæres numer.* 5. *ff. ad Treb.* nec etiam *Guido in eodem exemplo decis.* 576. in princi. nec videtur sequenda, eo maxime quia verbum, *de*, aliquando ponitur pro, *super, ut in l.* 3. *Cod. si a non comp. jud.* tradit *Alberi. in diction. super verbo de,* & alibi in casu singulari consuluit *Bald. consi.* 92. *libr.* 4. quod verbum, *de*, dissignat causam materialem, * ut multis confirmat *Decius Rubr. lect.* 2. *numer.* 1. *ff. si. cert. pet.* cui tamen adversatur idem *Deci. cons.* 155. *numer.* 4. *libr.* 1. & in nudis verbis differentia non est constituenda, attamen ab eo, quod frequentius receptū est recedere non oportet. Dicebam ego olim in hac materia distinguendum, an fundus fuerit expressus causa designandæ ac demonstrandæ solutionis duntaxat, quod apparebit si post promissionem certi reddituus in genere, adjiciatur quod solvantur, aut capiantur de fructibus talis fundi, & tunc non inducatur hypotheca, & ita procedat *text. d.* §. *final.* quia certe aliter non videtur commode posse defendi argumento *text.* & quod ibi tradit communis schola in *l. quidam testamento, ff. de lega.* 1. *& in* l. *Paul. Cælimacho.* §. *fin. ff. de legat.* 3. si vero fundus sit expressus per modum taxationis, & specialis limitationis, ut quia dictum sit promitto decem corbes frumenti annuos super illo fundo, vel de illo, aut ex illo,

tunc

tunc inducatur hypotheca, non distingnendo, an ex fundo, vel de fundo, aut super fundo, dicatur, quam sententiam probarunt quoque *Modern. Parisien*, & ad aliud nemine relato *D. Anton. Menez. in l. in provinciali, numer. 26. Cod. de servit.* * qui etiam latè disputat quare in illo *text.* secundum verba ipsius non sit constituta servitus realis, quæ est alia diversa difficultas, & quanvis aliqui domini dixerint prædictum intellectum fuisse *Accursij. in l. hactenus verbo ex eo in fin. ff. de usufruct. & Albe. in leg. nihil proponi in princ. ff. de leg.* 1. non me pœnitet quod tantorum patrum authoritate roboretur, & quod nostrum ingenium cum illis quos pro tempore non videram concurrat. Nec obstiterit quod *in d. §. fin.* videatur fundus adjectus in eadem oratione, ut ibi *Lucius Titius* promisit de fundo suo quo casu non demonstrandi, sed limitandi causa censetur positus *l. si servus. §. qui quinque, ff. leg.* 1. *l. siquis servum. §. siquis ita, ff. de leg.* 2. *Bart. in dict. l. quidam testamento. Paul. consi.* 338. *numer.* 3. *libr.* 1. *Deci. consil.* 325. *numer.* 1. & est communis opinio secundum *Gozadi. consi.* 83. *numer.* 7. *Gig. de pensio. q.* 82. *ex numer.* 3. nam si advertis *text.* ille non ponit formam individuam verborum promissionis, sed narratur casus promissionis quem debemus intelligere secundum alia jura ut sic post promissionem annuæ præstationis adjectus fuerit fundus causa demonstrandæ non vero taxandæ solutionis, ut jam diximus, & visum est *Accursio, & Alberico* jam præcitatis, nec parùm refert ad illum *tex.* & consimiles species, an fundus seu locus. desig.

18 Quocunque tamen præmissio intellectu, colliges ex illo *text.* vulgarem conclusionem, ad quam quotidie citatur, quod obligatio personalis non sequitur fundi singularem successorem, etiam pas. sive, notant *Bart. Fulgos. Salyc. Curti. Iun. & omnes ibi Lancel. Decius. in l. liberto in princ. ff. de annuis lega. Angel. non solum §. morte. ff. de nov. ope.* dicit ad hoc *solemnem Jason. l. final. num.* 22. *Cod. de sacros. Eccles. & valde notab. idem Jason. in rub. ff. si cert. pet. numer.* 3. idem *Jason. in l.* 1. *§. final. ff. de nov. oper. & in l. final. ubi notabiliter ampliat. num.* 5. *eod. tit. Aretl.* 1. *fin. ff. de acq. hær.* & xij. illationes ex eo *text.* & conclusione deducit *Anton. Roneſi. de contractibus cap.* 15. *num.* 21. ubi te remitto, ante eum vero pluribus eam conclusionem exornatat *Pipa. in l.* 1. *§. si hæres percepto fundo ex numer.* 2. *ff. ad Trebel.* ubi octo modis limitat.

Sed aliquæ non sunt propriæ limitationes, illa etenim quod actio ad recognitionem emphyteusis, vel ad pensionem emphyteuticam transeat contra singularem successorem, non est proprie limitatio, si (ut ipse ait) est in rem scripta, vel si res ipsa emphyteutica est hypothecata pro pensione, ut plerique volunt quos memoravimus; *supra q.* 4. *numer.* 6. & ultra eos *Alexand. consi.* 70. *numer.* 9. *libr.* 1. *Afflict. decis.* 95. & receptius esse testatur novissimus *Grabiel. Mudæus. in l. in venditione in final. de action. empti.* & probarunt *Moder Paris.* asserentes idem esse in omni re, quæ conceditur ad onus certæ annuæ pensionis, sive perpetuæ sint ad tempus, quæ conclusio, est valde notanda, si generaliter vera esset. Ex quo palam fit non tam esse ex consuetudine Parlamenti Delphynalis, quam de jure ipso, id quod scribit *Guydo decis.* 42. & sequitur *Ripa ubi supra numer.* 12. obligationem recognoscendi, & solvendi, transire contra tertium possessorem rei, super qua pensio annua est situata, & imposita, in quo videtur etiam decipi *Roma. consi.* 311. *in casu proposito consultationis, numer.* 1. & 2. putans eo casu non esse consultum adversum tertium possessorem ad pensionem seu annuum censum, nisi per viam exceptionis * quod si sequamur illorum opinionem, qui tenent rem emphyteuticam non esse hypothecatam pro pensione ut tennimus *quæst.* 4. *numer.* 6. & quod actio personalis, quæ datur contra emphyteutam ad petendam pensionem non transit, nec potest intentari contra secundum emphyteutam, seu tertium emptorem nisi fuerit investitus de consensu domini, & ipsi fuerit facta promissio solvendi ut sen-

19

tit

tit *glos. ordinaria* l. *fin. Codic. jure emph.* quam ita declarat, & aprobat *Spec. de emphy. in versic.* 127. *Bald. l. 2. lect. 2. num.* 22. *Codic. isto tit. Iacob. auth. qui rem. Cod. sacros. Aretin. l. fin. numer.* 3. ubi comprobat. *ff. acq. hæred.* de quo ultimo nemo dubitat: tunc ratio habenda erit consuetudinis de qua *Guido d. decis.* 42. quæ optima est consuetudo, & dominus directis proficua valde. ¶ Item non bene adaptatur alia limitatio ejusdem *Ripæ. numer.* 14. de pensione constituta, vel relicta super certo fundo pro alimentis, vel pro certis sacrificijs missarum omni anno celebrandis, nam cum ipse fateatur favore religionis, aut alimentorum, censeri tunc inductam hypothecam, ut fatentur etiam *glos. & omnes in sæpius allegato. §. fin. per l. 2. ubi glos. ff. de aliment. lega. hactenus, ff. de usu. Specul. de locato. §. nunc aliqua vers. 6. numer.* 109. *Guido*, qui loquitur etiam in relicto pro anniversarij *decis.* 576. *incip. actio personalis.* * tenet *Paul. consil.* 338. *numer.* 4. *libr.* 1. *coge in l. §. fin. numer.* 5. *ff. de dona. Covar. c. Raynutius. §. x. num.* 8. *ad fin. de testa. & sponsa.* 2. *part. cap.* 8. §. 6. *numer.* 14. quanvis nihil esse speciale in alimentis contendat *Negus. de pigno.* 2. *part.* 4. *mem. nu.* 164. *ver. vigessimus tertius casus, & Gigas. de pensio. quæst.* 51. *ex num.* 17. *Rebuf. in ll. Galia* 2. *tomo art.* 1. *glos.* 14. *numer.* 38. certe mirum non est quod transeat onus illud in singularem successorem, quippe illud in jure perpetuum est, ut res abligata seu hypotheca transeat cum sua causa, *l. debitorem. Codic. de pignor. cum similib.* Illud præterea addo quod si pensio super tertio fundo alicui in ultima voluntate sit relicta, absque dubio, & non adhibita distinctione, an pro alimentis, vel alias relinquatur, erit ille fundus hypothecatus, & transibit cum illo onere in tertium possessorem cum generale sit jure novissimo, ut omnia bona sint pro legato hypothecata. *l.* 1. *Cod. cõmu. de legat. §.* 1. *instit. de legat.* tradit expresse *P. Costali. in d. l. final. §. final.* citando *Bart. in l. Lucius. ff. de alimen. legat. text. d. l. hactenus Bart. Paul. & Jas. l. cum is §. si uni ff. de transact.* tradunt etiam *Moder. Paris.* qui bene declarant.

Hoc etiam non præteribo in proposito d. §. *final.* quod si in pacto de quo ibi adjiceretur facultas stipulatori capiendi fructus, seu modios illos propria authoritate, induceretur quidem hypoteca ipsius rei, quæ contra emptorem transiret, ex celebri sententia *Bald. l. creditores. ad fin. Cod. de pignoribus*, ubi scripsit ex pacto, quod si non solveris liceat mihi ingredi bona tua propria authoritate, hypothecam induci, per *text. in leg. creditor. §. post divisionem, ff. qui pot. in pign. hab.* ubi etiam *Bart.* magni facit hoc *Corset. in sing.* 2. & ibi quoque nova additio. ¶ Necnon, & illud est memorabile *a Dd. §. final.* quod respondit *Ludovic. Roman. d. consil.* 311. quod licet jus agendi non trãseat contra singularem emptorem illius fundi. *per d. §. final. cum simil.* bene tamen transibit jus excipiendi seu replicandi per l. *in venditione, ff. de act. emphy.* secundum intellectum *glos. ibi, & l. idemque, ff. pro socio* leg. *in hoc judicium §. si inter ff. commun. divid.* declarat *Bart. l. si tertius, §. siquis prius quam, ff. de aq. plu. arc. Anton. cap. quia. V. de judic.* unde infert ad rem locatam, vel emphyteuticam in tertium translatam, ut si ille tertius tanquam singularis successor nolit pensionem solvere, caute dominus agat reivendicatione, & illo tertio opponente, quod actio personalis, quæ datur ex emphyteutico contractu ad pensionem solvendam, non transit contra ipsum: * ut resolvit *Areti. in l. final. num.* 3. *ff. de acq. hære.* replicet dominus, quod aut canonem solvat, aut rem dimittat: quia non tenetur ipse ratum habere contractum, ex quo sibi canon non solvitur, & hæc practica deducitur ex *text.* eleganti. *in l. si ususfructus nomine, & glos. ibi verbo, condici poterit, ff. usufruct. quemad. cau. glos. etiam in leg.* 2. *Cod. de jure emphyteut.* verbo *repellere*, ibi *Joannes dicit.* cum quo *Odofre. Alberi. Bart. Angel. ibid. Azo. in summa ejusdem titul.* & novissime *Jason.* qui hanc cautelam intelligit procedere, quando primus emphyteuta investivit secundum sine licentia domini, tunc enim

enim ad effectum consequendæ pensionis, erit illa cautela excipiendi proficua, quia deficit jus agendi personali actione contra tertium possessorem, cum quo nullius contractus celebratus est, secus vero, si primus emphyteuta investiret secundum præmissa licentia domini, qui eum misit in possessionem juxta formam *leg. fin. versi. necessitatem, Cod. isto tit.* nunc enim supervacua est illa cautela, cum directo possit dominus agere adversus illum secundum, conditione ex lege ad pensionem, quasi cum eo contraxerit, & procederet alia opinio *glos. dict. leg.* 2. verbo, *repellere*, utroque tamen casu expellere sine dubio poterit non solventem, ut inquit idem *Jason. post Bald. ibi numer.* 18. *in fin. Salicet. numer.* 22. quia canonis solutio correspondet juri reali, & sequitur quemcunque singularem successorem. Veruntamen in prædictis videntur mihi interpretes non satis se declarasse, quia si solutio canonis correspondet juri reali, profecto cautelæ Glossarum, Romani, & aliorum ad exigendam pensionem à tertio, videntur parum necessariæ, nec opus videtur distinguere, an tertius habeat rem de consensu domini, vel non habeat? Quod etenim ipsi laboriose comminiscuntur, quodammodo tacite præsupponit rem ipsam emphyteuticam, non esse pro solutione canonis hypothecatam, & nexam, cujus contrarium frequentius omnes dicunt, ideo eorum distinctiones, & cautelæ Glossarum
24 non sunt multum laudandæ. ¶ Sed & illud mihi suspectum videtur, quod *Romanus consuluit dict. consi.* 311. *numer.* 6. dominum directum posse quasi spoliarum, agere interdicto possessorio, adversus tertium possessorem denegantem solvere pensionem; nam si adversus illum nullam possessionem unquam habuit, quomodo potest ab illo se spoliatum dicere? Contra *cap. olim de rest. spol.* nisi in casu celebris *decis. Delphynalis* 629. *cum alijs per Tiraq. in præfatione tracta. lemor. declarat.* 5. *que addes Porid. de feud. fol.* 124. *num.* 19.

25 Porrò, & illud notandum est circa materiam *dict.* §. *final.* quod si testator relinquat *Titio* modium frumenti annuatim solvendum super tali fundo, licet eo casu fundus sit hypothecatus secundum communem: hæredes tamen poterunt eundem fundum alienare sine consensu ejus cui relictus est modius absque metu commissi, * quod satis aperte indicat *text. in dict.* §. *final.* & bene probat *text. in leg. mihi proponitur in princ.* ibi *salva causa legat. ff. de leg.* 1. supposito quod ibi ratione sportularum, quæ secundum morem Romanorum clientibus dabantur in alimenta ut per *Bude. in leg. si mulier, ff. de dona. inter vir. & uxo. & Alcia. libr.* 3. *disputt. cap.* 57. censetur inducta tacita hypotheca, ut pro legato alimentorum, *leg.* 2. *ff. de alim. & cib. leg.* licet *glosa. Cuman. & Imol.* non ita bene explicent in *dict. l. nihil. ubi tamen id quod diximus* tenent *glos. Bald. Imol. & Paul. & Specul. de emphyt. numer.* 144. *Jason. l.* 2. *num.* 45. *Cod. isto tit. de jur. emphyt.* quanvis *Specul. dict.* §. *nunc aliqua vers.* 68. ad quem se remittit *Alberi. in leg.* 2. *colu.* 10. *Cod. de jure emphyt.* distinguat, an in perpetuum vel ad tempus sit talis modius annuus relictus: imo nec si prædicti hæredes cessent triennio solvere illum modium, incurrent caducitatem secundum *Jason.* qui utramque quæstionem ita diffinit *in dict. l.* 2. *numer.* 45. nec id mirum, nam si talis obligatio censualis est, super eo fundo, non potest ullo casu commissio esse locus, ut paulo inferius dicam, * & jam hodie idipsum statutum est, ne commissum incurratur neque intelligatur prohibita alienatio in rebus censui subjectis per Extravag. *Pij* 5. *fol.* 140. *col.* 2. *in cathalogo suarum bullarum.*

Aliam difficultatem circa *dict. l. fin.* 26
§. *final. ff. de contr. empt.* (quam hic uti celebrem, & huic quæstioni convenientem commentamur] excitarunt interpretes, quare videlicet, ibidem not. fuerit inducta servitus, quæ in quemcunque fundi emptorem transeat, juxta, *leg. via constitui*, §. *si fundus, leg. cum fundo, ff. de servit. rust. præ.* cum ibidem fuerint illa centum millia modiorum promissa, pro prædijs

Cai Sei & sic videbatur servitus prædialis, quia non dixit, *Cuio Seio sed pro prædijs Cai Sei, lege qui aliena*, §. *final.* ibi, *sententia prædio datur, ff. de nego. gest.* quod voluit *Chassan. consi.* 18. *numer.* 12. Sed huic difficultati multipliciter occurritur, ut plene, & eleganter per *D. Anton. Menez. in leg. & in provinciali, Codic. de servit. & aqua ex numer.* 23. tu illum lẽtius legito, interim dicas, ideo ibi non fuisse inductam servitutem, quia promissio illa non respiciebat utilitatem prædij dominantis, quo casu non potest induci servitus realis, licet concurrat utilitas personæ cui promittitur, ut in specie bene declarat *Jason. in* §. *æque si agat, num.* 18. *in fin. inst. de act.* sentiunt interpretes, *lege ut ponum ff. de servit.* sed adhuc potest considerari, quod licet illa promissio induceret ũtilitatem prædij dominantis non propterea ibi inducetretur servitus, ut pulchre explicat *Bart. leg. Caius, ff. de annu. lega.* * aliter autem respondet *Salyc. in dict.* §. *final.* & aliter potest satisfieri ex scriptis *supra numer.* 17. sed quia hæc disputatio circa illum *text.* non attinet ad nostram materiam, ideo non immoror.

Et jam ad contractum census regrediar, juxta illam acceptionem, cujus mentionem feci *numer.* 7. quando videlicet, res conceditur pleno jure, reservata duntaxat quadam minima pensione in memoriam pristini dominij, ut autem commodius explicetur, differentias aliquot inter hunc contractum censuarium, & emphyteuticum seriatim constituam.

Prima differentia est, quod in emphy-
7 teutico contractu transfertur, duntaxat utile dominium: ut diximus late *quæst.* 13. item transfertur naturalis possessio manente civili apud dominum, ut plene diximus *quæst.* 18. at per contractum censuarium transfertur omne dominium, tam utile quam directum, & etiam omnis possessio, tam civilis quam naturalis, ita sane quod nihil jus in ea remanet apud concedentem, sed duntaxat pensio quædam, seu census, (non in signum recognitionis dominij, ut est in emphyteuta) sed in memoriam pristini dominij, quod videlicet illa res aliquando fuit in pleno dominio concedentis, ut colligitur ex *glosa.* & ibi *Panor. num.* 20. *in cap. constitutus de religio. domi. Bart. leg.* 1. § 1. *ff. de publica. Imol. cap. ad audientiam numer.* 4. *de reb. Eccl. Paris de feud. fol.* 124. *numer.* 9. *& sequen. & fol.* 179. *Soci. cons.* 208. *colu. penul. num.* 5. *libr.* 2. *& cons.* 167. *num.* 6. *colu.* 2. *eod. lib. Dec. cons.* 164. *colu.* 3. *post Alexand. cons.* 14. *numer.* 8. *libr.* 2. & alijs paulo inferius citandis, tradit *Jason.* testatus cõmunem esse doctrinam *l.* 1. *ex numer.* 38. *C. ista tit.* & in *prælud. feud. numer.* 11. & *in cons.* 63. *col.* 1. & 2. *libr.* 1. & inde vulgo dicitur, quod censum solvimus de re nostra, pensionẽ vero de aliena, ut scribit *Everar. in loca. lega.* 31. *pag.* 208. *Iuli. Clar.* verbo, *emphyteusis quæst.* 1. ubi ait quod canon qui solvitur ab emphyteuta, dicitur pẽsio, qui vero solvitur à censuario, dicitur census, licet hodie promiscue utamur his nominibus, secundum *Abb. dict. cap.* 28
constitutus. ¶ Unde ex prædictis fit palam, quod licet in investitura dicatur quod conceditur res in perpetuam emphyteusim, cum translatione omnis juris, quod habet concedens, & nominetur talis contractus à partibus emphyteuticis in tota serie instrumenti, nihilominus erit contractus censuarius, cum omne jus reperiatur translatum, ut elegantissime scripsit *Imol. in dict. cap. ad audientiam numer.* 4. & ibi *Barb. not.* 3. *Jason. l.* 1. *numer.* 48. *& in prælud. feudor. numer.* 11. *Alexand. & Dec. in consilijs paulo ante citatis Rebuf. in* 2. *tomo ad leg. Galli. in tract. de constit. reddit. artic.* 1. *glos.* 17. *nu.* 22. *Bellonius cons.* 21. *Parisi. cons.* 84. *numer.* 9. *lib.* 4. *Everar. ubi supra loco* 31. *versi. secundo volo te scire. Chassan. de Burg. fol.* 347. *colũn.* 3. *Iacobi. in Videntialibus Auth. qui rem numer.* 7. *Codic. de sacrosan. Eccle.* accedit quod scribit in proposito *Bellon. dict. cons.* 21. *numer.* 5. siquidem verba contrahentium debent impropriari, secundum contractus naturam, *leg. si insulam, ff. de præscri. verb. l. si*

uno

nio, ff. locati, plene Bald. in Rub. Cod. isto tit. unde per contrarium si dicatur in concessione, quod datur res ad censum cum reservatione directi dominij, non erit contractus censuarius, sed emphyteuticarius,
29 secundum Imol. & Jacob. ubi supra. ¶ Et ex suprascriptis etiam colligitur, si res ex causa permutationis concedatur reservata pensione annua adhuc appellari censum, cum de natura permutationis sit, ut omne dominium transferat leg. 1. ff. de rerum per. & ita respondit Deci. dict. consil. 164. column. 2.

30 Secunda differentia est, quod censuarius licet triennio, & multo pluribus annis cessset à canonis solutione non ideo cadit in commissum, ut per glos. reputatam singularem in dict. cap. constitutus verbo, juxta ratam, quam probat ibi, Abb. numer. 10. & in cap. fin. num. 10. de cau. posse. & in cap. 1. num. 7. & ibi latè Beroi. de in integr. restit. Bart. leg. 1. §. ff. de publica. Alvarot. cap. 1. §. sed nec est alia justior. in tit. quæ sunt pri. cau. benef. amit. Conan. libr. 7. jur. civi. cap. 12. num. 11. ad fin. Aber. leg. 2. col. 4. ubi Iason. latissime ex num. 41. & in leg. 1. nu. 48. Cod. isto tit. & in Auth. qui rem num. 10. & ibi Deci. numer. 7. Jacobi. in evidentialibus num. 7. dicit communiter approba. Cod. de sacrosan Eccles. Alexand. consi. 14. numer. 8. libr. 3. Soci. consi. 138. col. 1. & consi. 167. libr. 2. Firmi. de Gabe. col. 2. Carol. consi. 42. num. 7. libr. 1. Hyppol. sing. 95. Cassador. decis. 2. numer. 2. de jurejur. Silvanus consi. 42. numer. 2. Chassan. de Burg. dict. fol. 347. col. 3. Rebuf. ad leges Gall. ubi supr. pag. 420. n. 7. & est communis opinio, secundum Deci. cons. 138. column. 1. & consi. 164. 2. & 3. D. Covar. dict. cap. 7. column. 2. tradunt novissimè Juli. Clar. & Everard. in locis paulo ante citatis, contra Bald consi. 177. libr. 3. qui contrariam opinionem parum caute dixit communem contra Joan. Fabr. dict. §. adeo numer. 3. Boerium, §. 24. de consuet. feudor. qui dicunt attenta consuetudine censuarium etiam in cõmissum incidere, at in emphyteuta secus est, nam si fuerit Ecclesiæ, per biennium cessans jure suo cadit capit. potuit de loca. & dict. Auth. qui rem, si vero fuerit privati alicujus, triennio cessans committitur domino, ut in allegata leg. 2. quod si censuali contractui pactio adjiciatur, ut cessatione biennij, vel trien- 31
nij commisso locus sit, valebit absque dubio ea pactio & leg. 68. Tauri, approbata est: in praxi tamen intelligitur ea pactio in censu perpetuo non redimibili, & apposito ab eo, qui rem concessit non alias, ut eleganter scripsit Covar. ubi supr. col. 2. vers. c. praxis tamen citando Affli. dict. decis. 80. juxta, quæ defendi debet Paul. de Palatio ad summulam Cateta. qui simpliciter hujusmodi pactionem improbat in censu fol. 131. verso.

¶ Quod si censuarius juret solvere tali tempore, & non solvat tunc secundum communem privatur ipso censu, ut per Rolan. consi. 60. numer. 41. quod non sine dubio procedit.

Tertia differentia est, quod emphyteuta 32
non potest irrequisito domino alienare sine metu commissi, & laudemia debet, ut leg. final. Cod. isto tit. at vero censuarius bene potest, nec tenetur eum cui censu solvit requirere, secundum Deci. dict. cons. 164. numer. 13. alias 3. Areti. consi. 14. numer. 5. Capiti. eleganter decis. 196. Rebuf. ubi supr. numer. 16. Corol. Ruy. cõs. 42. colu. 3. numer. 8. libr. 1. Tessaurum ad consuet. Alverni. pag. 148. licet contrarium senserit Angel. dict. §. adeo, in fin. Jas. dict. leg. fin. numer. 131. quibus non assẽtior, nisi in locis ubi talis viguerit consuetudo, ex Fab. in dict. §. adeo, & Tessia. ubi supr. in fin. vel ubi fuerit talis censuarius in quem omne jus translatum non sit, qui proprius dicitur emphyteuta, ut advertit Capiti. ubi supr. in fin. & ante eum Affict. decis. 129. numer. 8. vel superficiarius, in quo debet intelligi Bart. in leg. 1. §. quod autem, ff. de superfici. secundum Rebuf. dict. numer. 16. ¶ Adeo autem ve- 33
ra est prior opinio, ut etiamsi censuarius alienet rem tanquam allodialem, & liberam, adhuc non incidat in commissum, ut signanter scribit Capiti. decis. 103. numer. 5. & est verbum nota dignum, tenebitur tamen ad id quod interfit emptoris, secundum Rebuf. ubi supr. numer 17.

Quæ omnia ex ea ratione procedunt, quod censuarius omne jus rei habet sine aliqua recognitione superioritatis, unde merito liberam dispositionem habet, absque metu commissi, reliquas differentias, quia non adeo insignes sunt petes *a Bessia-*
34 *no, & Rebuf. in locis jam citatis.* Ex quibus *& Claud. Cancriuncula in loco*, ab emphyteusi ad censum, intelliges quod non est juris argumentatio ab emphyteusi ad censum, nec e contra, quanvis eo argumento utatur summus *Pontifex in dict. cap. constitutus. Rom. sing.* 560.

Illa tamen non infrequens dubitatio est, si non apparet quis sit contractus: quia ex clausulis, & circunstantijs, in unam, & in alteram partem inclinat, quid judicandum
55 sit? Et dicas, pro qua parte fuerit fortior conjectura, ita judicandum contractum vel censualem, vel emphyteuticum, ut probatur *in dicto capite constitutus*, ubi interpretatur census propter illa verba, *quicquid habet Ecclesia*, quanvis diceretur quod jure emphyteutico res concedebatur, probatur etiam in *capite* 1. *de integr. rest.* ut notat *Beroi.* ibidem judicatur enim res secundum fortiorem conjecturam, quæ aliam minorem vincit *capit. tuam cum glos. de sponsalibus facit* leg. *quæritur, ff. de sta. hominum* & ita in terminis *Beroi. quæst.* 14. *numer.* 3. quod si æquales sint libræ, vel multo tempore uniformis pensio soluta sit singulis annis, nec appareat, an ex emphyteutica causa, vel ex colonia perpetua, an verò ratione census solutio facta sit, receptius est præsumendum esse potius contractum censuarium, * favore libertatis prædiorum, quam emphyteuticum: quia non constat istum esse emphyteutam vel colonum, ut censui *Alberi. column.* 5. *numer.* 13. *versic. quid de quæstione*, inquiens se in facto ita respondisse *dict. l.* 2. & ibi *Jason. numer.* 42. & idem *Jason. numer.* 10. & ibi *Deci. numer.* 7. *in allega. Auth. qui rem. Socin. dict. consil.* 17. *column.* 2. *libr.* 2. *Deci. consil.* 138. *column.* 2. *ad medi. & consil.* 196. *numer.* 1. *Hyppol. dict. sing.* 95. *ad finem Parisi. consil.* 64. *numer.* 12. *libr.* 4. *& consil. seq. numer.* 1. *& consil.* 23. *numer.* 9. *eodem libr. Carol. Rui. consil.* 42. *numer.* 7. *libr.* 1. *& cons.* 160. *numer.* 6. *lib.* 1. * *Hypp. sing.* 95. *Covar. dict. cap.* 7. *column.* 2. *Chassa. de Burg. Rubr. de censos, fol.* 347. *column.* 3. *numer.* 7. *Rebuf. in loco superius citato numer.* 22. quã opinionem absque dubio admitterem, * in casu de quo per *Afflict. decis.* 129. *numer.* 6. quando constiterit rem nunquam fuisse illius cui solvitur pensio, aut suorum successorum, sed per dominum rei fuisse onus pensionis eidem appositum voluntarie, *arg. leg. unum ex familia, §. si rem, in fin. ff. de lega.* 2. vel quando non constiterit, quod res fuerit aliquando ejus cui census penditur, *arg. §. commodum inst. de interd.* vel si in ea regione magis frequentantur census, quam emphyteuses, *leg. cum de lanionis, §. item catabos*, ibi *deinde in qua præsumptione sunt, in quaque regione moratur, ff. fun. instru. leg. semper in stipulationibus* ubi latè *Deci. ff. de regul. jur.* quod si constiterit rem habitam aliquando ab Ecclesia, vel ab alio cui pensio solvitur, & de titulo dubitetur, tunc contra communem existimarem judicandam esse emphyteusim, & non censum, quia in dubio non est præsumendum, quod quis à se omne jus, & dominum rei abdicavit, *arg. leg. cum de indebito, versi. qui enim, ff. de probat. leg. si cum aurum. ff. de soluti.* item quia facienda est interpretatio adversus eum, qui ex contractu vult se juvare, sive sit actor, sive reus, *leg. veteribus*, ubi *Paul. & noviores, repeten. ff. de pact. Imol. consil.* 21. in casu præmisso, & hanc opinionem tutatur *Jason. dict. leg.* 2. *numer.* 164. & satis concinit *Alexan. consil.* 14. *column.* 2. *libr.* 2. & lex *Regia lib.* 4. *tit.* 65. *in nov. tit.* 36. *in princ.* dum nulla facta mentione emphyteusis minatur commissum illi, qui rem sub annua pensione recepit, nec solvit, * & quod in dubio quoad Ecclesiam præsumatur potius emphyteusis quam census tenet *Beroi. in cap.* 1. *de in integr. rest. quæst.* 14. ¶ Itẽ si in ea provincia magis frequententur emphyteuses, quam census, ut in hoc Regno Lusitaniæ his casibus absq; dubio à cõmuni recederem, & sequerer opinionem *Fabr.* leg. 1. *num.* 1. *C. isto tit. Jas. d. l.* 2. *n.* 265. *Everar. d. loc.* 31. *Bald. l. cum fal sa. n.* 6. *C. de jur. &*

fac.

fac. agn. qui communi adversantur, adversus quam etiam sentit *Afflict. decis.* 126. *numer.* 6. *& sequen.* * *& numer.* 8. licet aliquando in casu dubio viderim in nostro senatu pro communi judicatum, maxime ad vitandam caducitatem. Nec admitto distinctionem *August. Beroi. quæst.* 14. *numer.* 1. *&* 2. qui contra communem disputans, tandem inter Ecclesiam, & privatum distinguit, ut in favorem Eccle. siæ præsumatur indubio census, & ita defendatur communis, in privato autem secus, nam cum præjudicio tertij non existimo indubio favendum esse Ecclesiæ, quæ est pia mater, & cultrix justitiæ *cap.* 1. *de aliena. feud. capite per tuas de donat.* unde tam in Ecclesia, quam in privato, jus idem censerem, * admitterem tamen opini. *Beroi.* quando Ecclesia est, quæ solvit, alioquin si ipsa sit domina directa cui fiat solutio non est præsumendum, quod voluerit in censum dare cum datio in censum sit alienatio, & dominium penitus abdicet quod Ecclesiæ regulariter non licet facere, ut in *cap. nulli de re Eccl.* & res Ecclesiæ censetur concessa eo modo, quo potest concedi ut per *Bald. & Jason. leg.* 2. *Codic. isto tit. numer.* 160. *vers. istam tamen conclusionem.* in eo vero *Beroio* assentior, quod ex causa feudali nunquam solutionem factam præsumit, & merito, quia verum feudum annuam solutionem non recipit *cap.* 1. *quib. mod. feud. amit.* Sunt autem prædicta notanda propter diversos effectus, qui sequuntur an contractus sit emphyteuticus, vel censualis, & an res sumissa sit in censum aliquem, vel emphyteusim, ratione caducitatum, & remissionum, ut per optimas quæstiones in facto ediserit *Everard. dict. loco* 31. *quem legito, & in eleganti casu Afflict. decis.* 80.

36 Unum non præteream, quod apud nos, in ea provincia, quæ appellatur Interamnensis (eo quod alluitur *Durio, & Mynio* fluminibus celeberrimis) dignoscitur census ab emphyteusi in qualitate pensionis, nam si solvitur in pecunia numerata, præsumitur census, si in fructibus, & redditibus, creditur esse emphyteusis.

Sed non vidi hactenus secundum hanc præsumptionem senatus decreto causam aliquam dissinitam.

SUMMARIA.

1 *Superficiarius contractus dissinitur.*
2 *Superficiarius quale dominiū habeat.*
3 *Superficiarius contractus ut dicatur, an requiratur præstatio annuæ pensionis.*
4 *Superficiarius diruta superficie, an possit reædificare.*
5 *Superficiarius, an sit, qui ad modicum tēpus superficiem conducit.*
6 *Superficiarius, ut in rem actionem habeat, requiritur quod ad longum tempus conduxerit, & causæ cognitio adsit.*
7 *Longum tempus, ad in rem actionem, quando dicatur.*
8 *L.* 1. *§. quod autem,* 1. *ff. de superficie declaratur, & l. superficiario, ff. de reivendica. num.* 9.
10 *L. & in provinciali, §. si ego superficiarius, ff. de n.ope. declaratur, & qualiter superfic. detur interdict. novi operis nuntia.*
11 *Superficiarius, an finito cōtractu auferre suas meliorationes queat indistincte.*
12 *Superficiarius, an possit superficiē alienare irrequisito domino, & ampliatur, l. fin. C. isto tit.*
13 *Superficiarius quibus actionibus utatur, tam in petitorio, quam in possessorio.*
14 *L. si ff. de superficiebus declarata.*
15 *Cōcessio soli jure emphyteutico, & superficiei jure proprio, qualiter intelligatur.*
16 *L. obligationum fere, §. placet, vers. sic & in tradendo, ff. de ac. & obl. declarata.*

Quæstio XXXIII. De contractu superficiario, & in quo distinguatur ab emphyteutico.

SUperficiarius cōtractus dicitur quando directus dominus, remanente sibi pleno jure in solo concedit alicui in perpetuum, vel ad longum tempus superficiem ipsius soli pro aliqua annua pensione in recognitionem proprietatis soli, vel quando vendit, aut donat solam superficiem, dato quod sibi nihil annuum

nuum solvatur, vel quando simpliciter locat, etiam ad modicum tempus: qui contractus superficiei interitu finitur. Ex qua diffinitione seu descriptione jam intelligis, quantum distat ab emphyteusi; Emphyteuta siquidem dominium habet utile, tam in solo, quam in superficie, *leg.* 2 1. *ff. si ager vectig. & diximus late quæ.* 13. superficiarius in superficie tantum dominium habet, & utilem confessoriam pro servitutibus, & utilem in rem, ut est *text.* & ibi ad hoc notat *Cuma. leg. & in provinciali*, §. *si ego*, *ff. de novi. oper.* soli autem plenum dominium, & in superficie directum habet ipse dominus concedens vel vendens, ut per *Bart. leg.* 1. §. *ante nu.* 1. *& in l. fin. ff. de superfic. Alvarot. in præhæm. feudor. col. pen. text.* l. 1. §. *quod autem* ait prætor, ibi, *habet in rem qualem habet in solo, ff eod. tit.*

3 Secundo emphyteusis necessario exigit solutionem qualis qualis annuæ, vel mens. truæ pensionis, §. *adeo inst. loca.* at superficiarius est, non solum si pensionem aliquam solvat, ut leg. *superficiario, ff. de reivend.* sed etiam dato quod nihil annuum solvat, puta quia superficiem emit sine obligatione solvendi aliquid, vel habet ex locato, legato, vel donato, ut explicat eleganter *Bart. leg. fin. ff. de superfi. in fine*, tradit *Jason. leg.* 1. §. *si ego superficiarius numer.* 2. *vers. item est contractus, ff. de nov. oper. Alciat. leg. bonorum.* 49. *super* verbo *superficiaria*, ibi, *plerunque nihil pendit, ff. de verbor. significat.* unde cavendum est a *Baldo in dict.* §. *si ego, & in leg.* 1. *col.* 3. *vers. pone in quoddam, Cod. de jure emphyt. & in cap.* 1. §. *hoc quoque col.* 5. *de succes. feud.* dum scripsit superficiarium esse, qui emit utile dominium, & nihil annuum præstat, quod si præstiterit aliquid annuum, vel menstruum erit emphyteuta; id enim simpliciter non procedit, quia etiam si præstiterit aliquid annuum superficiarius est, ut probat *textus advertus, in leg. superficiario, ff. de reivend.* dummodo superficiem tantum emat, vel accipiat, in solo nihil juris habiturus, licet *Jason. dict. l.* 1. *C. de jure emphy. numer.* 45. cum *Baldo* simpliciter transeat.

Tertio differunt, quod diruto ædificio potest emphyteuta elevare superficiem, & iterum ædificare secundum ea quæ diximus *quæst.* 27. *numer.* 2. *Jason. dict.* §. *si ego col.* 2. *vers. & si diceretur*, ut superficiarius destructa superficie, puta domo combusta, molendino funditus destructo, si velit reædificare non poterit, ut per *Bald. notab. in Rubric. Codic. isto tit. post princ. Jason. dict.* §. *si ego colūn.* 2. *vers. natura autem, & in dict. l.* 1. *numer.* 43. & 44. *post Bart. l. fin. num.* 1. *ff. de superfic. Iac. Alvarot. in præ. feud. col. pen. Corne. cons.* 74. *num.* 6. *lib.* 3. quem omnino vide in materia quia perijt jus superficiarij, *l. quoties in fin. ff. de usufru. l. inter quos*, §. *dāni, ff. de damn. infe.* unde secundum prædictos multum refert inter conductorem soli vel superficiei, quia priori casu destructa superficie manet solum, posteriori vero non æque. 4

Quarto differunt, quod emphyteusis est de sui natura perpetua, quandiu pensio, solvatur *dict.* §. *adeo.* At vero contractus superficiarius consistere potest, etiam si quis ad modicum, seu minimum tempus superficiem conducat, & est satis aptum exemplum in ijs, qui in nundinis superficiem conducunt à domino soli, ut ibi casellas ad breve tempus habeant, & talibus conductoribus superficiarijs dabitur interdictum possessorium de superficiebus ut *leg.* 2. *ff. illo tit. in princ.* quod enim conductio fiat ad longum tempus, non desideratur ad hoc, ut sit contractus superficiarius, vel ut auxilium possessorium concedatur, sed duntaxat ad utilem rei vendicationem, quæ tunc demum superficiario competit, si conduxit à domino 6 ad non modicum tempus, & ita intelligitur *text. in leg.* 1. §. *quod autem ait prætor ff. illo tit. de superficiebus*, l. 1. 2. & 3. *ff. si ager vectig.* l. *superficiario, ff. de reivendi. Gofred. in* 2. *par. Ordin. judi. in Rub. de interd. de superfi. part.* 210. *quæ addes Corn. ubi supr. n.* 2.

Quæstionis tamen est, quando dicetur superficiarius ad longum, seu ad non modicum tempus conduxisse? nam *Vulpianus in l.* 1. *ff. de itin. actuq; priva.* modicum tem-

tempus vocat, quod non minus est triginta dierum, ac *in leg. 1. §. quod dictum, ff. de separation.* multum tempus appellat ultra quinquennium. *Paulus vero J. C. in leg. fœcum fideicommissa, ff. qui, & à quibus vult. esse non minus decennio, & Accursi. in leg. 2. ff. si ager vectig.* hanc ultimam sententiam probat, & omnes passim sequuntur, & communiter tenetur per canonistas in *Clem. 1. de reb. Eccle. ut refert. Bart. d. §. quod autem numer. 3. & diximus nos in quæ. 29. numer. 5.* quasi solum decennium sit satis, ut in rem actio detur. Verum ego illum hic non satis probo, quia video Jure consultos varie, pro casuum varietate, longi vel modici temporis fines designasse, ut ex præallegatis juribus patet. Unde probabilior videtur alia ejusdem *Accursij* opinio, qui tempus non modicum judicis arbitrio relinquendum ait, ut ex re, & consuetudine, tum *Regionis*, tum contrahentium, id diffiniat, quam opinionem præter alios quos citavimus *dict. quæst. 29. numer. 5. probat Francis. Conan. libr. 7. comment. jur. civil. cap. 12. numer. 2.* arbitrabitur autem spatium non minus decennio, longum tempus esse, ut diximus *dict. num. 5.*

8 Adverte tamen, ut exacte intelligas *d. §. quod autem*, non sufficere solam temporis longinquitatem, & decennij curriculum, ad dandam conductori superficiario in rem actionem, prout vulgo interpretes docent, sed ulterius causæ cognitionem esse adhibendam, ut ait *Ulpianus d. §. quod autem*, ibi, *& sane causa cognito, ei qui ad non modicum tempus conduxit superficiē, in rem actio competit*, plane docens non esse positum in sola temporis longinquitate, quod in rem actio superficiario

9 detur idque aperte indicat *Paulus I. C. in d. leg. superficiario*, dum causæ cognitionem postulat, de tempore autem non modico mentionem nullam facit. Dicas igitur insimul tempus non modicum secundum judicis arbitrium requiri, & præterea causæ cognitionem adhiberi, ut in rem actio detur, per *d. leg. superficiario, juncto d. §. quod autem*, quasi tempus, licet longum, non sit satis ad in rem actionem consequendam, nisi prætor causa cognita decernat legibus, & conditionibus contractus, ac modo locationis inspecto, ut *Francis. Conan. ubi supra*, licet non tam explicite, interpretatur, & nos quoque scripsimus *dict. quæst. 29. numer. ulti.* Quanvis communis schola causæ cognitionem in sola temporis lōginquitate, & modicitate ponat, & sic à solo longo tempore pendeat quod *dict. §. quod autem*, aperte adversatur, ubi ultra tempus non modicum causæ cognitionem desiderat, quasi tempus quantumcunque longum, non tantum habeat authoritatis, ut per se solum dominij utilitatem transferat.

Unde aperitur interpretatio *text. in* 10 *allegat. §. si ego*, quo loco quæsivi *Ulpianus* num superficiario detur novi operis interdictum, & respondet dari, quia utilem in rem actionem prætor ei dedit, debet enim intelligi de superficiario, qui perpetuo, aut ad non modicum tempus conduxit, cui soli causa cognita prætor actionem in rem pollicetur ut *allegat. §. quod autem*, & per *Conan. in præcita. cap. 12. numer. 5.* non vero simpliciter de omni superficiario, quasi prætor omni superficiario utilem in rem concedat, & consequenter interdictum novi operis, nam si sit ad modicum tempus non habebit in rem actionem, vel si sit ad longum, & tamen talis cui prætor causa cognita actionem non dabit quia videlicet eo pacto superficiarius est quod nihil quidquam de superficie mutet, vel quod ædificarit finita conductione solo cedat, utique nec novi operis nunciandi facultatem habebit, & ita debet necessario interpretari *text. d. §. si ego, juxta dict. §. quod autem* à quo decisive argumentatur. Porro argumentum quod adversus illum *text.* excitavit, & insolutum reliquit ibi *Jason. in d. §. si ego col. 2. in fin. cum sequen.* parum movet si consideres *I. C.* ibi rationem dubitandi deduxisse à superficiario simpliciter, quem quasi inquilinum vocat, respondisse autem de superficiario, qui in rem actionem habet nec est necessum quod dubitandi ratio semper, & omni casu concludat, tunc enim

enim per ipsam casus decideretur, non dubitaretur. Adde vero, quod quando superficiarius nuntiare potest novum opus nomine suo, potest quoque nomine domini, in quo excedit usufructuarium, qui nomine tantum domini nuntiat, *leg. 1. §. final. de nov. oper.* qui habet jus personale de facile perituram, at superficiarius maius habet, & reale nuntiandi, ut per *Bart. & Cuman, dict. §. si. ego*, & alias in quo differant tradit *Corn. cons. 90. vol. 2.* Unde est quod potest superficiarius nuntiare ipsi domino, quod non licet usufructuario, juxta not. *leg. si cui pa, ff. de reivendic. Bart. numer. 6. Cuman.* ubi ponit rationē, in *d. §. si ego Imol.* & secundum ipsum post *Bart. in leg. 1. §. nuntiatio, eod. tit.* potest superficiarius propria authoritate prohibere proprietario, sed, & uterque, tam proprietarius, quam superficiarius, possunt in simul novum opus nuntiare, secundum *Bart. num. 6. & Cuma. dict. §. si ego*, & ibi alios, per l. *inter quos. §. damni, ff. de dam. infe.*

11 Quinto differunt, quia emphyteuta meliorationes suas amittit juxta decisionem *text. in leg. 2. Codic. de jure emphyt.* & ea quæ supra diximus *quæst. 25.* superficiarius autem non perdit, imo repetit; maxime si sint meliorationes, quæ possint auferri, *juxta dict. leg. sed addes, §. si inquilinus aream, ff. loca. & ita Bald. in Rub. Codic. isto tit. de jure emphyt. col. 1. & 2.* dicens quod ita servat consuetudo, sequitur late *Iason. in dict. leg. 1. numer. 4. versic. dicitur etiam, & numer. 47. versic. contrarium. Alciat. leg. bonorum 49.* super verbo *superficiaria, ff. de verbor. signific.* ubi dicit quod superficiario indistincte, licet, auferre suas meliorationes finito contractu, licet *Bart. leg. 1. §. 1. numer. 2. ff. de superficiebus* contrarium docuerit, & male secundum *Jason. ubi supra.* Sed tu adverte quod *Bart.* bene docet si recte intelligatur; loquitur enim duntaxat in eo, qui habet superficiem in emphyteusim, & est emphyteuta superficiei, & sic omnino regulandus per *leg. 2. Codic. de jure emphyt. quam Bart. citat.* quod vero in tali superficiario, loquatur patet evidenter ex quæstione ab eo proposita *in dict. §. 1. numer. 1. versic. sunt hic quædam domus*, quocirca falluntur aperte qui simpliciter *Bartholum* carpunt, non advertentes quod potest dari emptor superficiarius, conductor superficiarius, emphyteuta superficiarius, & sic de similibus contractibus, apparet *ex lege 1. §. qui superficiem*, ibi; *jure civili subnixus est, ff. de superficiebus* declarat *Bart. in d. §. quod autem 2. col. 2. sub ead. l. 1.*

Sexto discriminatur in eo quod em- 12
phyteuta alienare, aut cedere jus suum emphyteuticum alteri non potest, irrequisito domino, sub pœna commissi. *l. final. Codic. de jure emphyt.* cæterum in superficiario distinguendum est, nam quidam est, qui emit superficiem sine obligatione alicujus annuæ præstationis, & isto potest cedere, aut alienare quocumque titulo sine cujusquam licentia, & ita intelligitur *text.* (quicquid *glos.* & interpretes varient) *in dict. l. 1. §. quod autem, 2. ff. de superfic.* aut est quis superficiarius, quia conduxit superficiem sub certa annua pensione, & is quemadmodum emphyteuta alienare nequibit, nisi domino requisito juxta *d. leg. final.* per quam debet declarari *text. in dict. §. quod autem 2.* ubi *Barthol.* ita singulariter hunc articulū explicuit *col. 2.* quem simpliciter citat. *Rebuf. ad leg. Galliæ 2. tomo tit. de const. reddit. artic. 1. glos. 17. numer. 16.* Adjicit præterea *Bart. dict. loco*, prædicta maxime vera esse in eo qui fuerit cōductor superficiarius Ecclesiæ, quia, scilicet, conduxit superficiem ab Ecclesia, vel in eo qui receperit aliquid, hoc est superficiem, ab Ecclesia: si quidem tales nullo titulo possunt in alios transferre, ut est *text. singularis in leg. 2. Cod. ne rei domin. vel tempor.*

Septimo in eo etiam non conveniunt, 13
quod pro emphyteusi datur actio ex eo contractu vel ex *leg. Zenoniana*, ut diximus *quæst. 6. numer. 8.* & ipsi emphyteutæ adversus tertium datur utilis reivendicatio *leg. 1. ff. si ager vectig.* at superficiarius pendet ex negotio contracto, nam si emit superficiem habet ex empto actionem

nem, si conducit, ex conducto vel locato, idem si ex permutatione vel donatione, aut alias, *leg.* 2. §. *qui superficiem*, ibi, *civili actione subnixus est*, & ibi *Bart. & in* §. *quod autem* 2. *& leg. fin.* ubi etiam *Bart. ff. de superficiebus.* Sic sane nullum novum contrahendi genus, per se constituit, ut etiam eleganter tradit *Franc. Conan. libr.* 7. *comment. juri. civi. cap.* 12. *numer.* 3. (quo loco idem in emphyteusi ait, ut ex se nomen, & jus contractus non constituat, sed locationi accedat, & ita juris gentium sit, cui opinioni refragatur *text. leg.* 1. *Codic. de jure emphyt. &* §. *adeo inst. locat.* cum ijs, quæ tradimus *quæst.* 3. *nu.* 1.) * Sed ad superficiarium redeundo, ille prædictis actionibus civilibus uti poterit, adversus eum, qui constituit superficiem adversus autem alios non poterit, nisi cessis actionibus à constituente, ut *dict.* §. *qui superficiem*, sed quia multoties incertum erat, an esset locata vel vendita superficies, & ita de formula actionis dubitatur, ac dubitari etiam poterat, an quod in cæteris conductoribus statutum erat, haberet etiam locum in conductore superficiei, & in possessione etiam quandoque superficiarij inquietabantur, vel ab alio superficiario, vel usufructuario, vel ab ipso domino, ut *l.* 1. & ibi *Bart. ff.* de *superfi.* & melius visum fuit possidere, quam in personam experiri, ideo Prætores utiliora semper sequuti, præstiterunt superficiarijs causa cognita in rem actionem, & possessione interdictum possessorium, ad modum, & juxta regulas interdicti ut possidetis, uti *dict.* §. *qui superficiem*, *versi. sed longe utilius*, idque ultra interpretes ordinarios docte explicant, *Gofredus, Francis. Conan. in locis superius allegatis.*

14 Octavo, dissidet superficiarius ab emphyteuta, quia emphyteuta recognoscit dominum pro solo, & superficie, ut diximus *quæst.* 1. at vero superficiarius pro superficie tantum, quoniam (inquit *Caius Iuris consultus, superficiarias ædes appellamus, quæ in conducto solo positæ sunt, quarū proprietas civili, & naturali jure, ejus est cujus, & solum*, meminit *Alciat. lib. primo. Parerg. cap.* 36. accipies autem in *dicti. leg. fin.* proprietatem pro directo dominio, ex mente *Bartholi*, ibi, Quod item ibi dicitur, *naturali jure ejus esse, cujus, & solum.* intelligе de jure gentium, ut per *glos. l.* 2. *Cod. de reivend. Alexand. leg.* 1. §. *nunc. vide. amus col.* 1. *ff. de novi oper.* multoties enim jus naturale pro jure gentium accipinus, *l.* 1. ibi, *locatio, & conductio, cum naturalis sit, & omnium gentium, ff. locati*, diximus, & nos *quæst.* 3. *numer.* 8. Porro *Francis. Conan. dict. cap.* 12. *numer.* 3. aliter explicat *dict. leg. final.* ut proprietas 1. res ipsa tota, tam quoad solum, quam quoad superficiem ejus sit qui soli dominus est, si inspicimus juris naturalis, aut etiam civilis veritatem. Et juvatur hæc interpretatio *leg. obligationum fere*, §. *placet, ff. act. & oblig.* si vero legem conventionis spectemus, superficiarius dominus sit eorum, quæ ædificavit, & plantavit. Sed ego priorem quam nuper scripsi interpretationem verbis *d. leg. final.* magis cōvenire existimo, & ad explicationem illius tractatus de superficiebus magis necessariam. ¶ In bonis autem nostris etiam superficiaria computari ambigui juris non est, ut *leg. bonorum vers. in bonis, ff. de verbor. signific.* & ob id etiam contineri sub prohibitione alienationis bonorum pupilli sine decreto, *leg.* 1. §. *si jus emphyteuticum, ff. de reb. eor. & leg. etiam Codic. de prædijs minor. Alciat. dict. cap.* 36.

Postremo quæsierim de formula con- 15
trahendi in hunc modum concepta, concedo tibi solum illud jure emphyteutico, & superficiem jure proprio, an efficiat, ut superficies pleno jure pertineat ad superficiarium? *Et Bart. in allegat.* §. *qui superficiem col.* 2. negat pacto id effici posse, per *dict. leg. obligationum fere*, §. *placet. vers. sic. & in tradendo:* proinde ait totam domum, quantum ad solum & superficiem, emphyteuticam esse: & verba illa, *superficiem jure proprio*, in eum sensum accipienda esse, quod superficies super imponatur propria impensa, & pecunia emphyteutæ, sequitur *Paul. in leg.* 3. *ff. de servit.* Cæterum *Bald. ibi, & in l. si domus*, §. *fin. ff. de leg.* 1. *& in leg.* 2. *col.* 2. *per*

2 per illum *text. C. de jure exphyteutico, & in Auth.* excipitur, ubi dicit se ita consuluisse, *Cod. de bon. quælib.* inquit eo casu duo jura concurrere, emphyteuticum respectu ædificij, quæ quidem non sunt ejusdem generis, formæ naturæ, nec effectus. Addit quoque *Baldus in capit. 1. §. si quis de. manso col. 7. si de contro. invest.* posse dominum concedere aream jure feudi, & super ædificandum, puta castrum jure proprio, sequitur hanc postremam, adversus *Bart. opinionem Jason. l. 1. numer. 47. C. de jure emphyteutico, & in lege, & in provinciali, §. si ego col. 2. ff. de novi operis*, qui aliter, & aliter ibi respondet *dict. §. placet*, Sed ego existimo illum *text.* nihil obstare, quia negat, duntaxat quod naturaliter fieri nequit, ut quis tradat solum sine superficie, quæ natura cohæret solo.

SUMMARIA.

1 *Precarium in neutro genere quis contractus?*

2 *Precarium, an possit cum damno et captione accipientis revocari, & an ad revocationem requirat temporis intervallum.*

3 *Precarium, an finiatur obitu concedentis, vel accipientis.*

4 *Precarium cum clausula expressa ad voluntatem, vel, ad beneplacitum, vel, quoad volet, vel ad libitum voluntatis, an morte concedentis finiatur.*

5 *L. 4. ff. loca. cap. si gratiose de rescri. lib. 6. declarantur.*

6 *Principum gratiæ, seu concessiones cum clausula*, em quanto for nossa merce, & nam mandat o contrario, *an morte Principum finiantur.*

7 *Gratiæ ad beneplacitum Papæ, vel Romani Pontificis, vel Regis, vel, cum clausula*, em quanto S. A. o ouver por bem, *an morte Regis vel Pontificis expirent.*

8 *Precarium quomodo solvitur.*

9 *Precariæ contractus in generose fæmineo quis? & nu. 12. & intelligitur cap. 1. de preca. & quare in precaria fit renovatio de quinquennio in quinquennium nu. 10.*

11 *Precarium habens si non petit renovationem lapso quinquennio an cadat in commissum.*

13 *Precariæ contractus, an sit à jure civili, an á consuetudine.*

14 *Precariæ contractus quotupliciter celebretur, & quare sic dicatur nu. 15.*

16 *Precariæ contractus, an in omnibus sit ejusdem naturæ cujus est emphyteusis.*

17 *Precarius cõcessiones irrationabiliter factus, an successor possit absque metu penæ revocare, ad cap. 2. de preca.*

Quæstio XXXIV. De contractu precariæ, & quomodo distinguitur ab emphyteusi.

1 SUnt aliqui termini in jure qui videntur esse unus, & tamen longe differunt, videlicet precarium 11. in neutro genere, quando precibus petenti utendum aliquid concedetur, tandiu, quandiu is qui concedit patitur, *leg. 1. & toto tit. ff. de precar.* & sic ex parte concedentis potest ad libitum revocari quandocumque, & propria authoritate occupari *Corne. consi. 27. numer. 14 libr. 4.* dummodo hoc sine damno, & captione illius cui fuit facta concessio fiat, & cum aliquo temporis intervallo, ut per *Abbat. in capite fin. num. 13. de precar.* plene *Covar. libr. resol. capite 15. numer. 6.* sed, & potest revocari, etiam appositio pacto de non revocando, *leg. cum precario. ff. de precar. dict. capite fin. & ibi not. Covar. de sponsa. 2. part. cap. 3. num. 5.* Solvitur autem precarium obitu ejus cui concessum est: quia precarij concessio simpliciter facta, censetur quoad accipientem personalis: secus autem quoad concedentem, quia morte ejus non finitur, imo ad hæredem ejus transit, absque nova ipsius hæredis concessione, ut *dict. cap. fin. leg. quæsitum, §. quod à Titio, leg. cum precario, ff. de precar. Paul. per illum text. leg. Lucius, ff. de donati. idem Paul. ubi glo. leg. Attilius, ff. eod. ti. Bart. l. centesimis, §. fin. col. 3. ubi Alexan. & Jas. uterq; col. 5. ff. de verbor. Tiraq. de constitu. in 12. ampli. 2. part.* & esse frequentissimam omnium

nium sententiam scribit *D. Covar. ubi supra numer.* 1. *contra glos. in dict.* §. *quod à Titio*, & hoc sane, quia precarium postquam concessum est, eum sensum habet, ut valeat, & duret, donec revocetur, ac præniteat concedentem, *l.* 2. §. 1. *ff. de precar.* & sic non pendet à voluntate, cum sufficiat illa, quæ adhibita fuit ab initio, sed pendet à voluntate, i. à revocatione voluntatis, & ideo si concedens simpliciter precarium, vel adjecta clausula, donec revocetur, vita functus sit, non finietur morte concedentis, quia revocatio exigit contrariam voluntatem, quæ in mortuo, seu moriente non datur, licet mors voluntatem extinguat, mortuus enim amplius velle non potest, *l.* 1. *Cod. de sacrosan. Eccles.* at noluntatem extinguere non potest, quæ nunquam fuit. Ex quo fit, ut precarium simplex, vel cum expressa conditione, donec revocetur, morte concedentis non finitur, secus mul-
4 tum si concedatur cum clausula; *ad voluntatem*, vel *ad beneplacitum*, vel, *quoad volet*, *vel ad libitū voluntatis*: tunc enim precarium egreditur suos terminos, & pendet à voluntate, atque ideo morte concedentis statim expirat, non tanquam revocata, sed tanquam cessans; quia per mortem cessatio voluntatis inducitur, cum non sit persona, & sic subjectum in quo voluntas consistat, & his casibus procedunt, *l.*
5 4. *ff. locati, & cap. si gratiose. de rescr. libr.* 6. sic denique quoad hoc, ut actus morte finiatur, necne, constituenda est differentia, an actus pendeat à voluntate, vel pendeat à revocatione voluntatis, ex sententia *Bart. dict. leg. centessimis*, §. *fin. colu.* 3. *numer.* 10. *ubi Alexand. Zazi.* & alij. *Paul. in alleg. l. Lucius. Deci. leg. contractus numer.* 13. *ff. de reg. jur.* & eorum quos statim citabimus, & novissime *Covar.* qui articulum susius resolvit *in dict. cap.* 15. *numer.* 3. & 4. *licet Paul. Salyc. & P. Costal. in dict. l.* 4. *Abb. in dict. cap. fin. num.* 6. & latissime disputans *Rubeus in l. non solū*, §. *morte numer.* 54. *ff. de nov. oper.* rem istam non satis explicarint, aut magis aliter intellexerint.

6 Unde dicebam in praxi, Principum donationes cum clausula, *em quanto for nossa merce*, morte eorum finiri, quod si ulterius adjiciatur, & *nam mandar o contrario*, ut de stillo hodierno solet apponi in provisionibus Regijs officiorum, jurisdictionum, & similium: tunc merce principum non finiri, quia per illa verba exigitur revocatio voluntatis, quæ per mortem non inducitur, licet inducatur cessatio, ex sententia prædictorum, ita conciliantium, *leg. cum precario*, §. *fin. & l. quæsitum*, §. *quod à Titio. ff. de precar. cum leg.* 4. *ff. loca. & dict. cap. si gratiose* quibus sufftragatur optimus *text. leg.* 4. *ff. de manumiss. vind. text.* etiam singularis in *cap. si delegatus*, §. 1. *de offi. deleg. libr.* 6. ubi delegatio, seu jurisdictio cōmissa cum clausula, donec duxerit revocandam, nequaquam expirat morte cōmittentis, quod, & *Bart. docet in leg. & quia, seu in leg. more. ad fin. & ibi Deci. numer.* 60. *ff. de jur. omn. jud. idem Bart. Alexand. Ias. & alij dict. leg. centessimis*, §. *fin. numer.* 10. *sensit Innocen. in cap. licet undique de offic. deleg. Domi. & alij in dict. cap. si delegatus. Deci. in cap. relatum de offic. delegat. & in cons.* 108. *& in leg. tertia, ubi testatur communem, ff. de regul. jur. Frāc. dict. cap. si gratiose n.* 10. *Covar. ubi supr.*

Sed quid si dicatur, usque ad bene- 7.
placitum Papæ, vel Romani Pontificis, vel Regis, & sic expresso solo nomine dignitatis, ut solent apponere Proteges Indiarum, & Præfecti Provinciarum, qui facultatem habent providendi in officijs nomine Regio, & dicūt, *em quanto for merce del Rey, ou S. A. o houver por bem*, in morte Regis, vel Pontificis, expirent hujusmodi provisiones? Et quanquam scribentes varient in hoc articulo; & quidam dicant in ea specie gratiam non expirare obitu *Regis*, aut *Pontificis*, quia nomine dignitatis facta est, quæ non moritur secundum *Lapum*, & *Domin. in dict. cap. si gratiose Felin. cap. ex literis num.* 6. *de constitut. sentiunt Ioann. Andr. Cardi*, & *Imol. in cap. literis de rescri.* Alij tamen contra, imo quod eo casu expirat gratia tanquam personalis, ut est *glo. in dict. c. si gratiose*, *in verbo, suæ*, & *ibi Archidia.*

Ioan.

Iomn. de Fautu. & Ancha. & ex his Peruſ. col. 3. gloſa 2. cap. literis. Covar. ubi ſuper. & ego huic poſtremæ opinioni magis accedo, cui expreſſæ ſuffragatur *text. dict. cap. gratioſé*, dum diſtinguit conceſſionem ad beneplacitum Sedis Apoſtolicæ, à conceſſione ad voluntatem Romani Pontificis, & præterea conſidere prædictas proviſiones raro fieri, niſi à tertijs nomine ipſorum Principum, & conſequenter ad Principem, ſeu Pontificem viventem, duntaxat haberi reſpectum, nec enim de futuro Rege, ſeu Pontifice cogitatur à quo poteſtas non habetur: unde ſolius expreſſio dignitatis ad Principem, qui tunc vivit, & cujus nomine fit actus, debet referri, quia generalis nuncupatio reſtringitur ad perſonam, in qua ſola verificatur, *l. 2. ff. de liber. & poſth.* nec verba tantum debent valere, ut ſenſu meliora exiſtant, *l. 3. Cod. de libr. præt.* & ita exiſtimo, quicquid aliqui opinentur.

8 Sed jam, veluti ediverticulo non inutili in praxi, ad precarium redeundo, addo, quod, & ſolvitur precarium ſi concedens rem datam alienaverit: niſi voluntate novi domini res apud eundem maneat, ut *dict. §. quod á Titio*, & *§. illud*, quod ſi fuerit precarium pignoris, finitur debitore ſolvente pecuniam creditori, ut eſt *text. in l. ſi debitor, ff. de precario.* Precatio etiam conſtituit quis ſe poſſidere, ex quo civilis tantum poſſeſſio transfertur, niſi aliter conventum ſit, de qua re multa ſcribit *Tiraq. in ſuo libr. de conſtituto 1. part.* ubi differentias ponit inter ſimplex conſtitutum, & precarium, ſeu conſtitutum cum precario, tu illum ligito. Cætera in materia precarij hic non perſequor, quia non ſunt præſentis inſtituti.

Alius terminus eſt precaria, in gene- 9
re fæminino, quod, & ad pluralem numerum deducitur, precariæ precariatum; per illum terminum ſignificantur quidam contractus, qui inter partes fiunt conceſſionis alicujus rei in perpetuum, vel ad vitam accipientis, vel ad aliud magnum, ſeu modicum tempus, cum clauſula expreſſa renovandi quinquennio ad quinquennium: quæ ſi non exprimitur in precaria pro expreſſa debet habentis, ſi antiqua conſuetudine regionis, aut Eccleſiæ illius adjici conſueverit, ut eſt *text.* qui ſic debet intelligi, *in cap. 1. de precar.* contractus enim cenſetur celebrari ſecundum loci conſuetudinem, & quod habet conſuetudo videtur appoſitum in contractus, ut ille *text.* inſinuat, & notat ibi *Abb. numer. 2. text. l. quod ſi nolit, §. quia aſsidua, ff. de ædil. edic.* & in pulchro caſu *Bart. l. nemo eſt qui neſcia. ff. de duobus re.* tradit late *Rube. in l. non ſolum §. morte ex numer. 71. ff. de nov. oper.* & hęc traditio ad emphyteuticas cõceſſiones neceſſaria, & proficua eſt, qua uſi ſumus *quæſt. 1. nu. 12. Hyppo. ſing. 425.*

Et ex prædictis, primo caveas à *gloſa* 10
1. in dict. cap. 1. de precar. quæ parum caute exiſtimabat, precariam non perduci niſi uſque ad quinquennium, quod idem ſenſit *Bart. in leg. ſi finita, §. ſi de vectigalibus numer. 10. quæſt. 4. ff. de damn. infect.* ſequitur *Iaſon. l. 1. Cod. iſto tit. nu. 42.* Hoc etenim falſum eſt; quia contractus iſte poteſt in perpetuum, & ad vitam, & ad magnum, vel modicum tempus fieri, renovatio autem de quinquennio in quinquennium non fit, quaſi per ſingula luſtra renaſcatur novus contractus, eſſet enim tunc opus nova conceſſione, non renovatione, de qua loquitur *text. in dict. cap. 1.* ſed ideo fit ne longitudine temporis pereat memoria contractus, *cap. longinquitate 12. quæſt. 2. per Abb. dict. cap. 1. numer. 3.* vel propter alias utilitates, quas ex hujuſmodi renovationibus habet dominus, ſeu Eccleſia, ut tradit *Iacobi. Auth. qui rem, numer. 132. cum ſeq.* 11
Cod. de ſacroſan. Eccle. qua de cauſa, ſi precariam habens non petit renovationem, lapſo quinquennio cadit jure ſuo, ſicuti non petens inveſtituram à novo domino, ut ſcribit *Abb. dict. cap. 1. numer. 5. per dict. cap. longinquitate*, & ibi notata, quia (inquit) hæc renovatio eſt introducta in favorem Eccleſiæ, ne longinquitate temporis accipiens dicat rem eſſe propriam, & non Eccleſiæ.

Secundo dicas, quod precaria, ſeu pre- 12
cariæ

cariæ in numero plurali, non differunt, sed idem est contractus, & non eadem dictio, ac nomen, ut voluit *glos. fin. in fin. in c. fin. de precar.* & ibi *Abb. numer. 3. versi. dic ergo*, asserens quod ita ibi sentiunt communiter doctores contra Hostiem, qui per versiculos quosdam male concinatos, docebat, differentiam esse inter precarium, & precariam, & contractum precariæ, quam doctrinam esse abusionem dicebat *Cyn. leg. 1. C. isto tit. & Alvarot. in præ. feud. col. fin.*

13 Tertio, meminetis quod hujus contractus precariæ nulla fit mentio jure civili, eo forsan (ut inquit *Abb. d. c. 1.*) quia non differt multum ab alijs contractibus jure civili inventis, & quamvis *Bart. in dict. §. si de vectigalibus. Alvar. & Jason. ubi supra.* dicant quod iste contractus est de consuetudine magis quam de jure, per text. *d. c. 1.* non bene citant illum text. quia alium intellectum habet, ut diximus supra.

14 Quarto adde multipliciter precariæ contractum fieri, fit enim quandoque ne omnino gratis, sed pro annua quadam pensione, & ad certum tempus, vel perpetuo, & tunc differt duntaxat ab emphyteusi, in obligatione renovationis de quinquennio in quinquennium, cum ad constituendam emphyteusi hoc non repetiatur necessarium. Fit etiam precaria ad præfatum tempus, & preces alicujus, nec tunc quoad substantiam differt ab emphyteusi. Fit etiam precaria cum quis possessionem aliquam donat ecclesiæ ea conditione ut triplum ab ecclesia capiat pro tempore vitæ suæ, vel si vult uti in vita sua re quam tradit ecclesiæ, tunc capit ab ecclesia solum duplum, ut habetur *in cap. precariæ 10. quæst. 2.* & in ea acceptione, precaria est præstatio quædam ususfructus in recompensam proprietatis quæ datur ecclesiæ. Fit etiam precaria concessio omnino gratis, quando datur laico, vel clerico benemerito aliqua possessio ecclesiæ ad utendum fruendum in vita sua, ut *c. clerici 16. quæ 3. cap. possessiones ead. cau. & quæ* & tunc magis est ususfructus constitutio, nec ab eo differt, nisi in tempore renovationis. Fit etiam aliquando secundum formam traditam à *Bald. c. 1. §. aut. si libellario, quib. mod. feud. amit.* quos omnes modos constitutionis precariæ refert *Abb. d. c. 1. col. fin.* post glo. *d. c. precariæ. ꝙ. tradit. aliquor. Jas. in l. 1. nu. 42. C. de jure emphy.*

Quinto adde, quod contractus precariæ dicitur, eo quod ad preces concedit, de quibus precibus est facienda mentio in instrumentis, secundum *Bald. d. §. aut. si libellario. Ias. d. nu. 42.* 15

Sexto intellige, quod iste contractus precariæ in omnibus, & per omnia est ejusdem naturæ, cujus est contractus emphyteuticus, secundum *Bart. d. §. si de vectigalibus numer. 10. Alvarot. d. col. final. Iason. d. numer. 42. post Bart. ibi Imol. l. ex facto, §. fin. ff. ad Trebel. col. 2.* ubi dicit quod idē de utroque judicatur, *Paul. quoque in Auth. ingressi numer. 8. C. de sacrosan. eccl. ubi glos.* hujus contractus fecit mentionem, & inde est quod promiscue utimur his nominibus, & contractus emphyteuticus in quibusdam regionibus appellatur precariæ, alibi ad firmam, alibi libellarius, alibi ad afflictum, & ita Dd. indifferenter de his loquuntur in lecturis, & consilijs. 16

Septimo adverte, quod precarias concessiones irrationabiliter factas à Rectoribus ecclesiarum se, suosque successores obligantibus, etiam pœna adjecta pro observantia earum, potest successor absque metu pœnæ revocare, ut decrevit Concilium Carthaginense, à quo desumptum est *c. 2. de precar.* sed quando dicetur irrationabiliter fieri, dic per not. *in d. c. precariæ 10. quæ 2.* ut ex sententia *Inno. & Host. explicat Card. nu. 2. c. 2.* 17

SUMMARIA.

1 *Libellarius cōtractus quis? Et an quoad effectum sit aliqua differentia inter libellum, & emphyteusim num. 2.*

3 *Minoris prædiū. an in libellum dari queat absque debita solemnitate.*

4 *Minor, an accipere possit prædium ad libellum, seu emphyteusim, sine debita solemnitate decreti, & intellectu, l. 1. §. fin. cum l. sequen. ff. de reb. eorum.*

5 *Emphyteusis, & libellus, an reputentur tituli lucrativi.*
6 *Libellarius contractus, an requirat aliquid dari pro ingressu.*
7 *Feudatarius, an sine domino possit dare ad libellum rem feudalem.*
8 *Libellarij contractus, an sua natura sint perpetui.*
9 *Libellarius contractus, an possit dici censualis.*
10 *Locationis nomine generali veniebat olim emphyteusis, & libellus, & alij similes contractus.*
11 *Libellarius contractus unde sic dictus, & libella quid, & an dici debeat contractus libellarius, vel livellarius.*

Quæstio XXXV. De contractu libellario.

1 COntractus libellatius dicitur cum quis, ab eo qui utile tantum dominium habet, accipit prædium pro certa annua pensione, & sic quando quis habet fundum in emphyteusim, vel feudum, ab emphyteuta, vel feudatario; ille enim secundus non dicitur emphyteuta, vel feudatarius, sed libellarius, & sic est quædam substitutio emphyteutica, vel feudalis, quemadmodum probat text. *in cap. 1. §. donare in tit. qualiter olim feud. possess. alien. cap. 1. §. final. de prohib. feud. alien. per Lothar. Iacob. Bellon. & Isern. in cap. 1. de alien. feud. Iacob. Alvarot. in probat. feud. col. penult. in vers. venio ad quartum*, docet *Bart. in l. si finita, §. si de vectigalibus q. 3. ff. de dam. infe.* resolvit *Ias.* (ubi glos. male declarat) *in Auth. ingressi. num. 45. Codic. de sacros. eccles.* & latius *in l. 1. Cod. isto tit. nu. 39. Alex. cons. 113. viso n. 1. lib. 4. Neguz. de pign. 2. p. membr. 2. numer. 51. Franc. Sonsbec. in commen. ad usus feu. 2. par. n. 26. Zazi. de feud. pag. 140. Curti. in eod. tract. feud. 4. par. ex quib. caus. feud. amit. numer. 91. vers. contractus autem*, licet *Cyn. in d. l.* dicat libellum quando vassallus locat rem feudalem usque ad viginti novē annos. Alij quod libellus est quando datur usque ad 30. annos ut per *Bald. in Rub. C. isto tit.* refert. *Ison. leg. 1. eo tit. numer. 39. tradit Benincazi, §. omnium de act.* Sed his varietatibus omnibus crebrius receptū est illud quod primo loco scripsi: Veruntamen hodie nos abutimus his vocabulis, & large emphyteusis appellatur libellus, & è cōtra, nec quoad effectū est aliqua differētia: siquidem jura loquentia in emphyteusi habent etiam locum in libello, & è contra, ex sententia *Bart. in d. l. 1. nu 7.* ubi generaliter inquit quod inter libellum, & emphyteusim nulla est differentia, & ibi *Salyc. numer. 15. Iason. & alij col. 7. vers.* ex communi tamen. *Bart. in d. §. si de vectigalibus ubi Alexand. & alij. Card. in cap. final.* & ibi *Imol. de loca. Iacob. Alvarot. in allega. col. pen. vers. sed tamen. Iason. quoque d. Auth. ingressi numer. 45. Imol. cons. 8. numer. 6. & alij per Soci. cons. 50. subtiliter col. 1. libr. 4. Deci. cons. 146. col. 1. num. 2. Roland. cons. 87. numer. 1. Paris. de reintegra. feudor. fol. 6. numer. 8. & Curti ubi supra.* Quapropter non sunt audiendi qui dicūt emphyteusim sui natura esse perpetuam, libellum autem non ita sed usque ad 29. aut 30. annos; nam libellus quoque perpetuitatis naturam habet, ut scribunt *Bald. in cap. 1. de alien. feud. Alex. cons. 81. libr. 4. Soci. dict. cons. 50. col. 3. vers. comfirmatur. Paris. cons. 85. vidi copiosas numer. 5. libr. 3.* Decipiuntur etiam qui dicunt hosce contractus eo differre: quia libellarius contractus fit duntaxat super feudali, & non sterili, at emphyteuta super re qualibet, & sterili, cum verius sit in utrisque jus idem esse, ex sententia communi, licet contrarium secure scribat. *Franc. Sonsbec. de feu. 2. par. numer. 27.* ubi, & aliam differentiam ponit, quæ magis est inter feudum, & emphyteusim quam inter feudum, & libellum. Sed & aliam differentiam scribit. *Paul. leg. colonus ad fin. ff. locati*, quod libellarius non recipit ad meliorandum, & ideo repetit meliorationem, quæ etiam differentia ex prædictis falsa est, idcirco teneas cum communi, non esse differentiam in effectu inter emphyteusim, & libellum.

Ex qua resolutione primo inferas, contractum libellarium sicut, & emphyteuticum

cum sub prohibita alienatione venire
3 *Parisi. d. consil.* 85. *numer.* 6. 7. & 8. Secundo inferas, quod quemadmodum res immobilis minoris in emphyteusim sine debita solemnitate dari nequit, *l. etiam, C. de præd. minor. & in l. sed si pecunia, §. si jus emphyteuticum. ff. de reb. eor. cum alijs* per *Alexand. consi.* 46. *lib.* 3. & *Franc. Curti. Consi.* 42. ita quoque res libellaria secundum eund. *Parisi. dict. cons.* 85. *nu.* 9. & 35. Imò fortius ipse dicit *num.* 9. (& est verbum frequens in practica) quod quando minor accipit rem in libellum seu emphyteusim, & se obligat ad canonis solutionem, nulla est obligatio cum
4 & hoc alienationem præseferat, & annui redditus obligatio tam ex parte dantis quam recipientis consideretur uti causa rei immobilis juxta *Clem. exivi. de verbo. signi.* ut plenius per ipsum. Cui traditioni suffragari potest mirabilis ille text. *l.* 1. *§. fin. cum l. seq. ff. de minor.* ubi minori non licet prædia emere cum pacto quod sint pignorata usque ad pretij solutionem, licet cum domino pignus quæsitum fuerit, & à principio obligatio ineserit, ut dicit lex ibidem sequens, & licet pactum illud videretur pars pretij *l. fundi partem, ff. de contr. empt.* item quodámodo necessarium, & juri consentaneum, juxta *l. Iulianus, §. offerri, ff. de act. empt.* ac pro securitate conventionis adjectum, deniq; iniquum videatur, quod pupillus fidem fallat sine suo damno, *l.* 4. *§. pen. vers. sed si minor, ff. de manumission.* quæ rationes reddunt illum text. fere irrationabilem. Si igitur non obstantibus prædictis, adhuc lex improbat pactum, neque permittit minori prædium à se emptum hypothecare, usque quo ipse pretium solvat; à fortiori videtur non licere pro emphyteusi, vel libello, se ad annuam pensionem obligare. Verú quia text. *ille d. §. fin.* durá (& si fas est dicere) iniquam, ac multis juris rationibus contrariam decisionem continet adeo ut multi non infirmæ classis authores adversus illum text. responderint, & alij literam text. vitiosam esse contenderint, ut omnium latissime tradit *Pynel. l.* 1. *Cod. de bon. mat.* 3. *par. ex nu.* 52. *quod loco* 21. illationes ex eodem text. deducit, & ultra eũ explicat cõmunia sequedo, *Iul. l. itẽ quia col.* 2. *ff. de pact.* opinor cõtractũ minoris qui sine decreto prædium accepit ad libellum, seu emphyteusim, licet pensioni nexus maneat, esse validum, acquisivit, enim, non alienavit, ut decreto opus sit, & quanvis in consequentiam ad pensionem sit obligatus, illa obligatio acquisitioni inest, & ideo permittenda, ut insinuat *l.* 2. *ff. de reb. eor. l. lecta, cum mater, ff. si cer. pet.* nam & pretium emphyteusis censetur, quia pacta in pretium cedunt, ut *d. l. fundi partem*, accedit traditio *glo.* receptæ *in l. servv. C. de pact. & alterius gl. in l.* 2. *in fi. C. de inut. stip.* & alterius *in l. Titio centum, §.* 2. *in glo. fin.* ibi tempore *manumissi. ff. de cond. glo. item in l.* 2. *ff. de accep.* ubi permittitur obligatio minoris ad effectum acceptil. & sic in consecutionem melioris conditionis, & quod in simili *Boeri. decis.* 182. *ex n.* 34. & quod alibi ecclesia rem accipit cum pacto resolutivo, nec ideo minus valet, ut est text. *in c. verum de cond. appo. c. pontifices* 12. *q.* 3. *Anchar. consil.* 217. *num.* 2. *Soci. cons.* 48. *num.* 5. *lib.* 1. sed & cum pactis adjectionis in diem, & *l. cõmissoriæ*, ut per *Iser. in c.* 1. *de feudat. dat. in vic. le. cõmiss. Bened plumb. l.* 4. *§. pen. num.* 4. *ff. de manu.* & cum pacto etiam retrovendendi, quod licet maxime cõtroversum sit, ex relatis per *Pinel. ubi supr. num.* 53. receptius tamen, & æquius ipsi videtur admitti tale pactum, ut colligitur ex *Tiraq. de retr. conv. in fin. num.* 14. *Iser. Aff.* 11. *n.* 10. *in d. c.* 1. *de feud. dat. Covarr. lib.* 1. *resol. c.* 14. *n.* 6. & *alijs* Facit item quòd sobrierem suam egisse videtur minori, qui emphyteusim acquirit, nã & prudẽtes patresfamilias id faciunt, & è re sua esse arbitrantur, licet pensionem solvant, ut experientia docet: nec circũscriptus videtur, quapropter si præsupponimus validum esse contractum, rescindi non debet ex capite restitutionis, quia læsio non datur *l. fin. C. de in integ. rest. l. verum, §. sciendum, ff. de minor.* nullus autem censendus non est ex defectu decreti, quia minor nihil aliena *l.* 1. *ff. de reb. eor.* imò magis acquirit, & rem suam facit meliorem, licet

in consequentiam ad pensiones obligetur quædam enim quæ directo fieri nequeunt per consequentias quandoque permittuntur *leg. final. ff. de leg.* 3. & in pupillo traditum est *in leg. conditio pupil. ff. de cond. & demon.* accedit quod dare in emphyt. sine decreto *leg. minori non permittit, leg. sed, & pecunia, §. si jus emphyt. ff. de reb. eor. leg. etiam, Codic. de præd. minor.* cæterum accipere in emphyt. sine decreto, nec illa, nec alia, *leg. quam legi sciam prohibet*, factura profecto *in toto illo tractatu de reb. eor.* si id sine decreto non liceret. * Suffragatur postremo quod adultus etiam sine curatoris authoritate potest feudum accipere, ut *Zasi. de feud. 5 par.* post Dd. communiter licet *Francisc. Consbec. 7. part. n.* 13. contradicat qui tamen pupillum fatetur posse *numer.* 14. Nec obstiterit text. *dict. leg.* 1. §. *final. cũ leg. sequent. ff. de reb. eor.* quia propter rigorem, & juris nimiam subtilitatem, qua nititur extra casum suum trahendus non est, ut ibi advertit *Cuman. numer.* 1. & plenius agens *Pynel. loco jam citato*; unde ad donationem, seu aliam causam lucrativam non trahitur, quia cum aliena jactura minor locupletari non debet, & ideo si donatur prædium minori aliquo onere adjecto, non rejicietur onus, *leg. causam, ff. de manumiss. vind. leg. si rogatus, ff. de manumiss. Deci. leg. si tibi pecuniam numer. 5. ff. si cert. pet. & supra diximus in Eccles.* quibus argumentis ad acquisitionem libelli, seu emphyteusis trahendus non est, ut si irritum onus pensionis, aut ipse contractus nam, & horum contractuum lucrativa acquisitio reputatur, si non est pretio acquisita secundum *Iason. late leg.* 1. *C. isto tit. de jur. emphyt. numer.* 3. *post Bart. & alios in leg. si mihi, & Titio col. prima, ff. de verbor. Alexand. cons. 7. numer.* 6. *libr.* 7. vel etiã si sit quæsita pretio in eo quod pretium excedit *l.* 2. §. *circa, ff. de don. int. vir. & uxo.* vel nisi sit magna pensio, ut per *Zazi. d. l. si mihi num.* 3. Eo autem libentius hanc opinionem sequor, quod in specie *Ordi. libr.* 4. *tit.* 6. *in nov. tit.* 48. (qua cavetur ne conjux, sine sui conjugis assensu, immobilia alienet) judicatum viderim, ne procedat in acquisitione emphyteusis, licet præsentiat obligationem annuæ pensionis perpetuæ; quia (inquiunt) acquisitio principalis lucrativa attenditur non onus secundarium. Proinde quod *Parisius* scripsit in d. cons. 85. numer. 9. suspectum mihi videtur, atque adeo falsum esto enim quod obligatio annuæ præstationis, tam respectu recipientis, quam solventis reputetur inter immobilia per *Clem. exivi, §. cumque annui redditus, de verb. signi.* illud verum est cum minor ad annuam pensionem principaliter se obligat: Id enim sine decreto ac tutoris authoritate causa cognita fieri non poterit, secus si rei donatæ minori onus annuæ pensionis insit, aut ipse emphyteusim, aut libellum acquirat, quia tunc principaliter acquirit, & emphyteuticæ acquisitioni obligatio annuæ pensionis inest, quæ non est in consideratione per suprascripta. Non diffiteor quod si minor se læsum in emphyteutico contractu, probet, restituendus sit adversus contractum emphyteuticum immodicæ pensionis, sicuti restitui potest adversus alios contractus, ut fit quotidie.

Tertio infertur, quod quemadmmodum 6
in contractu emphyteutico non requiritur pro forma, quod aliquid pro introitu detur à principio secundũ cõmunem, & etiã secũdum generalem consuetudinem, ut late tradimus *quæ.* 10. ita quoque in cõtractu libellario secundum *Bald. cap.* 1. §. *donare col. final. quali. olim feud. poss. alie. Iason. l.* 1. *C. isto tit. col.* 2. *n.* 5. *vers. pro qua opinione.*

Quarto infertur, quod sicuti feudatarius 7
non potest rem feudalem dare in libellum sine domini consensu, ut *in cap. imperia*, ibi, *sub quadam cõclusione nomine libelli, de prohi. feu. alie. per Fred.* ita nec potest dare in emphyt. ut est magis communis secundum *Curti. latissime de feud. 4. par. nu.* 91. contra *Ioan. Fabr. in dict.* §. *adeo.*

Quinto ex prædicta resolutione palam 8
est, quod sicuti emphyteusis sui natura est perpetua *d.* §. *adeo insti. loca. Iason. d. l.* 1. *C. isto tit. nume.* 6. ita quoque libelli cõcessio per instrumentum facta, in qua non est appositum tempus in dubio censetur perpetua, ut ait *Bald.* reputans multum

notan-

notandum in cap. 1. col. 2. de aliena. feu. per text. ibi quem notat post *Iacob. de Bella perti*, sequitur *Jason. d. leg.* 1. *C. isto tit. numer.* 40. *Feli. consi.* 25. *numer.* 6. *Pariſi. consi.* 77. *numer.* 12. *libr.* 2. ubi multa alia scribit in materia contractus libellarij.

9 Illud non præteream quod *Franci. Conan. in comment. jur. civil. cap.* 12. *ad fin.* existimat illum esse contractum libellarium, qui & censualis appellatur. Sed longe fallitur cum ex censuali transeat etiam directum dominium, quod nō est in libellario, & errori causam præstitit, quod ipse etiam opinatur ex contractu censuali non transire dominiū directum ad eum cui fundus datur, cujus cō. trarium tenet cōmunis, ut diximus *quæ.* 32. *nu.* 27. & duntaxat apud Gallos defendi poterit quod ipse dicit juxta suum morem cō. trahendi per censum.

10 Addē insuper, quod libellarius contractus sub generali nomine locationis veniebat jure feudorum, sicut, & emphyteusim veteres locationem vocarunt, quo. usque proprius contractus factus est, ut *in §. adeo inſtit. locat.* quemadmodum eleganter advertit *Ægin. Baro. cap.* 1. §. *donare, in tit. qual. olim feu. poſſ. aliena. pag.* 52.

11 Sed quare libellarius contractus sic appellatus sit, quæritur? & videtur dicendum ex eo, quia fit sub viliſſima duo. rum donationum pensione perpetua vel temporali, ut *in dict. §. donare, & in cap.* 1. *de alien. feu. & Afflict. in dict. §. donare num.* 31. *Pariſ. de reint egr. feu. fol.* 101. *num.* 12. *col.* 2. *& fol.* 150. *col.* 4. Cæterum Ro. mani viliorem pecuniam, libellam censum, numum appellabant, libella etenim quanvis esset argentea, non plus libra eris, i. asse valebat: ut adnotat *Bude. Cicer.* 3. in Verrem, *ecquis Volcatio unam libellam dediſſet, ſi ſua ſponte veniſſet?* & pro Roscio Come, *ſi petierit S. H. ccciiij hic niſi planū facit ſeſtercia, ccccliij ad libellā ſibi deberi, cauſam perdit*, hoc est, si unum denarium minus solvat, causam amittet: explicare eleganter *Franc. Conan. dict. cap.* 12. *in fin.* explicat etiam dupliciter his nō relatis *Covar. in lib. de colla. numiſmatū cap.* 2. *pag.* 286. *col.* 3. ver. erat, & apud veteres, &c. Potest etiam dici libella, hoc est, mensura tritici, quæ uno die sufficere possit ad victum, ut accipitur *in leg. judi. Codic. de epiſ. audi.* sicut, & apud Græcos chænix erat sexquilibra pertinens ad astimationem victus diurni, ut adnotavit *Andr. Alcia. in libr.* 1. *Parerg. cap.* 17. & quia hujusmodi pensio solebat pro tali contractu dari, ideo libellarius forsan nuncupatus est, quicquid alij dicant. Et ex prædictis intelliges non esse hunc contractum appellandum libellarium (ut multi male pronuntiant) sed libellarium per B. Aliqua de eodem contractu tradit *Pariſi.* 23. *lib.* 5.

Quæstio XXXVI. De contractu perpetuario.

PErpetuarius contractus, & perpetuarij coloni dicuntur (teste *Alcia. lib.* 1. *Parargon. cap.* 37. qui fundum à Principe, vel à Republica conductum certo canone in vitam suam habent, vel etiam ea lege, ut alios transferre possint, ut est *text. leg. final. Codic. de loca. prædio. civil. lib.* 11. meminimus, *& nos ſupra quæſt.* 29. *col. pen. ab emphyt.* colonis non multum distant, *leg.* 1. *Codic. de offic. comi. ſacr. pala.* nisi in eo, secundum *Alcia.* quod emphyteuta ex natura contractus consequitur utile dominium *leg.* 1. *ff. ſi ager vectig.* & rem sterilem, & infructuosam meliorandam suscipiat, ut traditur, §. *adeo inſt. locat.* at perpetuarij non consequuntur, nisi jus conductionis: in quo labi videtur *Alcia.* nam, & hi perpetuarij utilem in rem habent *dict. leg.* 1. *ut diximus dict. quæſt.* 29. Melius ergo dicas cum *Franciſc. Conan. in lib.* 7. *juris civil. cap.* 12. *numer.* 2. jure perpetuarios colonos, & emphyteutas, ulla in re non differre, quia emphyteusis nonnisi super prædijs sterilibus, & incultis initio solebat constitui, & à privatis, at conductores perpetuarij in publicis fundis ab initio constituebantur, sive culti, sive inculti agri essent, qui, & vectigalarij fundi dicebantur, quod postea, & in

privatis usurpatum est, voluit etiam *Pra. in lex. verb. perpetuarij.* Hanc autem originis differentiam non videtur assequutus *And. Tiraq. in lib. 1. de retract. §. glos. 14. numer. 84.* ubi in omnibus perpetuarios colonos, & emphyteutas æquat.

SUMMARIA.

1 *Coloni, aut fiunt, aut nascuntur.*
2 *Coloni perpetui facti ex mendicantibus validis. Et declarata l. unica, C. de mend. val. lib. 11.*
3 *Coloni adscriptitij qui & declarata l. cum scimus, C. de agricol. lib. 11.*
4 *Adscriptitij coloni in quibus differant a servis. Et declarata l. fin. C. de agric. lib. 11.*
5 *Servi quomodo per matrimonium á servitute liberentur.*
6 *Adscriptitij an in divisione personarum servis annumerentur.*
7 *Adscriptitij an testari possint, & an esse testes, vel stare in judicio.*
8 *Exemptio á servitio domini an præscribatur, etiam per centum annos si eo usus non est, quia casus non occurrit.*
9 *Adscriptitij an hodie in usu sint apud nos.*
10 *Adscript. glebæ reputatur res immobilis, cætera autem animalia non sic, licet sint terræ adscriptitia.*
11 *Rex an possit vassallos suos liberos & demaniales facere adscriptitios, alicui villæ & ita villam vendere.*
12 *Censiti coloni qui dicantur.*
13 *Coloni colonariæ conditionis qui dicatur.*
14 *Colonarius contractus quis?*
15 *Originarij coloni qui?*
16 *Inquilini censiti qui?*
17 *Coloni simplices qui?*
18 *Rusticani qui?*
19 *Colonorum plures aliæ species.*

Quæstio XXXVII. De varijs modis colonorum.

OCto colonorum species constituerunt *Accursius & Azo. in summa in Rub. Cod. de agricol. & censit. lib. 11. Alvar. in probæ. feud. col. antepen.* (non intelligas illorum colono, de quibus agitur *in tract. de locat. & conduc. C. & ff.* sed eorum qui sunt censitæ conditionis, nempe qui censum vel fructum dantes dominis, conductione colonaria tenentur, & eorum nomine, domini, censum fisco pendunt, atque in censum referunt) ¶ Coloni (ut ipsi aiunt, & sequuntur, reliqui) aut fiunt, aut nascuntur, fiunt vel in præsenti, vel sub uno quasi contextu per aliquem absque aliqua solemnitate ut mendicantes validi, adscriptitij, fiunt etiam temporis longissimi meta, ut illi qui dicuntur colonariæ conditionis, nascuntur autem, ut ij qui ex adscriptitijs progeniti sunt, & tales vocantur Originarij, eo quod non suo facto sed occasione patris, vel matris, quia ut alias dicitur uvas acerbas comederunt, (sunt ea conditione legati. Videamus ergo de singulis.

Et in primis fiunt coloni perpetui, & in dominium capientis transeunt, ij qui cum essent validi integritate corporum & robore annorum, fingentes malis artibus, & medicamentis se esse fractos, & debiles, nulla necessitate mendicant palam, qui enim privatus eos suspexerit, & prodiderit, & validos esse probaverit, dominium eorum consequitur, si sunt servi, vel jus colon. perpet. & adscriptitij, si sunt liberi, ut est text. qui ita debet intelligi secundum communem sensum *in l. una C. de mendic. validis lib. 11.* differunt autem isti coloni ab alijs adscriptitijs, & censitis, quod isti quandiu vivunt servire tenentur, & non ejus filij cæterum illi, & ejus lib. perpetuo sunt oblig. *l. diffinimus, C. de agri. & censit. l. 11. secun. And. Bartol. & Pla. d. l. una num. 4.* (& est casus mirabilis in quo ingenuus sine aliqua præscriptione, & solemnitate efficitur colonus perpetuus alterius, & similiter servus alienus, quia negligens dominus permisit eum mendicare, transit in dominium delatoris) & ita intelliges *d. l. unicam, quanvis Hostien. in Rubr. de nat. ex li. vent. nu. 3.* aliter originem istorum qui de mendicantibus validis facti sunt colo. perpetui, explicuerit, hic autem modus perpetui coloni non est apud nos in usu, sicut nec *in reg.*

Franc.

Franc. ut ait Guillie. in cap. Raynu. verb. & uxorem num. 462. qui ait satis esse, si illi publicas fraudantes eleemosinas, expellantur, licet *ex consi. beati. Greg.* omnes admittendi sint, ne boni repellantur.

Alij sunt coloni adscriptitij, qui gratis vel pro pretio domino soli promittunt, se nunquam solo discessuros, & prædiorum annuos reddituus, propter fundum, & victum redditurios, l. *cum satis, l. colonos, C. de agricol. lib.* 11. l. 2. *C. in quib. cau. colo. eodem lib.* l. *quicunque, C. de re milit. lib.* 12. *l. siquis, C. Episc. & cler. l. si quis inquilinos* ibi, *sive prædijs quibus adhærent, ff. de leg.* 1. *explicat optime D. Covar. cap. quamvis pactum* 2. *par.* §. 1. *col.* 3. *de pact. lib.* 6. *Mantua. lib.* 6. *observa. capite.* 6. Hos autem *Iustinianus Novella.* 22. vocat. horum conditio adscriptitia *l. final. Codic. de ir. infact. l. possessionum, C. communia utriusque judic.* tradit *Petr. Pratey. in lexico jur.* verbo, *adscriptitij*, & appellantur isti membra terrarum, ac censentur res immobiles, sicut ipsa terra, *l. longe. ff. de diver. tempor. præscri. not. glo. l.* 1. *C. de serv. fugit. Plate. l. cum satis nu.* 3. *C. de agric.* adeo quod pro rebus immobilibus habentur, §. *velut. Auth. de non alie.* & eorum appellatione veniunt, unde legata, vendita, vel donata terra, ipsi quoque cum sua sobole censentur alienari, & translatis terram sequentes quocunque vadat: & inde est quod quanvis paganis non liceat habere Christianum mancipium, l. 1. *C. ne judæ. Christi. mancip.* tamen tales christianos adscriptitios habere possunt, quia tanquam fundi partem habent, & terræ serviunt non personæ, atque ideo non possunt eis uti ad aliud quam ad agriculturam *cap. multorum, de judæ. Guilliel. in cap. Raynutius*, verbo, *& uxorem. num.* 365. Quia vero ex hac obligatione magnum insurgebat præjudicium, propter mutationem status libertatis, in speciem quandam servitutis, *l. ne diutius, C. de agricol.* statutum est ne sufficeret sola confessio in jure non in figura judicij liberalis causæ, vel extra jus, qua quis se adscriptitium meum confiteatur, nec item valeret sola scriptura privata, vel publica, qua quis ipsum enuntiative confiteretur, & in hujusmodi servitutis ergastulo se poneret, sed adhuc alijs argumentis, & adminiculis deberet hæc adscriptitia conditio comprobati per text. qui ita statuit in *leg. cum scimus, C. de agricol. libr.* 11. *secundum intellectum Marti. de Fano. Ana. de Barulo. Bart. Plat. Relus.* & aliorum ibi intelligentium, illam legem procedere, in confessione, vel scriptura, qua quis recipiendo terras alicujus colendas, enuntiative se alterius adscriptitium proposuit, quem intellectũ transcribendo prædictos, tradit *Guilliel. ubi supra decis.* 5. *ex numer.* 425. ubi idem ait in confessione judiciali enuntiative facta, ut quia cum ageretur contra aliquem tanquam contra adscriptitium de pensione solvenda, ipse confessus est se pensionem debere: nam non convincitur ex eo esse adscriptitius; cum de hoc non ageretur principaliter, sed de solutione pensionis, juxta *leg. interrogatam, C. de libera. can.* Quæ omnia licet in se vera esse agnoscam attamen communem sensum ad *dict. leg. cum scimus*, non possum probare, quia in ea lege nullam mentionem fieri video de verbis enuntiativis in scriptura, seu aliàs *leg. si servum*, §. *prætor ait, versi. non dixit Prætor, ff. de acqu. hær.* nec credendus est legislator de verbis enuntiativis dubitasse, an per se solam efficaciam juris haberent ad probandam adscriptitiam, i. servilem pene conditionem, & causam status; cum regulare esset, verba enuntiativa ad aliud, juris effectum non habere, ut traditur *in l. ex hac scriptura, per Bart. & Soci. Iuni. in Rep. ff. de donat. & scribent. in leg. Titia. cum testamento, in princip. ff. de leg.* 11. *Deci. cons.* 213. *ad finem numer.* 9. *late Jason. cons.* 101. *libr.* 3. *& cons.* 155. *libr.* 4. *Paris. cons.* 82. *numer.* 75. *libr.* 1. *& cons.* 5. *ex numer.* 214. *libr.* 4. *Afflict. decis.* 83. *numer.* 5. *Addit. ad Capel. Tholos.* 211. *latissime Aymon. de antiq. temp. 1. par. ex n.* 3. *usq; ad n.* 96. Ut igitur ille text. de dubio serviat, & legislatore decisionẽ dignã afferat, intelligendus est decidere, quod, & si solemnis sit cõfessio, solẽnis item scriptura, solem-

solemnis etiam promissio, qua quis adscriptitiæ conditioni se adstringat, ex his solis adscriptitium statum, & obligationem non probari, propter rei gravitatem, & hominum promittentium præsumptam simplicitatem (quas rationes cumulat *Rebuf. dict. leg. cum scimus num.* 11. & 12.) sed cautius ratione periculi agendum fore, ut etiam alia argumenta, & adminicula probationum addantur, puta quod tanquam talis pensionem domino consecutive, & continue solveret 30. annis, ut per *glos.* 3. verbo increméti *in d. leg. cũ scimus. leg. cum satis*, §. 1. *C. de agric. leg. nec si volens*, C. *de libera cau.* vel quod solvat censum, ut alij adscriptitij, ut per glo. *dict.* leg. *cum scimus* verbo; *adscriptione*, vel quod alia secunda confessio ex intervallo emanent. *dict. leg. cum scimus, ver. sin autem leg. una C. de plus petit*, vel secunda scriptura in judicio vel extra, *ut dict. leg. cum scimus, vers. quod enim, & per glo.* ibi verbo, *legitimis*, & hæc mihi videtur intentio illius leg. *cum scimus* ut patet, ibi *tunc ex utroque genere obligationis*, atque hujus opinionis videtur mihi *Accursi. d. l. cum satis vers. cum autem*, ubi scripsit pactionem, qua quis se solo adstrinxit, non obligare, nisi sequuta sit 30. anno. præscriptitio, quanvis *Bart.* & alij superius citati intelligant Accursium loqui quando pactio non fuit stipulatione vallata, quasi tunc exigat ulterius tanti temporis curriculum, certe Accursius non ita loquitur, & hujus nostræ opinionis videtur esse *Gofre. in d. leg. cum scimus, & Hostien. in sum. de nat. ex libr. vend. in Rubr. de agricolis numer.* 1. cum ait ad adscriptitiam conditionem producendam esse necessario duplicem scripturam, alteram qua quis promittat se à gleba nunquam discessurum, alteram qua id rursus confiteatur, voluit quoque *Massuerius. titul. de confess.* §. *item sola confessio. Panor. cap. judicatum. de immu. eccl.* huic etiam sententiæ accessit tandem *Guilliel. dict.* verbo, *& uxorem numer.* 432. *vers. imo plus* dicunt aliqui, & *numer.* 436. dum ait simplicem confessionem quomodocunque factam, nec etiam solam constitutionem, licet solemni stipulatione vallatã, & dispositive ac principaliter factam, non inferre præjudicium isto casu, nisi ulterius aliquis sequatur actus executivus, & correspondens tali confessioni vel stipulationi, & ita inquit se credere *Bart.* intellexisse *in dict. l. cum scimus*, & ut quoq; *Guid. Pap. decis.* 315. *incip.* sed juxta, ubi eodem intellectu præmissio *ad dict. l. cum scimus*, determinat eleganter, si quis recognoverit se & liberos suos esse homines taliabiles alicui nobili, hujusmodi recognitionem, & confessionem solam nihil quidquam nocere, nisi talis recognitio alijs argumentis & actibus illi respondentibus, & ipsam coadjuvantibus confirmetur, utpote per homagij præstationem, aut taliarum solutionem, ex sententia *glos. l. sed si volens*, *Cod. de lib. cav.* & quæ tradit *Ioann. Fabr. §. æque, col. 5. inst. de act.* Ex quibus concludo intellectum *Bart.* & cõmunem *ad d. l. cum scimus*, ut loquatur de verbis enuntiativis circa adscriptitiam conditionem, minime illi legi, & rationi convenire. Et inde etiam sequitur non esse verum aliud pronuntiatum *Bart. Plat. Rebuf. & omnium in d. l. cum scimus* ex eo text. deductum, quod licet verba enunciativa regulariter non obligent, obligabunt tamen, si fuerint geminata, virtute geminationis, quam traditionem probavit *Ias. ex his verbis, limit.* 1, *col.* 2. *C. de test. mil. Aym. de antiq. temp.* 1. *par. num.* 50. *vers. nos videmus, ubi, citant alios, Feli. quoque in cap. si cautio num.* 39. *de fide instr.* hoc etenim non deducitur *ex dict. l. cum scimus*, quæ de confessione enunciata tantum non loquitur, sed de vera, & alias efficaci confessione, quam tamen jus eo casu pro sufficienti non habet, propter gravitatem illius negotij, quo quis pœnæ servum se facit, cum liber sit, & confessionem contra naturam emittit, §. *servitus inst. de jure perso. text. dict. nec si volens l. libero C. de lib. cau.* Quod autem inter servos, & adscriptitios pene nulla sit differentia apparet manifeste, quia servus potest vendi, cum vel sine peculio *l. diutius, C. de agri.* adscriptitius autem nunquam

sine

sine solo, leg. 2. *C. de agric.* Item adscriptitij etiam contra domini voluntatem in possessionibus, quibus adscripti sunt ordinari possunt, ut in adscriptitios *in Auth. de sanctiss. Episcopis*, servi autem non possunt, ut notat, *in cap.* 1. *de servis non ordi.* Rursus nota quod adscriptitij, & sciente & tacente domino contrahentes matrimonium, non liberantur adscriptitia servitute, & mulieres liberæ cum his adscriptitijs contrahentes libertatem non perdunt ipsæ nec posteri eorum, qui matris conditionem sequuntur, possunt tamen (secundum jus civile) domini adscriptitios ab uxoribus abstrahere si velint, & eos moderata castigatione (si judicis copia desit) corrigere, ut est text. not. *in leg. final. Codic. de agric. libr.* 11. cui adde quod si dominus dotalia instrumēta in hujusmodi matrimonio conscripserit, vel tanquam liberum tradiderit adscriptitium matrimonio, vel præsens sit, nec adscriptitiam conditionem mulieri contrahenti, & ignoranti revelaverit, vel sciens matrimonium cum suo adscriptitio contrahi ex studio subticuerit his casibus absque dubio adscriptitius cum matrimonio libertatem consequetur: nam, & in alijs servis id ita constitutum est per text. *in l.* 1. *§. sed, & siquis, & in Auth. ad hæc, de lati. liber. tol.* & in corpore *Auth. de nuptijs §. si vero ab initio column.* 4. scribentes communiter *in cap.* 1. *& ulti. de conju. servi. l.* 1. *ad fin. tit.* 5. *par.* 4. & ita solet judicari. Ex quo (ut hoc obiter sed utiliter dicam) debet suppleri text. & quæ ibi traduntur *in d. l. fin. & Hosti. ubi supra*, & quæ scribunt *glos. & Abb. numer.* 7. *in dict. cap. ulti.* & idem *Abb. c. illud numer.* 11. *de præsump.* ubi dixit (licet sub dubio forte) quod si dominus est præsens matrimonio servi sui, & tacens, per hoc consequitur ille servus libertatem, cui concinit, *l.* 5. *tit.* 22. *par.* 4. debet enim intelligi [licet *Greg. dict. l.* 5. non dixerit) in servo contrahente cum libera ejus conditionem ignorante, & domino ex studio servilem conditionem tacente, juxta dispositionem *text. in d. §. si vero ab initio, & dict. l.* 1. ut bene explicuit *D. Cavarr. de sponsal.* 2. *cap.* 3. §. 7. *colu.* 2. *vers. secundo hac in re.* alias scientia, & patientia domini circa matrimonium servi sui, non præstat illi libertatem, cum ipse nequeat matrimonio contradicere, ut *cap.* 2. *de conju. serv. l.* 1. *tit.* 5. *par.* 4. & fallitur passim vulgus qui ex sola scientia; & patientia domini non contradicentis matrimonio servi sui, præstitam libertatem credit, cum id non procedat, nisi cum dominus ex studio tacet, & non contradicit, ut *in dict. Auth. ad hæc.* ¶ An autem adscriptitij coloni (ut ad eos redeamus) in divisione personarum servis annumerentur, vel liberis hominibus? Quæstionis est ambiguæ, nam glos. *Fabr. Ang. Pla. Clau. Ferra.* & communis *in §. servitus instit. de jure person.* cum liberis hominibus ponit, & communem esse opinionem, testatur ibi *Silvest. Aldobam. numer.* 29. ubi eam octo argumentis confirmat. Sed ipse contra communem sex alijs argumentis contrarium verius esse contendit. Veritas tamen est quod sunt servilis conditionis, sed non sunt servi, ut per *glos. notat. in dict. l. ne diutius, & Afflict. libr.* 3. *const. Rubr.* 2. *num.* 1. & inde est, quod inter servos adscriptitios, & qui sint de eadem familia testari possunt, sed non inter alienos arg. *l. cognovimus, Codic. de hær. & l. siquis, Codic. de inces. nupt. not. glos. l. fin. Codic. in quib. caus. colon. resolvit Azo. in Sum. Codic. de agric. Host. in sum. de nat. ex libr. vent. §. hic fecimus colū. 2. in prin. glos. & Plat. dict. l. cum satis §. 1. in fin.* juxta quod debet explicari *Afflict. libr.* 3. *const. Rubr.* 3. *col.* 2. qui non distinguit. *Ioan. Fab. d. §. servitus numer.* 2. *inst. de jure pers.* ¶ Adde etiam quod testes in judicio esse possunt, ut per glos. *Auth. si servus, Codic. de testi.* & in judicio consistere adversus omnes præterquam contra dominum, ut præsupponitur *in dict. l. fin.* ipsi autem si conveniantur, & cōdemnentur, fiet executio adversus dominos in peculio ad instar monachi *Auth. causa, Codic. episc. & cle.* dominus enim tenetur de peculio, ut *d. l. fin. & d. l. ne diutius Faber. d. §. servitus col.* 2. Filij autem horum adscriptiorum, adeo eorum conditionem sequuntur, quod, & si per 30. annos steterint quod

terram

terram non colant, non ideo ab adscriptitia conditione liberantur, si modo patet eorum tempore vitæ suæ satisfecit culturæ, ut est text. nota. *in dict. l. cum scimus*, §. 1. quo argumento dicunt ibi & utiliter in praxi *Bart. Rebuf. num.* 3. & *alij scribentes*, quod qui tenentur alicui 8 civitati vel victualibus aut militibus, etiam si per centum annos steterint quod hoc non fecerint, quia non fuit necessum, non per hoc præscripserunt libertatem ab illo servitio, pro quo videtur casus in *leg.* 3. ubi not. *Rebuf. Cod. de decur. omnibus lib.* 10. Idem in vassallo, ut non præscribat libertatem, etiam per mille annos adversus dominum, qui ejus servitio usus non est, quia casus non occurrit, voluit *Ioan. Andr. ad Specul. in Rubr. de feud. Imol. & Abb. col. fin. in cap. ad audientiam, de præscri. Iason.* late *in l. beneficium num.* 55. & 56. *ff. de const. princ.* qui tamen non meminit text. *Bar. & aliorum in d. l. cum scimus* §. 1.

9 Sed ut de adscriptitijs finem faciamus eorum usum non esse apud nos receptum palam est, & prohibentur *lege Regia lib.* 2. *tit.* 46. *in nov. lib.* 4. *tit.* 42. quasi amentiæ plenum videatur, ut quis libet natus se servum efficiat, *leg. nec si volent., Codic. de liber. caus.* id enim contra naturam est, ut in alleg. §. *servitus.* (Sicuti nec hodie moribus Christianis admittitur, ut quis se vendat ad pretium participandum, licet jure civili admitteretur, ut not. §. *servi. inst. de jur. perso.*) quamvis in Francia in plerisque locis fieri dicat *Guilliel. d.* verbo, & *uxorem num.* 427. ut quidam capiant villagium, aut terram, in perpetuũ: adscriptitiæ conditioni se submittendo, & non esse modum novum, sed invetteratum à temporibus *Iulij Cæsaris*, *qui in cõment. de bello Gallico lib.* 6. inquit plerosque in Gallijs, cum aut ære alieno aut magnitudine tributorum, aut injuria potentiorum præmebantur, sese in servitutem dicare nobilibus, & in eos eadem omnia fere esse jura, quæ dominis in servos. Alibi vero *Afflict. in d. lib.* 3. *consti. Rub.* 2. *col. fin.* ait in illo Regno, Villanos adscriptitios paucos reperiri, quia Rex est dominus personarum. ¶ Non existimes autem eos qui se obligant perpetuo ad servitia personalia adscriptitios posse appellari, quia longe diversi sunt, hi etenim glebæ adstricti, sunt partes fundi, & computantur inter immobilia, ut supra dixi, & probatur, *l. jubemus, Cod. de sacrosan. Eccles.* traditur *in cap. sciendum, de feud. cog. & in l. siquis inquilinos, ff. de leg.* 1. ex quo est notandum, quod homo glebæ annexus reputatur res immobilis, bos autem atque cætera animalia, licet sint instrumenta fundi, non reputantur inter immobilia, ut consideravit *Bald. in l.* 1. *versi.* 3. *oppono, Codic. de serv. fug.* meminit *Afflict. dict. lib.* 3. *Rubr.* 3. *col.* 2. At illi qui perpetuo se obligant ad aliquod servitium annuatim, nulli terræ sunt adscripti, sed personali obligatione tenentur, videt autem talis obligatio, & vassallagium, absque eo quod à domino aliquid habeant in feudum, ut probatur *in cap. grandi*, verbo, *ex pacto, de supl. negl. prel. lib.* 6. *l. cum satis*, C. *de agric. & alijs juribus* per *Specul. de feu.* §. *quoniam versi.* 5. *quæritur*, *notat Afflict. dict. Rubr.* 3. *num.* 11. ubi declarat secundum consuetudinem sui regni. An vero Rex possit vassallos suos liberos & demaniales una cum villa vendere, vel alienare, & 11 facere ipsos adscriptos dictæ villæ, & subinde quod teneantur ad servitia, tradit *Luc. l.* 1. *C. de captivi. civi. lib.* 11. *Afflict. dict. cap.* 1. *verbo, Angariæ*, quæ sint regal. ad quem locum se remittit *in dict. Rubr.* 2. *num.* 2. apud quem de adscriptitijs reliqua videbis, & fere per omnes *leges tit. C. de agric. lib.* 11. *adest, l.* 9. *tit.* 4. *par.* 5.

Alij sunt coloni censiti de quibus egi- 12 mus *supr. quæst.* 32. *num.* 5. tradit quoque *Guilliel. verb. & uxorem n.* 406. ubi sequendo communem, ponit differentias inter censitum, & adscriptitium: quas hic non repeto adde *Gofred. in libellis pagin.* 158. sed addo nomen istud censitorum aliquando large accipi, & adscriptitium comprehendere, *l. dominus C. de agric. l.* 2. *Cod. in quib. caus. colo.* in quo titulo de istis agitur & per *Hostis. de nat. ex lib. vent. num.* 3.

Sunt

Sunt alij coloni qui dicunt colonariæ conditionis, seu coloni conditionales, de quibus intelligitur *Rubr. Codic. de agricol. & censit.* & colonis de quibus *Gofre. ubi supr. pagm.* 3. & dicuntur illi qui prævia scriptura, vel confessione non solemni, de colendo agrum in perpetuum postea per 30. annos agrum illum tanquam coloni coluerunt, fiunt enim ex lapsu tanti temporis conditionis colonariæ: licet liberi maneant, & eorum filij, non tamen habent facultatem, terra derelicta, in alia loca migrandi, sed manent colonariæ conditioni alligati, licet filij toto eo tempore culturæ non inserviant, ut est text. qui peculiariter loquitur de ijs colonis colonariæ conditionis *in leg. cum satis, §. cum autem, C. de agricol. ubi notat. Plat. & omnes.* Sed confestim dices, nihil hos differre ab adscriptitijs, cum tamen uti diversos eos nominet, *leg. nemini, C. de episc. aud.* & sane in multis differunt. Adscriptitij enim liberantur per 40. annos ab adscriptitia conditione *dict. cum satis, in princ.* & ibi *glos.* verbo sobole Colonariæ vero conditionis homines per 30. *leg. cum scimus, §. illud.* à contrario sensu, juncta *glos.* verbo *in fundo.* Item isti colonarij per præscriptionem non mutant statum, cum semper liberi sint, quoad naturam, licet non quoad culturam agri, ut *d. §. cum autem.* cæterum adscriptitius quasi efficitur, *leg. ne diutius. §. si quis colonus* patrem *leg. diffinimus. eod. tit.* Item colonus sequitur conditionem patris *d. leg. diffinimus* adscriptitius vero matris *d. leg. ne diutius* tradunt *Plate. & Rebuf. d. §. cum autem* quos addito. ¶ Nec existimes hujusmodi colonos esse illos qui ex contractu colonario efficiuntur; nam contractus colonarius est alius longe diversus. Et dicebantur olim, quando quis domum valentem centum solidos, & præstantem pensionem solidos decem, accipit ab ecclesia, & dat pro ea solidos centum, seu amplius, aut certe minus, & quasi jam de propria agravat se dare singulis annis, quasi pensionis nomine, solidos tres, & qui ita accipit appellatur parochus, & ipsam domum sub tam vili pensione perpetuam, & ipse, & hæredes ejus possidebant, ita ad litetam describit istum contractum *Justinianus in §. lex itaque talia, in Auth. de non aliena. col. 2.* quem contractum, tanquam ad inventum ad circunventionem Ecclesiarum ibidem reprobat, meminit istius contractus *Bald.* (licet non declaret) *in cap. 1. §. aut. si libellario col. 2. vers. sed interdum quib. mod. feud. amit. tit. 5.* & de hoc forsan intellexit *glos. in leg. male agitur, verbo, possidentibus;* ibi *item colonum,* ubi *Bald. C. de præscript. 30. ann. Jason. remissive in leg. 1. numer. 40. C. isto tit.* Aliter autem (immemor text. in *d. §. lex itaque*) explicat contractum colonarium *Franc. Conan. in commen. juri. civil. lib. 7. cap. 12. numer. 12.* inquiens celebrari, quando prædium datur ad perpetuam rentam, citat *Ioann. Fabr. §. adeo inst. loca. qui. numer. 9.* non loquitur de contractu colonario, sed duntaxat de locatione ad longum tempus inquit enim, illis concessionibus, loco tibi talem fundum ad talem pensionem perpetuo, vel trado tibi perpetuo talem fundum, vel talem domum sub tali pensione, veram esse locationem ad longum tempus, nisi contrahentes id agant, ut sit emphyteusis, vel habeat substantialia ad emphyteusim, quibus casibus, secundum ipsum, procedit text. *in d. §. adeo.*

Reperiuntur item jure alij coloni, qui dicuntur originarij, ita vocati, quia ex superioribus colonis glebæ addictis, & quasi servis sunt orti, & eorum conditione ligati, *leg. diffinimus, leg. cum satis, §. ex hoc, leg. ne diutius; C. illo tit. de agricol.* & ibi communiter scriben. & *Guilliel. in d. verbo. & uxorem numer. 411.* & sunt isti originatij, sive inquilinis censitis, ut *d. leg. diffinimus,* & ibi *Plate. adde Covar. cap. quavis 2. par. §. 1. nu. 2. de pect. in 6. Gofred. in libell. pag. 360.*

Sunt enim quidam qui appellatur coloni censiti, qui ipsum fundum habitant, & colunt, alij inquilini, qui etiam colere agrum perpetua sunt obligati, & alibi habitant, ut in suburbijs, ut docuit *Accursius, post. Glossato.* antiquos *in d. l. diffi.*

l. *diffinimus in glos. 2. vers. tertij. dicunt*, & ibi sequuntur *Plate. Rebuf. Pyrrhus, & alij. Guilliel. in loco jam citato nu. 412.* licet *glo.* non meminerit adde *Covar. & Gosr. ubi supr. pag. 361.*

Alij sunt simplices coloni, liberi homines ad tempus fundum conducentes ad colendum, de quibus *leg. 1. leg.* per colonos, *Co. l. de agricolis*, & sub simplici appellatione colonorum veniunt isti, nisi alia qualitas adscripti, vel censitæ, aut alia similis adjungatur, secundum *Paul. l. fi. C. de agric.* & horum colonorum quidam sunt partiarij, alij conductitij, de quibus suis in locis egimus, memorat etiam *Guillie. d.* verb. *& uxorem n. 460.*

Postremo, *Accurs. in d. Rubr. Codic. de agric.* memorat rusticanos qui ruri stant, de quibus *in tit. Codic. ne rustican*, ad ullum obsequium devoveantur, & *in Auth. ut nullus agricola*, &c. explicat quoque *Guilliel. ubi supr. numer. 463. cum sequent.* Sed non est differens species colonorum, imo sub appellatione colonorum, simpliciter veniunt, & quanvis *Accurs. in d. Rubr. variet* modo tria genera colonorum, modo duo ponens, parum refert, dummodo, qui sint, vere dignoscantur. De colonis autem Palestinis, Thracensibus, Illiriacis, de quibus agitur *in tit. 50. 51. & 52. in libr. 11. C.* hic non ago, constituunt enim distinctas species, secundum mores illarum regionum, & sic diversas qualitates habent, quarum fit mentio in illis titulis, ubi plenius videre est.

Vltra suprascriptos adducit *Gosred. in lebellis. Rub. de offici. judicis*, quod subvenitur censito, *pag. 361.* plures alias species subditorum, videlicet quosdam, qui appellantur, reddentes, qui nihil aliud domino conferunt, nisi solum redditum gallinarum, porcorum, agnorum, vel quid simile; Alios qui appellantur manentes, quia in solo alieno manent in villis, & per 30. annos dominus ab eis manentibus recipit certa servitia. Quosdam angarios, qui servitia faciunt proprijs expensis, puta tot jugera vel operas qualibet hebdomada. Quosdam, parangarios, qui dant pictas operas, & ultra hoc solvunt etiam redditus pro patrimonio. Quosdam, recomendatos qui se subjiciunt patrocinio alterius, & ejus tutellæ, & pro hoc obligant se ad aliquod servitium, vel aliquid solvendum. Addit (sed improprie) *Alvarot. in prob.e. feud. col. antepe.* esse quosdam alios nuncupatos obsides, id est, obligatos pro hostagio, ut per *Imo. in cap. ex rescripto de jurejur. leg. obsides. ff. de testamen.* Alios, vero esse homines de mansata, qui dicuntur, quando dominus dat illis mansum cum diversis possessionibus, & illi se faciunt homines illius domini, & obligant ad certum servitium, dicuntur autem de mansata ratione mansi, & possessionis, & personæ eorum liberæ sunt, ut mansum si velint dimittant, *Speculator de feud. §. 2. vers. sed nunquid homo meus*, dicit esse de mansata quasi de familia. *Mansus autem* est fundus terræ duobus bovibus ad laborandum sufficiens *Zazi. de feud. pag. 61.* Et hæc retuli ad plenam materiæ cognitionem, bene agnoscens, plures ex istis non dici colonos, nec inquilinos, aut emphyteutas, sed homines diversimode alijs subditos, ut ex prædictis constat. Leges autem de re rustica, quas edidit Iustinianus huic loco bene consonas, vide apud *Franc. Baldui. I. C.* qui eas eleganter ex Græco transtulit.

SUMMARIA.

1 *Feudi diffinitio declarata.*
2 *Feudum transfert utile dominium.*
3 *Feudum, an contractus nominatus.*
4 *Feudū an possit alienari sine domin. cōsensu.*
5 *Feudum an per alienationem irrequisito domino, amittatur ipso jure.*
6 *Feudatarius an de feudo possit testari etiā pro anima.*
7 *Feudatarius an possit subinfeudare.*
8 *Feudatarius an ad modicum vel longum tempus possit locare.*
9 *Feudatarius an ex causa necessitatis possit alienare sine domini consensu.*
10 *Feudum an per alienationem irrequisito domino factam amittatur, si non sequatur traditio, & quid si statim recuperet, & quid in emphyteusi nu. 11.*

12 *Feuda. an regulariter sint dividua, & quomodo dividantur.*
13 *Lex Regia libr. 4. tit. 77. §. penul. in nov. tit. 96. §. 23. declarata.*
14 *Vendalem rem, esse negans, aut emphyteuticam, an cadat.*
15 *Ignorantia facti, vel juris, an excuses alienantem feudum, vel emphyteusim.*
16 *Feudi dñus, an possit investire filiã vassali, omissis masculis, & quid in emphyt.*
17 *Feudum vel emphyteusim finitam, an teneatur dominus renovare.*
18 *Feudatarij, an rem feudalem possint inter se dividere.*
19 *Cap. unic. de filijs nat. ex matri ad morga. an habeat locũ, tam in feudi, quã emphyt.*
20 *Feudum, an quilibet possit constituere, & an emphyteusim.*
21 *Feudum, an sit contractus stricti juris.*
22 *Feudatarius, & emphyteuta, an cadant propter deteriorationem rei.*
23 *Emphyteusis, & feudi cã clausula, & quibus dederit, an trãseat ad extraneos hæredes.*
24 *Feudum, & emphyteusis, an possint refutari, invito domino.*
25 *Subvassallus vel subemphyteuta alienantes, an teneantur requirere consensũ primi domini.*
26 *Soli vassallum, an possit dominus expellere propria authoritate.*
27 *Æstimationis feudi, vel ẽphyteusis emptæ an habeatur ratio in divisione hæreditatis.*
28 *Usufructum, an habeat pater in bonis feudalibus, & emphyteuticis filij fami.*
29 *Fructus rei emphyteuticæ vel feudalis pignoratæ, vt computentur in sortem. Et declaratum cap. 1. de feudis, & l. Regia lib. 4. tit. 14. § 4. in nov. tit. 67 §. 4.*
30 *Feudatarius quam possessionem habeat.*
31 *Feudatarius, an teneatur ostendere domino rem feudalem, & ejus limites.*
32 *Evicti emphyteusi, vel feudo, an detur regressus contra venditorem.*
33 *Sententia lata contra emphyteutam vel feudatarium, an præjudicet dominis scientibus.*

Quæstio XXXVIII. De contractu feudali, & in quibus cum emphyteutico convenit.

MAteria feudorum in nostra Hispania parum frequens est, & si qua feuda reperias magis accedunt emphyteuticis contractibus, aut censualibus quam veris feudis, in hac inclyta Lusitania nullus est omnino feudorum usus; & bona Coronæ, quæ tantisper feudalibus æquabantur, decrevit *lex Regia lib. 2. tit. 27. §. 2. in nov. tit. 35. §. 3.* ne omnino antiquis feudorum usibus regulaientur. Sed quanvis ita sit, necessum tamen est feudalia jura prælibare: quia his passim utimur in varijs quæstionibus præsertim emphyteuticis, & primogeniorum quæ apud nos sunt frequentissimæ.

Feudum diffinire (unusquisque pro suo ductu, & ingenio) quoquot in ea materia scripsere interpretes, tentarunt, non assentientes descriptioni *Obert. in cap. unico, in qui. cap. feud. amit.* ubi docuit feudum esse beneficium, quo ex benevolentia alicui ita datur, ut proprietas quidem rei immobilis beneficiatæ penes dantem remaneat, &c. Ego secutus aliorum omnium diffinitiones sic describo. Feudum est benevola rei immobilis, vel æquipolentis pro utili tantum dominio concessio, alicui, & hæredibus suis masculis, & legitimis facta, libere, & perpetuo, per investituram sub fidelitate, & honesti servitij personalis, exhibitione. Dixi benevolam esse concessionem, quia feudum est species beneficij, per *tex. in cap. unico, in fin. in quib. cau. feu. ami.* Dixi liberam, per *cap. 1. in fin. de feud. dã in vic. le. com.* Dixi perpetuam, per *d. cap. unicum in fin. in quib. cau. feu. amit.* Dixi rei immobilis, vel æquipolẽtis, quia in his consistit feudum *cap. 1. in fin. de feu. cog.* Dixi pro utili dominio, per *cap. unicum in fin. vers. rei autem de invest. de re alie. fac. & ibi Bald. dict. cap. in fin. in quib. cau. feu. amit.* Adjeci, & hæredibus, quia de natura feudi est, ut ad hæredes transeat *c. 1. de natu. succ. feu. c. 1. in fin. in quib. cauf. feu. amit. nisi sint de Regalijs cap. 1 de feu. Marchiæ.* Imo, & hodie etiam in Regalis *c. 1. in fin. de alie. feud.* Subjunxi, masculis, quia natura feudorum masculos postulat, fœminas excludit, nisi aliter pactum fit, *cap. 1.*

verſic. hoc quoque notandum. de his qui. feud. da.po. cap. 1. §. *ſi filia, de ſucce. feud. cap.* 1. *de natu. ſucce. feu. cap.* 1. *de feud. March.* Imo, & ſi feudum ſit fœmineum, non admittentur fœminæ, donec maſculus ſupereſt, ut eſt text. & ibi interpretes, *in cap.* 1. *defeud. fœmi.* Addidi legitimis ad excluſionem naturalium, §. *naturales ſi de feud. defun. Guillie. de feu. pag.* 143. *Sonsbec. de feud.* 9. *part. pag.* 53. *Alciat. conſ.* 39. *numer.* 2. Item quia non omnes hæredes, qui alias ad legitimam ſucceſſionem vocantur, ſuccedunt in feudis, ſed ſi feudum eſt paternum, veniunt, duntaxat, qui per utilem ſexum deſcendunt à primo acquiſitore feudi, excluſis omnibus alijs agnatis, qui ab eo progeniti non ſunt *cap.* 1. *de ſucc. fratr.* in novo autem feudo agnati collaterales non ſuccedunt *cap.* 1. *de fratr. de nov. ven. inveſt. cap.* 1. §. *& quia verſic. ſin autem unus, de ijs, qui feud. da. po. cap.* 1. *de ſucc. fra. & gra. ſucc. in feu.* Appoſui item verba illa per inveſtituram, quia feudum non eſt abſque inveſtitura vera, & reali, quæ fit per traditionem realem, & appellatur propria, vel ſine abuſiva, quæ ſit per traditionem alicujus rei corporeæ puta haſtæ, enſis, a nuli, vel pilei, quomodo utuntur principes, ut per *Caſtalup. cap.* 1. *de feud. cog.* 6. *part.* coram paribus curiæ ſi habet *c.* 1. *quib. mod. feud. conſt. poſſ. cap.* 1. *qui teſtes ſint nece. ad no. inveſt. prob. cap.* 1. *quid ſit inveſt. Guilliel. de feu. cap.* 7. *lib.* 1. Addidi quoque ſub fidelitate, quia feudum abſque fidelitate conſiſtere nequit *cap.* 1. *qualit. jura. debe. vaſſa. domi. fidelitat. cap. in princ. de cap. Corra.* feudum etenim à fidelitate dicitur *cap.* 1. §. *nulla, per quos fia. inveſt. vel à federe*, ut *Vldari. Zeazi.* opinatur, *in epitome feud.* 1. *part.* & quanvis juramentum fidelitatis remitti poſſit, propter magnam confidentiam feudatarij, *dicto* §. *nulla.* ipſa tamen fidelitas, quæ eſt de ſubſtantia, remitti non poteſt, ſicuti ne dolus præſtetur in contractibus *leg. contractus in fin. ff. de reg. jur.* præſtaret enim occaſionem delinquendi contra *leg. juriſgentium*, §. *illud nulla, ff. de pact.* unde ſi vaſſallus renuat non remiſſo juramento fidelitatem jurare, poterit ei inveſtitura denegari *d.* §. *illud nulla.* Adjunxi poſtremo loco verba illa, ſub honeſti ſervitij exhibitione, (quanvis ſuperius dixerim feuda debere eſſe libera, & gratuita) quia licet, ea ſit propria natura feudorum, ne ve alia penſione onerentur, non tamen exhibitio ſervitij proſonalis honeſti *cap.* 1. *in fin. in quib. cau. feud. amit.* honeſti autem verbum excludit inhoneſta ſervitia, ad quæ vaſſallus obligari non poteſt, quia rei turpis nulla eſt obligatio, *l. ſi vero*, §. *rei turpis, ff. mand. leg. generaliter, ff. de verbor. oblig.* & hactenus diffinitio, quæ ex ſequentibus dillucidior fiet, ubi ponam caſus ad lucem noſtræ materiæ, in quibus emphyteuſis cum feudo conveniat, deinde in quibus diſcriminentur: ſic etenim utriuſque contractus naturalia cognoſcentur, & palam erit quando de uno ad alium liceat ad cauſas decidendas argumentari, non ignarus *Ioan. Bapt. Cacialup. in cap.* 1. *de feud. cogna. in* 6. *par.* & quoſdam alios feudiſtas hac de re egiſſe, verum ego nonnulla hic referam, quæ noſtræ materiæ magis accomoda videbuntur.

Conveniunt ergo in primis feudum, & emphyteuſis, quia ſicut feudum in rebus immobilibus, vel quæ immobilibus adnumerentur * conſiſtit *cap.* 1. *in fin. de cog. feud.* tradit late *Claudi. in tit. quæ res in feud. dar. poſſ. Guilliel. de feu. pag.* 57. * ita quoque emphyteuſis *leg.* 1. *ff. ſi ager vectigal. leg.* 2. §. *ſin autem, Cod. de jure emphyt.* §. *adeo inſt. loca.*

Secundo, quia ſicut utile dominium transfertur per emphyteuſim, *l.* 2. *ff. ſi ager vectig.* & diximus plene *quæſt.* 13. ita quoque per feudum, *cap. uno verſic. rei autem, de inveſt. de re alien. fac.* Sed, & ſi pactum apponatur, ut tranſeat omne dominium, tam directum, quam utile, in feudatarium adhuc feudum erit, ſed ejus pacti reſpectu degenerans *cap.* 1. §. *fin. de inveſt. de re alie. fac.* tradit late *Gul. de feu. pag.* 442. ubi idem, & ſi conveniat, ne etiam utile dominium tranſeat, ſed tu dic contra, cum *Claud. de feud. pag.* 62.

dic

III. Quia quemadmodum emphyteusis contractus est nominatus, ut tradidimus *quæst.* 6. & est receptũ *in l.* 1. per *text.* ibi, *Cod. isto tit.* ita quoque feudum, quia specificum, & elegans nomen habet à jure secundum *Bart. & communem in l. jurisgentium, §. quinimo col.* 6. *ff. de pact. Zazi. de feudis.* Iulium verbo, *feudum, quæst.* 6. *Distinguit tamen in hoc Claudi. in Speculo feu. pag.* 98. sed casus suæ distinctionis non sunt de vero feudo.

IV. Sicuti feudum alienari hodie nequit absque domini consensu, omissis varietatibus antiquorum temporum, *cap.* 1. *de proh. feud. alie. per Frede.* & ibi *Bald. Afflict. & noviores Zazi. consi.* 15. *numer.* 11. & 16. *libr.* 2. *Mantu. cons.* 223. *Iuli. de feud. quæ.* 50. & alibi late *Moder. Parisi.* quam regulam cum 14. *ampliat. &* 10. *limit.* ponit lato sermone *Modern. Dueñas regul.* 40. & ideo non est operæpretium hic repetere, tradit ultra eum resolute *Guilliel. Hanetonius libr.* 3. *de jure feud. cap.* 4. 5. 6. 7. & 8. & eleganti sermone *Fran. Sonsbec. in comment. feud.* 12. *part. ex numer.* 70. ita quoque emphyteusis irrequisito domino nequit alienari, l. *fin. C. jure emphy. Ordi. libr.* 4. *tit.* 64. *in nov. tit.* 38. *in prin.* & plenius dicemus *in* 4. *part.*

V. Sicut per alienationem sine domino feudum ipso jure amittitur *cap.* 1. *§. si vassall. quæ. fue pri. cau. be. ami. Iul. Clar. de feud. quæst.* 31. *Hiero. Grat. cons.* 9. *n.* 134. *lib.* 1. *l.* 10. *tit.* 26. *p.* 4. & de facto per dominum potest revocari secundum *Alber. Brun. cons.* 8. *numer.* 6. declarando, ut per *Pari. de put. intra cap de re integr. feu. fol.* 20. *ex num.* 1. *Afflict. c. Imperialem* 14. *not. nu.* 5. & 59. *Feli. can. Rodulph. nu.* 36. *de rescri. Emi. Bipt. Ferret. cons.* 121. *nu.* 3. & 4. ita quoque emphyteusis amittitur ipso jure, ut per *Iason. d. l. fin. nu.* 103. *Iuli. de emphy. q.* 13. & de facto potest per dominum revocari, ut per *Gozad. cons.* 39. *nu.* 15. & infra latius suo loco dicemus.

VI. Sicut feudatarius etiam pro anima, de feudo in ultimis disponere non potest sine domini consensu *dict. cap. Imperialem*, ut per *Gozadi. cons.* 8. *numer.* 21. *Curt. Iuni. de feud.* 4. *part. nu.* 125. plures quos recitat, & refert limitantes Dueñas *reg.* 327. ultra quem eandem opinionem latissimum sermone defendit, & declarat *Franc. Sonsbec. dict. part.* 12. *ex numer.* 85. adversus *Hosti. in Sũma de immu. Eccles.* qui de æquitate canonica aliud existimavit, & post eum *Martt. Lauden. de feud. ac Ludo. Roma. sing.* 527. adeo, ut nec etiam æstimatio talis feudi relicti debeatur secundum *Curti. & eundem Sonsbec. ubi supra. Bald. & Alvar. in cap.* 1. *§. donare, qual. olim feud. post alie. Guilliel. Haneton. de feud. libr.* 2. *cap.* 10. *pag.* 224. *vers. quid ergo*, contra *Specul. de locati. §. nunc aliqua*, 17. Ita quoque emphyteuta etiam pro anima de emphyteusi disponere nequibit in ultimo eulogio, sine domini consensu, quia non potest domino non consentienti jus suum auferre, sed nec reliquis successoribus præjudicare, qui à primo concedente accipiunt, juxta doctrinam *Bart. leg. mortis causa capimus, ff. de don. cau. mort. leg.* unum ex familia, *§. si de falcidia, &* §. *sed si fundum, ff. de leg.* 2. qua ratione dicebat *Lauden. & Sonsbec. ubi supra numer.* 89. quod, & si dominus consentiat vassallo disponere de feudo pro anima, sibi tantum præjudicabit, non alijs legitimis feudi successoribus, per *d. §. donare, & cap.* 1. *de alien. feud. pater.*

VII. Sicut emphyteuta non potest subemphyteuticare irrequisito domino, ut per *Iason. dict. l. fin. numer.* 10. *& in l.* 3. *§. ex contrario numer.* 73. *ff. de acqui. poss.* ita nec feudatarius potest feudum emphyteuticare *glos. in dict. cap. Imperialem* & ibi *Iser. & Bald. numer.* 7. *Curti. de feud.* 4. *part. numer.* 91. *Dueñas dict. reg.* 40. *numer.* 9. *Ardizo. in summa de feud. quæst.* 119. quod mirabile est cum feudatarius, etiam sine domino, possit subinfeudare, secundum plures, ut per *Dueñas dict. reg. limit.* 2. & diximus *quæst.* 13. *numer.* 11. *cum sequen.* Sed *Curt.* diversitatis rationem ponit, & hanc quoque opinionem defendit *Franc. Sonsbec. dict.* 12. *par. num.* 82. adversus *Io. Fa.* qui contrarium scribit in *§. adeo. Inst. loca.* ¶ Quibus consequens est (& octavo) ut sicut emphyteuta non

poteſt irrequiſito domino locare ad longum tempus, ut plenius tradidimus *quæſt. 26. numer. 23.* & noviſſime *D. Molina lib. 1. de primog. Hiſpan. cap. 21. numer. 19.* * ſic quoque nec feudatarij ſecundū *Afflict. dict. §. Imperialem numer. 61. Iaſon. dict. l. fin. numer. 8. Pariſ. de reintegr. feud. f. 140. col. 1.* Simplices vero locationes uterque libere facit *dict. §. donare Iaſon. l. fi. Cod. iſto tit. n. 112. Iuli. Clar.* verb. *feud. quæſt. 33. Guilliel. de Perno. in princ. nota. feud. princ. 22. colu. 4.* quia dominium non transferunt. *leg. non ſolent ff. loca.* & prohibita alienatione, locatio modici temporis non cenſetur prohibita, ut per *Bart. leg. cotem, §. qui maximos ff. de publica. Clemen. 1.* & ibi *omnes de reb. Eccle.* Verum ſi talis ſimplex locatio fiat in perſonam potentem, à qua res difficulter avelli poſſet, putat. *Curt. de feud. 4. part. numer. 92.* ex ſententia *Bald. in leg. manumiſſiones numer. 3. ff. de juſt. & jur.* quem ſequuntur *Fulgo. & alij.* ac noviſſime *Sonsbec. dict. 12. part. num. 84.* etiam locationem ſimplicem prohibitam eſſe argu. l. *qui habebat, ff. de leg. 3.* & ratione, habent.

9 IX. Sicut vaſſallus, etiam propter neceſſitatem, feudum non poteſt alienare, abſque domini conſenſu, ut per *Bald. c. 1. §. aut ſi libellario qui. mod. feud. amit. & in cap. 2. in princ.* per illum *text.* qua olim *feud. poſſ. alien.* & ibi omnes communiter Dd. diſputat late *Curti. de feud. 4. part. nu. 107. Ducēnis dict. reg. numer. 14. Iulius* verb. *feudum fol. 133. verſ. Zazius pag. 129.* ita quoque emphyteuta: * quidquid ſcribat *Tiraq. de retract. pag. 233. titul. 10. Iaſon. leg. ulti. num. 113. Cod. iſto tit.* contra quos *lex Regia, lib. 4. tit. 64. in no. tit. 38. poſt principium,* * quia neceſſitas alienādi non tollit contemptum, qui ex neglectu domini non requiſiti naſcitur, & licet alienationes neceſſariæ permittantur aliquando, etiam rerum aliàs prohibitarum alienari *leg. 1. ff. de fun. dota. l. alienationes ff. fami. herciſ. leg. peto, §. prædium, ff. de leg. 2.* * *cap. toloſa.* & ibi lata *addi. 75. bunus in coſis feuda. 44. column. fin.* * *Pinel. 1. Cod. bon. mat. 3. part. numer. 24.* non tamen excuſantur juris ſolemnitates, ut tradit *Zazi. de feud. pag. 42.* de cauſa autem neceſſaria alienandi, an excuſet à laudemio optime *Aven. in reſpon. 13. nu. 5.* *

X. Sicut vaſſallus feudum alienatum irrequiſito domino non perdit, ſi non etiam tradidit, ut per *Bald. in dict. §. aut ſi libellario, & in cap. 1. §. callidis de prob. feud. alien. per Fred. Afflict. in dict. cap. Imperialem numer. 46. Moder. Pariſi. & notabiliter. And. Tiraq. de conſt. 3. part. ampli. 26. numer. 1. & 2. Dueñas loco jam citato, limit. 3. Ioan. Bapt. Ferre. conſi. 121. numer. 2.* Ita quoque nec amittitur emphyteuſis alienata, niſi ſequatur traditio *l. fin. Cod. de jure emphy. Iaſon.* ibi *numer. 132.* latiſſime *Tiraq. 1. retract. §. 1. gloſ. 2. nu. 45. Moder. etiam in 2. tomo ad conſuetu. Pariſi.* & eſt communis ſecundum alios plures, quos refert, & ſequitur *Iuli. Clar.* verbo *emphyteuſis q. 13.* Et ſicuti feudatarius non evitat pœnam caducitatis licet ſtatim feudum male alienatum recuperet *cap. 1. quid juris ſit ſi poſt alien. feud. vaſſa. id re.* ubi *Alvarot.* tradit, & *Curtius de feud. 4. part. verſ. 13.* quæro quid vaſſallus *Iulius* verb. *feudum par. 122. verſic. Ardiz. q. 115.* declarando *per Tho. Gra. conſ. civili 2. n. 5.* ita etiā emphyteuta licet ſtatim emphyteuſim redimat, ut per *Bart. Imol. Paul. leg ſequitur, §. itē labeo, ff. de uſuca. Albe. Saly. ad leg. fin. C. iſto tit. Præp. d. c. 1.* eſt cōmunis, & verior atque in practica ſervanda ſecundum *Imol. d. cap. potuit in quo labitur Ioan. Bapt. in cap. de feud. cognuti. ad fin.* 10

XI. Sicut feuda omnia regulariter ſunt dividua *cap. 1. §. omnes ſi de feud. fue. con. int. domi. & agn. vaſſa.* tradit *Chaſſ.* ubi ſemel ampliat & limitat, *ad conſue. Burgu. Rubr. 3. §. 6. fol. 117. col. 4. nu. 22.* & ante eum *Curti. de feu. 4. part. q. 30. n. 124. Franc. Sonsbec. de feud. part. 13. nu. 21. Iuli. Cla.* verb. *feudum q. 44. Guilli. de feud. q. 132.* & 133. & quomodo debeat fieri diviſio explicat *Zazi. leg. 4. §. Cato. n. 12. ff. de verb.* inquies quod dividitur quoad exercitium, & fructus, non quoad jus, & idē *Zazius de feud. pag 141.* præterquam ſi ſint feuda dignitatum, ut Regni Marchionatus, Ducarus, Comitatus, Baroniæ quemadmodum probatur *in cap. Imperialem* 11

perialem, §. *præterea ducatus*, & ibi *glos.* & *omnes, de prob. feud. alien. per Fred.* tradit latissime *Tiraquel. de primog. quæst.* 4. *numer.* 22. & plurimo referens, & plures limitationes remissive *P. Dueñas reg.* 316. Ita quoque, & emphyteusis sui natura dividua est attento jure communi, ut est *text. in l. item prædia*, & ibi *omnes, ff. famil. herc.* voluit *Bart. in l. item videndum*, §. *fin. ad fin.* ibi, *vel partem possessionum emphyteuticum, ff. de peti. hære.* tradit *Ripa, l. qui Romæ*, §. *duo fratres numer.* 86. & ibi novissime *Soci. in rep. numer.* 132. *text. enim in l.* 7. *ff. comm. divi.* quæ divisionem prohibet, de fundo vectigali loquitur, non emphyteutico. *Proinde l. Regia libr.* 4. *tit.* 77. §. *pen. in no. tit.* 96. §. 23. cum ait, emphyteuses de jure, sui natura esse individuas, debet intelligi attento jure nostri Regni Lusitani: quia apud nos hæc est natura emphyteuseos, non vero attento jure communi, alioquin legem illam à juris prudentibus male compositam dicemus, si existimarunt, emphyteuses attento omni jure esse individuas.

XII. Sicuti rem feudalem negans, perdit feudum secundum *Innoc.* & *Abb. numer.* 21. *in cap. cæterum de jud. per tex. in cap. quo jure* 8. *dist. Bal. in leg.* 2. *num.* 8. *Cod. quo.* & *quan. jud. Roma. consi.* 70. *numer.* 4. *Arnol. Feront. in consuet. Burdeg. titu. de feud.* §. *quinto*, & multos alios quos congessit *Dueñas reg.* 325. ubi memorat *Feli. quinque modis limitantem, in d. cap. cæterum ex numer.* 18. Ita quoquo negans rem emphyteuticam, & convictus de mendatio, ut per *Ang. leg. fin. ff. reiven.* & alios quorum meminimus *quæst.* 8. *numer.* 10. plures per *Everar. late in centur. lega. pag.* 184. (quidquid contradixerit *Bal. cap. vassallus si de feudo fuerit contro.*) quorum sententiæ suffragatur *leg. fin. de reivend. lex Regia libr.* 4. *tit. ulti.* & *in no. libr.* 3. *tit.* 40. *lex Castel.* 3. *tit.* 3. & l. 40. *tit.* 2. *part.* 3. declara tamen prædicta per *Iuli.* verb. *feudum quæst.* 59.

XIII. Sicut ignorantia facti, puta, quod quis justo errore ne sciebat rem esse feudalem, excusat alienantem feudum irrequisito domino, ut est *text. in cap.* 1. *de contro. int. dom.* & *emp. feud. insi.* & *in cap. si vassallus feudum, si de feud. fue. cont.* ita quoque excusabit emphyteutam, secundum *Bald. in d. cap.* 1. per illum *text.* & *in d. cap. si vassallus*, uti etiam *Iacob. Alvar.* & *Everar. in loco præcitato*, quibus suffragatur *leg. fin.* § *fin. ff. de leg.* 2. secus dicas si errassent in jure, puta quia scientes rem emphyteuticam, vel feudalem, nesciebant, an liceret inscijs dominis alienare, quia tunc non excusantur secundum *glos.* & *Dd. in d. cap.* 1. *de contro. inter. domi.* & *emp. feud.* etiam si esset miles vel fœmina secundum *Bald.* quem sequitur, dicens bene notandum *Ioan. Baptist. in cap.* 1. *de feud. cog.* 7. *part. versic.* 4. *concor.* ubi addit *idem in rusti.* quod, & voluit *Afflict. dum loquitur de rustico decis.* 174. *incip. quidam rusticus.* Nam juris error rustico, sicut nec mulieri prodest, nisi in casibus jure expressis, ut per *glos. cap.* 1. *quæst. Iason.* & *Menes.* qui citat alios communem esse dicentes in *leg. fin. numer.* 4. *Cod. de juris*, & *fac. ign.* licet ipse ab hac communi regula discedat. Et in inductis ad juris rigorem conservandum, non excusantur, mulier, nec rusticus. *Iason. leg. fin. nu.* 129. *Cod. isto tit.*

XIIII. Quemadmodum in duobus casibus de quibus in *cap. unico*, quemadmodum feud. ad fili. perti. dominus potest investire filiam defuncti vassalli, ommissis masculis transversalibus vassalli defuncti. Ita quoque finita emphyteusi per generationem finitam, dominus potest emphyteusim reformare in personam filiæ, & omittere masculos transversales emphyteutæ defuncti, ut per *Bald. Alvar. Præpos. in d. c.* §. *filia vero*, & *Everar. dict. loco.*

XV. Sicuti feudo aperto per mortem vassalli, & ad dominum libere regresso dominus tenetur potius investire hæredem masculum defuncti, quam alium extraneum, & feudum illi renovare, atque injuriam faciet, à qua potest appellari si illum non investiat, ut est *glos. singul.* & ibi *Bart. in leg.* 1. §. *permittitur, ff. de aq. quo.* & *æsti.* idem *Bart. ubi plene Ripa in leg.* 1. *ff. de privi. cred. Alvar.* & *Præpos.*

ubi dicunt illam *gloſ. eſſe ſing. in cap. unic. quemadmod. feud. ad fil. pert.* plures alios congerit *Tiraq. in præfat. 1. retract. ex numer. 41. Iuli. Clar. libr. 2. ſent.* verbo, *feudum quæſt. 87.* Ita quoque emphyteuſi extincta per generationem finitam, poſſunt filij hæredes defuncti renovationem poſtulare, & impie atque ignobiliter faciet dominus, qui non renovat *ex Bart.* & alijs *in dict. §. permittitur, & leg. ſi mihi. & Titio circa fin.* de verbo, *Abb. & Canonis in c. bonæ. ij. in fin. ubi etiam optima gloſ. de poſtul. præl. Curt. de feud. 2. part. quæ. 15. pag. 141. & alijs Tiraq. ubi ſupr. & Iuli. Clar. verb. emphy. quæſt. 43. Maran. diſput. 8. num. 13. optim. Paul. conſ. 32. lib. 1. in fin. Ana. conſ. 84 numer. 2.* tradit noſter Acoſta de *ſucce. regni. pag. 72.* cum ſequen. quem articulum nos pleniori ſtillo inferius tractabimus.

XVI. Sicut feudatarij poſſunt rem feudalem inter ſe dividere irrequiſito domino, ut eſt *gloſ. in l. ſi fami. C. famil. herciſ. recepta á Bart. Bald. Paul. Saly. & alijs ibid.* feuda autem non maiorum dignitatum dividi poſſe, ſcribentes communiter in *alleg. §. præterea ducatus aiunt,* ita quoque emphyteutæ poſſunt inter ſe dividere emphyteuſim domino irrequiſito, ut per *Jaſon. in l. fin. num. 114. C. iſto tit. Late. Fei. in cap. quæ in eccleſiarum n. 89. de conſt. Alexan. l. qui Romæ. §. duo fratr. nu. 60. poſt Bart.* & alios ibi, de verb. ubi noviſſime *Ripa n. 89.* aſſerit cõcluſionẽ iſtã eſſe cõmuniter approbatam, & ſibi placere, & ibi eam plenius declarat, & poſt eum *Soci. Iuni. in Rep. ex nu. 134.* licet apud nos hæc opinio non ſit recepta, quia ex conſuetudine regni, & Regijs conſtitutionibus emphyteuſes ſui natura ſunt individuæ, ut *lib. 4. tit. 62. in no. tit. 36. §. 1. & tit. 67. §. pen. in no. tit. 96. §. 23.*

19 XVII. Pactum ad morganicam (de quo *in cap. unico, de fil. nat. ex matr. ad morgan. contr.*) ſicuti valet in feudis, ut filij nati ex ſecundo thoro, non ſuccedant cum alijs ex primo, ita quoque valet in emphyteuſi, ſecundum *Ant. in cap. per venerabilem, qui fil. ſint legi. col. 24. Paul. Alexan.* & alios *in l. pactum dotale, Cod. de collat. Paul. in Rubr. C. de jur. aur. annu. Alexan. conſ. 30. libr. 4. Geor. Nata. in cap. quavis pactum, ad princ. de pact. in 6. Jaſon. l. 1. col. 14. C. de jur. emphyt.* & memori mẽte tenendum hoc ait *Ever. ubi ſup. pag. 184.*

XVIII. Licet olim non poſſent feudum dare niſi illi qui ab. dignitas, nobilitas, 20
aut conſuetudo antiqua tribuebat, puta, Duces, Comites, Marchiones, & qui ab iſtis feuda accipiebant (qui dicuntur regni, ſeu Regis valvaſores, poſt modum nuncupari Barones) ſi alijs minoribus valvaſoribus dabant, jam non erant proprie feuda, nec cenſebantur ſecundum propriam naturam feudorum, juxta *text. in d. cap. 1. verſ. Marchi. ubi tradunt Alvaro. Præpo. & alij.* Hodie autem regulare eſt, ut quilibet poſſit in feudum dare, niſi ſpecialiter reperiatur prohibitus, ut ibidem traditur, atque adeo, ut etiam ruſticus in feudum dare poſſit, ut per *Bald. d. §. Marchi. circa fin.* & ibi *Alvar. col. 3. in fin. Præpoſ. col. 2. ad fin poſt Inno. & Cardi. in cap. verum de for. compet. Sonsb. de feu. 3. par. nu. 15. gloſ. l. 3. tit. 16. part. 4.* Et etiam fœmina, ut *in § fœmina, in tit. de cap. Corr.* Et etiã conſtitutus in mortis articulo, ut tradit *Card. Zaba. conſt. 34. circa princ. per c. niſi cum pridem, verſ. alia vero de renunt. l. ſenium C qui teſt. fam. poſſ. l. ſanum C. de tranſac. l. quoniam indignũ. Cod. de teſt. cap. fin. de ſucc. abinteſt.* Et ſenex quoque ſine dubio, ut per *Alvar. in cap. 1. in prin. per quos fiat in teſt. circa fin. per l. ſenectus, ff. de donat.* Deniq; õnis qui poteſt rẽ alienare, poteſt infeudare, ut plenius proſequendo ſupraſcripta omnia reſolvit *Clau. de Seiſſello in Specu. feu. ex pag. 283. uſque ad 288.* Ita ſimiliter in emphyteuſi, quilibet poteſt in emphyteuſim dare, niſi prohibitus reperiatur, qui autẽ in jure reperiantur prohibiti, explicabuntur ſuo ordine in ſequentibus.

XIX. Sicut contractus feudalis eſt ſtri- 21
cti juris, ut per *Bald. cap. 1. in princ. col. 2.* & ibi *Alvar. de feud. cog.* & reſolvit late *Clau. in Specu. feu. pag. 100.* cum ſequen. *M. Mantua. conſ. 74. num. 11. Soc. conſi. 156. vol. Loſi e. conſ. 1. nu. 50.* quidquid addubitaverit *Præpoſ. dict. q. 1.* quidquid etiam

etiam distinxerit *Zazi. in Epito. feud. pag. 9. feuda privatorum* à feudis *à Roma.* Principe concessis. Ita quoque, & contractus emphyteuticus stricti juris est, ut latius scripsimus *sup. q. 6. num. 7.* Licet bona fidei esse contendat novissime *Franc. Conan. lib. 7. juris civilis cap. 22. nu. 1.*

XX. Conveniunt, quia sicut emphyteuta Ecclesia rem notabiliter deteriorando emphyteusim amittit, & potest expelli *Auth. qui rem Cod. de sacrosan. Eccles.* & idem emphyteuta secundum communem ex *Jas. ibi numer. 5. & Iacobi. numer. 2. & 3.* qui latè declarant, & *Deci. numer. 4. Alex. in l. divortio, §. si fundum numer. 4. & 5. ff. solu. matri.* ubi etiam *Jas. dicit commun. n. 4.* & idem *Ias. l. 2. Cod. isto tit. num. 98. Ang. in sum.* verbo *emphyteusis nu. 4. Iuli. Clar. libr. 4. sent. §. emphyteusi q. 26. Zoanetus li. re. quot. cap. 8. nu. 7.* imo si sit emphyteuta plurium rerum ex unico contractu, & una re male utatur perdit totum, secundum *Bald. l. cum ejusdem in fin. ff. de edil. edic.* & dicemus lato sermone *infra in 4. part.* Ita quoque si vassallus rem feudalem notabiliter deteriotaverit, poterit feudo privari, ut tradunt *Moder. Parisi.* licet hæc opinio, & æquiparatio displicuerit *Iul. Clar. d.* verb. *feud. q. 56.* fragili fundamēto, sequi *Io. Gar. de expensi. cap. 12. nu. 52.*

XXI. Sicut emphyteusis concessa pro se, & quibus dederit, transit etiam ad hæredes extraneos, & quoscunque, ut ait se cōsuluisse, & fuisse judicatum *Curti. de feud. 3. par. quæst. ult. numer. 64.* ita quoque in feudo, secundum ipsum. Et potest alienari sine consensu domini, ut per *Cravet. cons. 84. numer. 11. lib. 1. Iason. l. fin. nu. 6. C. de jure emphyt.*

XXII. Conveniunt etiam circa refutationem, nam antiquum feudum datum pro certo servitio, non potest renuntiari à vassallo, si dominus nolit acceptare renuntiationem, ut per *glos. c. 1. §. fin. de capita. quia cur. ven.* per quam declaratur *text. in cap. 1. de Vassa. qui contr. const. Lotha* ubi videbatur simpliciter probari vassallum posse feudum renuntiare invito domino, atque ita post Dynū, & antiquiores determinat *Bart. in l. is cum quo ff. de aqu. plu. arc.* in prin. sequitur idem *Alex. l. siquis vi §. differentia nu. 14. in fin. ff. de acq. posses.* tenet *Bald. in prælud. feud. col. 5.* dicit cōmunem *Iacobi. de feud.* verbo, *qui quidem investiti numer. 29.* & verbo unus ex dictis *nu. Zazi. eod. tracta. 10. part. in princ. 2. particulæ, & in 12. particula, versi. 2.* conclusio, ac novissime *Moder. Paris. ac Iul. Clar. de feud. q. 34. post Alberi. Bald. & Angel. in l. cum fructuarius,* per illum *tex. & Fulg. ibi in l. seq. ff. de usufru.* & ait *Albe.* ita communiter teneri. *Feli. quoque in cap. quæ in Ecclesiarum n. 78. cum seq. col. antepen. de const. probat. Afflict. cap. 1. nu. 42. & 48. de vassal. qui cont. const. Loth. lib. 3. feud.* & idem in effectu vult. *Abb. d. cap. quæ in ecclesiarum n. 16.* dum ait posse vassallum invito domino feudum renuntiare, dummodo non interfit, *Pinel. quoque in l. 2. Cod de rescin. vend. 1. part. cap. 4. nu. 2. fol. 70.*

Ex quo sequitur, quod licet vassallus derelinquat rem feudalem, non excusabitur à præstatione servitij, secundum *Albe. l. sed an ultro, §. is autem, versic. item allegatur, ff. de neg. ges. & Iuli. Clar. q. 34.* à quo cavendum est, dum in hoc interpretes quasi dissidentes allegat, cum in effectu omnes eandem opinionem teneant, & juxta prædicta debet suppleri *Cur. Iun. de feud. 4. part. pag. 446. cum seq. numer. 134.* cum pro regula ponit, feudum quia conceditur in favorem vassalli, etiam invito domino posse renuntiari, per *d. c. 1.* quam opinionem adversus communem mordicus defendi. *Gui. de feu. lib. 3. cap. 10. ex pag. 332.* inquiens usu palam observari, & Germaniæ consuetudine admitti, nam quidquid ipsi scribant, verior est recepta opinio, & distinctio, ut nequeat feudum renuntiari, si sit datum pro certo servitio, quia tunc non est metus favor vassalli. Quinque declarationes in materia reperies apud *Feli. in d. cap. quæ in ecclesiarum col. pen.* quem, & alios ibi legito. ¶ Et adde etiam renuntiato feudo, non posse vassallū offendere dominū in memoriam præcedentis vassallagij, alias non impune ferret, ut per *Iacobi.* in verbo unus ex dictis *numer. 1. in fin.* ¶ Adde 2. quod talis refutatio etiam acceptata à domi.

domino, non nocet agnatis in feudo antiquo, *Bald. communiter receptus in cap. 1. in prin. num. 3. de alie. feud. pater. Iacob.* in verbo, *& unus ex d. nu. 9. verſ. addite in quantum*, de quo in ſeq. latius. Valebit autem ſolum in præjudicium vaſſalli dum ejus vita duraverit, in quo omnes conveniunt ſecundum *Cuman. conſ. 167. numer. 2. Iuli. Clar. ubi ſupr.* & agnoſcit *Guilliel. d. cap.* 10. ubi alia tradit.

In emphyteuſi idem per omnia reſolutum eſt, quod in feudo, nam cum detur pro certa penſione, non poteſt renuntiari ab emphyteuta, ſi dominus directus nolit renuntiationi conſentire, ſecundum *Alber. qui late diſputat in leg. 2. col. fin. Cod. de jur. emphyt.* & ibi etiam *Bald. col. 2. Iaſon. nu. 24. poſt Specul. late de emphyteuſi verſ. Ioan. And. & Bald. in addi. Imol. cap. ad audientiam col. fin. de reb. Eccleſ. Abb. cap. 1. de feud. Alvar. in cap. fin. de capita. qui cur. vend. Imol. cap. potuit* col. 28. *de loca. gloſ. cap. 1.* verbo *patrem refutare*, & ibi etiam *Alvarot. de vaſſa. qui contr. conſt. Loth. Ever. in Cent. pag. 285. Pynel. ubi ſupr.* an autem talis renuntiatio noceat filijs, dicemus paulo inferius.

25 XXIII. Conveniunt, quia ſicut vaſſallus ſi alienet, teneatur requirere conſenſum primi domini immediati, ut eſt *gloſ. celebris probata á* Bald. *Alvar. Præ. poſ.* & alijs ibi *in cap. Imperialem, §. illud. quoque de prohib. feud. aliena. per Feder. Bald. ſi permittente*, *Cod. Macedoniam*, tradit reſolute *Guilliel. de feud. lib. 3. cap. 10. Iuli. Clar. ubi plene de materia ſubfeudationis* in verbo, *feud. quæſt. 32. in fin. Sonsbec. de feud. 12. part. num. 13. pag.* 91. Ita etiam emphyteuta ſi rem alteri ſubemphyteuticaverit, & ille ſubemphyteuta rem alienare velit, tenebitur requirere conſenſum primi domini, & illi ſolvere laudemium, non autem emphyteutæ, ſecundum *Specul. de emphyt. verſic.* 105. *nu. 126. ſentit Azo.* de jur. emphyt. verſ. ſed quæri poteſt *gloſ. optima in l. fin. Cod. illo tit. & ibi Salyc. & Iaſon. num. 88. Ioan. Andr. Cardi.* & omnes *in d. cap. potuit* ubi late *Bero. numer.* 119. *P. Iacob. in pract.* in tit. de actione pro emphyteuſi *fol.* 15. *col.* 3. & 4. & ita vidiſſe judicatum firmat *Ever. ubi ſupr. pag.* 189. verum hæc ſunt declaranda per ea quæ ſcripſi *quæ. 13. num. 12 cum ſeq.*

XXIV. Huic proxime conſequitur alia, & 24. concordia, inter feudum, & emphyteuſim, quod ſicut primus dominus poteſt ſubvaſſallum expellere propria authoritate ob ſervitium denegatum: ita etiam dominus emphyteutam ſecundum, ob non ſolutionem canonis uti tradunt *Cynus l. 2. quæſt. 13. Iaſon. ſuper gloſ. repellere ante fin. Cod. de jure emphyt. Areti. in leg. clam poſſidere, §. qui ad nundinas numer. 14. verſic. adde quod hoc fallit. ff. de acq. poſſ.* tradit *Prid. Schem. libr. feud. tit. 11. §. inſuper numer. 1.* civilius tamen facies, ſi judicis authoritate expellat, ut diximus *quæſt. 18. nu. 9.*

XXV. Conveniunt, quia ſicuti in di- 27
viſione hæreditatis inter filios, ſi feudum eſt emptum, habetur ratio æſtimationis, ita quoque in emphyteuſi pretio empta, filius apud quem manet, tenetur fratribus ad æſtimationem ſuarum partium, ut poſt *Paul. & Imol. voluit Iaſon. l. illud C. de colla.* ad nota per *Bart. l. 1. §. nec Caſtrenſe, ff. de colla. bon. Bald. Paul.* & alij l. *omnimodo, §. imputari Cod. de inoffi. Ubald. de ſucce. ab inteſt. 6. quæſt. lex Regia libr. 4. tit. 77. §. 31. in no. tit. 97. §. 22.* quæ loquitur in emphyteuſi nominationis, ubi hoc proprie cadit, nam in emphyteuſi perpetua, quia dividitur per æſtimationem, & is apud quem manet, alijs de æſtimatione præſentis temporis ſatisfacit, ut *in d. tit. 77. §. pen. in no. lib. 4. tit. 96. §. 23.* de collatione pretij, quo fuit empta non curamus, niſi forſan maius ſit pretio, ejus temporis, quo judicium familiæ herciſcundæ agitur.

XXVI. Conveniunt quod ſicuti pater habet uſumfructum in bonis feudalibus filijfami. quia non ſunt ſimpliciter bona Caſtrenſia. *Bald. cum oportet. in princ. colũ. 3. Cod. de bon. quæ lib.* quem ſequitur *Curt. Iuni. de feud. 3. part. in materia ſuc. aſcendentium numer. 46. pag.* 281. cum ſeq. ubi ex ſententia ejuſdem tripliciter limitat, & *Sonsbec. de feud. 7. part. ex u. 10.*

ita

ita quoque habet usumfructum in bonis emphyteuticis, quia jure aliorum censentur, ut sæpius diximus. Et sicut pater rem filij, cujus usumfructum habet, non potest in feudum dare *cap.* 1. §. *sed etiam res, per quos fiat invest. Sonsbec.* 8. *par. numer.* 121. ita quoque nec in emphyteusim, quia alienatio est, *leg. fin. C. de re alien.* quæ patri interdicitur *l. fin.* §. *ipsum autem Cod. de bon. quæ libr.*

29 XXVII. Conveniunt, quia sicuti quando feudum datum est pignori, domino directo à vassallo, sub pacto ne teneatur computare fructus feudi in sortem, quousque debitum solvatur, percipere potest fructus sine compensatione, quandiu à vassallo servitium non recipit, ut est *text.* ubique celebris *cap.* 1. *de feudis ea ratione*, quia directum dominium reperitur penes dominium, cui accessit utile, & sic de alieno fructus non percipit, secundum *Hostien. Abb.* & communem *dict. cap.* 1. & eundem *Abb. cap. at si cleri numer.* 23. *de judic. & in cap. licet ex suscepto. numer.* 26. *de for. compet.* sequitur *Chassa. de Burg. tit.* 2. §. 1. *Sylvester*, verb. *feudum nu.* 29. *D. Nava. in Manuali cap.* 17. *n.* 218. & idē probat *text. cap.* 1. *cap.* cō *quæ. de usur. in fin.* ita quoque in emphyteuta, si in pignus rem emphyteuticam domino directo daret non computabuntur fructus in sortem sine vicio usuræ, ut voluit *Roman. l. divortio*, §. *ob donationes, ff. sol. ma. Anto. Neguz. de pignor. in* 5. *par.* 5. *membr. numer.* 14. *per text. dict. cap. conquæstus*, & ita per verbum forte voluit *Hosti. in sum. de usuris*, §. *an aliquo versic. quid emphyteuta*, ubi tamen dicit Summum Pontificem consulendum refert *Anani. cap.* 1. *de usuris*, voluit in emphyteusi *Imol. dict. cap.* 1. *col.* 3. *& Anan. c. conquæstus col.* 6. *Roman. sing.* 325. & expresse in emphyteuta constitutum est, *l. Regia libr.* 4. *tit.* 14. §. 4. *in no. tit.* 67. §. 4. quod ex sententia *D. Navar.* intelligendum est, si modo emphyteusis non sit empta, vel aliqua pecunia pro ingressu data: item hoc adjecto, ut fructus ex melioramētis bene computentur in sortem. Verum ipse nunquam potui acquiescere communi intellectui *dict. cap.* cujus decisio, summe difficilem puto, quia negari non potest utile dominium alienum esse, & non consolidatum, nec aliter illum *text.* defendi posse, nisi cum servitium, vel pensio redditibus æquatur, ut quibusdam placuit, quibus accessit *D. Covar. libr.* 3. *reso. cap.* 1. *numer.* 4. quem legito, atque ita etiam restringo *leg. Regiam dict.* §. 4. *ex sententia Covar. ubi supr. versic. sic examinari.* Si libet autem ulterius circa illa jura imorari, adire poteris *Beroi. cap.* 1. *de usur. nu.* 112. *Pyrrhum in consuetu. Aurel. cap.* 3. *Laur. Rodul. tract. de usur. quæst.* 49. *Soto lib.* 6. *de justitia, quæst.* 1. *& noviores alios.*

XXVIII. Conveniunt, quia tam vassal- 30
lus, quam emphyteuta, possident naturaliter, ut habetur *in l. naturaliter, & in l.* 3. §. *ex contrario, ff. de acqui. poss.* & hac ratione utrique competent remedia possessoria, ut diximus *quæst.* 18. *Ioan. de amicis. consi.* 6. *& de spolio in causa feudali Thoma. Gram. cons. civil.* 2.

XXIX. Sicut emphyteuta tenetur domino ostendere rem emphyteuticam, alias omnis terra quam possidet, præsumitur emphyteutica, ita quoque vassallus tenetur ostendere rem feudalem, & ejus limites, *Specul. de loca.* §. *nunc aliqua, versic.* 60. *Iason. late leg.* 2. *quæst.* 14. *C. isto tit. col.* 59. & infra plenius dicetur, nisi tamē longissimo tempore possederit, ut per *Ioan. de amicis. consi.* 122. *nu.* 2.

XXX. Æquantur, quia tam emphyteuta quam vassallus habent directam actionem legis aquiliæ, & arborum furtim cæsarum *l. cædere, ubi glos. Bart. & Ang. ff. arbo. fur. cæsa.*

XXXI. Sicuti feudo evicto datur evictionis remedium adversus venditorem si bona fide, feudum esse ignorans, emerit, secus si sciens, etiam si de evictione stipuletur, ut tradit late *Guilli. de feud. libr.* 3. *cap.* 9. *in princ. glos.* & scribent *c.* 1. verb. *pretia de prohi. feud. alie. per Loth.* tradit *Curt. Iuni. de feud.* 4. *part. quæst.* 27. 28. 29. *pag.* 417. *Zazius de feud. pag.* 146. *Friderl. Schen. lib.* 1. *feud. tit.* 5. rursus *n.* 2. *in fin. Moder. Parisi. tit.* 1. §. 22. *ex nu.* 62. ita quoque emphyteuta si ignorans

rem

rem esse emphyteuticam emerit, vel si ignorans commissum, ut tradunt *Imol. Areti. Alexand. Ripa. l. si aliquam rem, ff. de acqui. possess. numer.* 46. Quid autem si in fraudem domini emptor feudi simulet alium esse contractum, an detecta simulatione habeat regressum contra venditorem? Verius videtur quod non, quia ipse sciens se periculo subjecit in quam opinionem adversus *Alexand. & Aret. in. elimat. Ripa, ubi supr. numer.* 47. licet non determinet quia pendebat *quæst.* in facto. Sed quid si dominus vassallum investiat de re aliena, an teneatur si à vassallo res evicta sit, & teneri constat, si investitus ei litem legitime denuntiet, & rem alienam esse ignoraverit, aliàs non tenebitur, nisi sibi prospiciat *cap.* 1. & ibi *DD. de invest. de re alie. fact. Zazi. in tit. qual. feud. const. pag.* 52. Quid autem si res quam dedi in emphyteusim, evincatur ab emphyteuta meo, an eo ipso possim agere contra authorem meum, dic quod sic, si præcessit denuntiatio necessaria, ut per *Gomez. 2. tomo de contra. cap. 2. numer.* 46. *versic. item etiam quæro*, quod emphyteusis sit gratis concessa, & evicta, etiam dabitur de evictione regressus, quia licet gratis detur, est tamen contractus onerosus, & in omni contractu oneroso datur evictio *leg. libera, Cod. de senten. & interlo.* sed, & si esset mera donatio, & inciperet à traditione daretur evictio *leg. Aristot. §. fin.* & ibi *glos. & Bart. ff. do.* late *Gomez. 2. tomo cap. 2. numer.* 53. Adde item quod emphyteuta, vel vassallus convenit super suo utili dominio tantum non tenentur dominum nominare, quia sunt legitimi contradictores, secus si conveniantur super dominio directo, ut est communis *in l. 2. C. ubi in rem acti.* declarando, ut per *Moder. Pariſi. tit.* 1. §. 31. *nu.* 27.

33 XXXII. Resolutum est, ut sententia lata contra emphyteutam, vel feudatarium non præjudicet dominis ignorantibus, l. *sæpe ff. de re judi.* Scientibus autem, & patientibus, similiter non noceat, si ipsi emphyteuta, vel feudatarius agant in judicio contra tertium, nisi reus assumat in se onus probandi se dominum, & sententia declaratoria domini, sit lata pro ipso: tunc enim bene nocebit proprietario, quod tam in emphyteuta, & vassallo, quam in usufructuario resolvit *Bart. dict. l. sæpe quæst.* 4. *numer.* 6. *juncto num.* 3. & sequuntur communiter DD. ibi secundum *Alexand. numer.* 106. Si vero emphyteuta vel feudatarius conveniantur. Tunc aut conveniuntur super possessorio emphyteusis, vel feudi, & sententia contra illos lata in possessione, non nocebit domi, nis etiam scientibus, quia domini possident civiliter, at emphyteuta vel feudatarius naturaliter *leg. natural. ff. de acqui. possess.* & ideo sententia lata contra naturaliter possidentem, non debet nocere civiliter possidenti, juxta *glos.* magnam *leg. Pomponi. §. si is qui præcar. ff. de acqui. possess.* & hæc est mens *Bart. dict. l. sæpe numer.* 6. & ita eum ibi intelligit *Ang. & Alexand. numer.* 106. *vers. sed Angel. hic* (licet verba *Bart.* sonent quod ubi agitur contra istos videtur actum ratione naturalis possessionis avocandæ duntaxat, non vero ad aliud, quæ erit pulchra doctrina, si modo vera sit.) Aut isti conveniuntur, super dominio, & licet *Bart.* prædictus non intellectus, sentiat, sententiam non nocere etiam scientibus dominis, alij contradicuntur, quia prædicti sunt procuratores in rem propriam, & sibi permissa defensio, l. 1. *§. fin. ff. de nox. oper. §. fin. ff. usufr.* quem cave, l. 1. *in fin. ff. nov. oper. numer.* & ibi Dd. & ita tenet *Paul. in usufructuario, in d. l. sæpe col. fin. numer.* 6. & ibi *Angel. Raph.* & ibi *Alexand. numer.* 105. *vers. & respondet*, inquit magis communem conclusionem esse, quod ubi cognitum est de dominio directo, præjudicatur proprietarijs scientibus. Ego tamen sensui *Bart.* magis accedo, & opinor non nocere, cum *Mod. Pariſi. tit.* 1. §. 31. *qui ex numer.* 24. rem istam bene tradunt. An autem sententia lata contra subditum, seu vassallum, circa subjectionem, noceant domino scienti magis communiter concluditur; nocere quoad possessionem, non quoad proprietatem *ex Innoc. cap. cum super de re jud.* qua de re pleniſſime. *Covar. quæst. pract.* 13. nu-

n. 9. *quem addito. adde Afflict. decis.* 345. & hactenus de concordijs inter emphyteusim, & feudum, non diffiteor multo plures esse alias, sed eas in discursu operis colligere, facillimum erit, ideo ad ali. quot differentias transeo, *in quæ. sequen.*

SUMMARIA.

1 *Feudorum origo, & an Iurisconsultis antiquis, & Imperatoribus cognita.*
2 *Feudis super quibus rebus cōsistat.*
3 *Feudum pecunia emptum, quale sit.*
4 *Feudi, substantialia.*
5 *Feudum pro servitio annuo, vel pensione in pecunia, an proprie sit feudum.*
6 *Feudatarius cessans à solutione, seu servitio, an cadat.* (*tur.*
7 *Feuda, & ēphyteusis finita, cui devolvan-*
8 *Dominus, qui vassallo pacta non servat, an privetur.*
9 *Feudum, & emphyteuses, an transeant ad ascendentes.*
10 *Feudum, & emphyteusis, an transeat ad collaterales.*
11 *Feudum, & emphyteusis simpliciter concessa, quomodo de jure intelligantur.*
12 *Feuda, & emphyteuses an ex causis ingratitudinis revocentur.*
13 *Feudatariorum nomina.*
14 *Feudatariorum, qui sint judices, & qui emphyteutarum.*
15 *Feudum, an sit species servitutis.*
16 *Fidelitatis renovatio, quo tempore sit facienda.*
17 *In feudans eandem rem duobus, an incidat in pœnam falsi.*
18 *Feudum qualiter constituatur.*
19 *Argumentari de feudo ad emphyteusim, & è contra quando liceat.*

Quæstio XXXIX. In quibus differat feudum ab emphyteusi. Et quando liceat de uno contractu ad alium argumentari.

DIfferunt feuda, & emphyteusis, in alijs quamplurimis, & primo in origine, quæ (ut verum fateamur) incerta est, nec à quoque ex antiquitatum scriptoribus, initium feudorum potest deprehendi: atque ideo interpretes varie conjectantur. Alvar. enim, & communis *in cap.* 1. *de contr. int. domi. & vassa. de invest. in princ.* 4. *not. & in probæ. feud. col. antep.* eos improbat, qui à Romano jure, dum de clientulis mentionem facit, originem duxisse aiunt. Alij, ut *Zazi. in l.* 2. *in princ. ff. de orig. jur. & in* 1. *part. sui tract. feudor. pag.* 3. à clientelis Romanorum ortum habuisse, contendit: clientes enim patronis ad multa tenebantur, ut latè tradit *Halicar. libr.* 2. antiquitatum, quæ omnia, cum in omnibus non conveniant feudatariæ clientelæ, discedit ab ejus opinione *Franc. Sonsbec. ad usus feud.* 1. *part. numer.* 31. & initium traxisse ait à priscis Romanis, qui fundos, & jugeta terræ pro præmio strenuis militibus dabant, ut multis exemplis ipse confirmat *ex numer.* 34. Verum ego *Zazi.* magis accesserim, addita consideratione *Guilliel. Hanet. lib.* 1. *feud.* qui feuda à clientelis provinciarum, fluxisse indicat, & inde feudum clientelam, & feudatarios clientes prius appellatos *cap. & si clientulus, de alien. feu.* & in re dubia placet hæc opinio, rem vero latissime omnium tradit *Ioan. Gar. tract. de expen. cap.* 12. per plures columnas ex varijs authoribus.

Illud autem certum est, feudales usus, & jura, nec Jurisconsultis, nec antiquis Imperatoribus cognita, ut tradunt *Cravet. consi.* 241. *numer.* 17. *libr.* 2. *Clau. de feu. pag.* 94. ubi ait, nomen feudi à consuetudine fluxisse, ex *Bald. in rubr. Cod. de re. per. & alij quos citat.* At vero emphyteusim à jure communi Romanorum palam est, & nomen, & originem habuisse, §. *adeo, inst. loca. l.* 1. *ff. si ager vectig.* & in *tit. jur. emphyt.* quanvis quidam à *Bizantijs*, & alij aliter scribant, ut diximus supra *quæst.* 3. & tradit *Conan. in dict. cap.* 12. Quod autem Claudius ait Romanis exosum futurum, contractum feudalem si eum cognovissent: quia sapit servitutem personarum, & jurisdictionem privatorum, rationem non habet, cum Romani adscriptitios, & censitos colonos luben.

lubenter admiserint, qui parum à servis distant, ut supra jam diximus *quæst.* 37.

II. Differunt quia feudum datur ex benevolenti, ut diximus in diffinitione. At emphyteusis non ita datur, sed pro canone, *leg.* 1. *& ibi nota, Codic. de jur. emphyt. dict.* §. *adeo*, tradit *Præpos. in Prælud. feud. col.* 5. *Clau. in Specul. feud. pag.* 44. si autem feudum fuerit pro pecunia concessum posse enim acquiri omnes fatentur *in cap.* 1. per illum *text.* de natura feu. non est tamen proprie, & strictè feu. secundum *Bald. l. si quam Cod. de app. Jas. in prælud. feud. col.* 5. *argu. doctr. Bald. in leg. qui se patris col.* 5. *versic. & scias Cod. unde libe.* & idem si concedatur pro annuo servitio pecuniario, imo magis emphyteusis ex eod. *Bald. in leg. liberti col.* 5. *versic. item nota quod si instrumentum, Cor. de opp* li. *Alex. consi.* 10. *col.* 1. *libr.* 1. & alibi per *Clau. ubi supr. pag.* 50. qui tamen quod in reliquis præter id in quo alteratum est hoc est pretium retinebit naturam feud. ut *cap.* 1. *de feud. non haben. pro nat. feud.*

III. Differunt, quia feudum consistit non solum in rebus immobilibus, sed etiam in ijs, quæ inter immobilia computantur, ut in redditibus annuis, *Clemen. Exivi*, §. *cumque annui redditus. de verbo. signi. & in decimis*, & alijs hujusmodi, & est exemplum in feudo de camera, seu cavena. tradit latè *Claudius*, ubi recenset aliqua, quæ inter immobilia censentur, *in tit. quæ res in feud. da. poss. Guillie. libr.* 1. *feud. cap.* 4. *& nos supr. quæst.* 12. *numer.* 7. at emphyteusis solum in immobilibus consistit, ut ibi diximus, & probatur *in* §. *adeo*, verbo, *super prædij, inst. loca.*

IIII. Differunt, quia emphyteusis potest pro pecunia concedi, & vendi, imo sunt, qui dicunt, ad emphyteusim necessum esse dari aliquid pro ingressu, ut videre est apud *Bart. Alber. Jas.* & alios l. 1. *Cod. isto tit.* & jam tradidimus *quæst.* x. At feudum licet possit concedi pro pecunia, ut docuerunt *Jac. And. Bald. Iser. Alvar. Lauden. Præpos.* & alij omnes *in cap.* 1. *de natura feud.* per illum *text. & per text. in cap.* 1. §. *fin. quib. feud. da. po.* ubi ijdem scriben. per *text.* etiam *in cap.* 1. *in princ.* & ibi *Præpos. col.* 1. *ante fin. de feud. Guard. per text.* quoque, & *Ifern. in cap.* 1. *de invest. in mat. fac. & in cap.* 1. & ibi *glos. de natu. feud. & in cap. ad nostram de reb. Eccles. Franc. Curti. consi.* 49. *colūn.* 5. *Alexand. consi.* 79. *col.* 4. *versic. & licet lib.* 1. & est communis conclusio secundum *Claud. in Specul. feud. pag.* 45. ubi respondet juribus contrarijs, & esse opinionem audacter tenendā ait *Iacobi. late de feud.* verbo, *qui quidem numer.* 59. probat quoque *Zazi. de feud. pag.* 212. inquiens quod hæc opinio notissima consuetudine recipitur. *Iuli. etiam Clar.* verbo *feud. quæ.* 16. tradit *Frede. de feud. li. tit.* 27. *n.* 1. At tamen quando conceditur pro pecunia, non est proprie, nec stricte feudum, quia non est beneficium, secundum *Bald.* l. *si quam Cod. oper. lib. Jas. in prælud. feud. col.* 5. *Alcia. consi.* 166. *num.* 2. *&* 176. *nu.* 4. *Alexand. consi.* 54. *numer.* 2. *vol.* 2. *Curt. Seni. dict. consi.* 59. *col.* 5. feudum etenim gratis, & ex benevolentia debet concedi *cap.* 1. *in fin. in qui. cau. feud. amit.* & diximus in diffinitione, non autem pro pecunia ut dicit *Bald. ad Specul. de loca. col.* 3. nam privilegium pecunia emptum transit in contractum oneroſum secundum *Bald.* l. *qui se patris nume.* 12. *vers. hoc scias C. unde li.* quod etiam in statuto, dixerat *Bart. l. omnes populi numer.* 29. *&* 30. *versi. circa primum ff. de jus. & jure.* Cum autem dicimus, non esse proprie feud. si pecunia comparatur, intellige respectu emptitiæ conditionis, quo ad cætera autem, rectum erit feudum secundum *Guilliel. de feud. pag.* 432. cum sequen. par. ubi plenius articulum prosequitur, & *Zazi. ac Iuli. ubi supra.*

V. Differunt in substantialibus, & naturalibus cujusque contractus, nam in feudo, de substantia est fidelitas, quæ à feudo abesse non potest, licet juramentum remitti possit, ut diximus in diffinitione, & tradit *Guilliel. de feud. pag.* 15. & hæc fidelitas est propria, & specifica differentia per quam distat ab emphyt. ut per *Claud. pag.* 95. Item de substantia est, quod directum dominium apud dominum

num maneat, secundum eund. *Clar. pag.* 62. quem sequi. *Zazi. de feud. pag.* 6. sunt tamen qui contra tenent, ut *Mode. Par. tit.* 1. *numer.* 53. Item recognitio dominij est de substantia, secundum *Card. in prælu. feud. divisi.* 4. De natura feudi est, quod vassallus domino serviat, quod masculi non fœminæ veniant, & alia quæ habentur in constitutionibus feudalibus, ex quib. 23. naturalia contractus feudalis, proprij, & recti, congessit *Franc. Sonsbec. de feud.* 4. *par. pag.* 29. *cum seq.* Cætera vero pacta inter dominum, & vassallum conventa, accidentalia sunt ut explicat *Zazi.* ubi supra, & iterum *pag.* 213. *Guiliel. pag.* 23. & 24. ¶ At in emphyteusi, substantialia sunt canonis solutio in recognitionem dominij superioris & dominij utilis translatio, atque alia quæ scripsimus *q.* 1. Specifica autem differentia qua discernitur ab alijs contractibus est periculum commissi post triennium vel biennium, ut dicunt, (& bene) *Moderni Parisi.* Naturalia vero sunt melioratio, reversio ad dominium, prohibita alienatio irrequisito domino, Laudemij solutio, & reliqua tituli emphyteutici, C. cætera sunt accidentalia, & extrinseca pacta. ¶ In utroque autem, tam feudo, quam emphyteusi, generale est, ut pacta, & partium conventiones, in investituris ad unguem, & lege observentur, ut in emphyteusi probat l. 1. 2. & 3. illius *tit. in feud.* autem inquit *text. in c.* 1. §. *fin. quid sit invest.* tenorem imprimis inspiciendum, & in omnibus diligentissimè observandum, ad cumque omnia tanquam ad scopum referenda, *text.* optimus *c.* 1. ibi, *propter tenorem investituræ de duob. frat.* per quem insigniter dixit. *Bald.* qui quotidie in foro allegatur, quod tenor investituræ derogat omni naturæ feudorum *text.* etiam optimus *in c. si cui*, ibi *tenorē investituræ sequendum, de extra. cap. corra.* quæ jura *Bald.* expendit *in l. quoties col.* 2. *C. de suis, & legi. hæred. & in prælud. feud. divisi.* 4. quo in loco ait ad tenores investituræ semper esse recurrendum quia vim contractus ostendit, citat *Tiraquel. in l. si unquam, verbo, libertis numer.* 8. *C. de revoc. dona.*

VI. In eo dissident, quod emphyteusis non consistit nisi annua pensio in pecunia, vel in redditibus constituatur, *§ adeo Inst. loca.* diximus late *quæst.* 1. at feudum si pro servitio annuo, vel monstruo pecuniario, vel in alijs rebus detur, dubium est, an feudum sit. *Bald* etenim *in l. libert. C. de oper. liber. col. final. versic. item nota*, quod si instrumentum, & in *cap. si cautio in fin. de fide instrum. & in cap. fin. col.* 1. *post Innoc. de cauſ. poſſ. & propri. post Cyn. in Auth. ingressi col. final. versi. circa permissa C. de sacrosan. Eccle.* voluit non esse proprie feudum, sed vel emphyteusim, vel contractum innominatum, tradit *Soc. cons.* 157. *vol.* 2. *Bologni. cons.* 62. *Paris. de reintegr. feud. fol.* 66. Alibi autem idem *Bald. in tit. de pace const. tan. verbo libellariæ*, voluit non esse proprie feudū, & ideo in eo succedere alias inhabilem quia non est proprie feudum, idem quoque *Alexand. cons.* 10. *vol.* 1. *vers. decimo probatur vol.* 5. *Soci. etiam in leg. Gallus §. etiam si parente col.* 2. *ff. de libe. & posth.* quia inquit attendendam esse potius substantiam contractus, quam nomen. *Iason.* vero *in cap.* 1. *col.* 2. *qui feud. da. po. post Marti. Laudens.* ibi *col.* 3. distinguit an pensio annua fructibus feudi correspondeat, & æquetur, & erit emphyteusis, seu magis contractus innominatus, aut non correspondeat, puta quia datur tantum hensis, vel accipiter, vel libra piperis quod apud Italos in pretio est, & tunc quia videtur principaliter concessum propter fidelitatem, dicatur feudum, quam distinctionem similibus cōfirmat idem *Ias. d. loco.* Ego autem qui existimo præstationem annui servitij, seu pensionis pecuniariæ, non esse contra substantiam feudi, sed duntaxat contra naturam: quia natura feudi est, ut concedatur pro servitio tantum personali, & pro fidelitate, non vero pro pecuniario servitio, pacta vero contra naturalia contractum non vitiant contractus, licet faciant eos degenerare, ut traditur *in l. pact. conventa, ff. de contrah. empt.* ubi latissime omnium *Berengar. Fernand.* & novissime *Gabriel Mudeus*, in ea opinione sum, ut dato

pecuniario servitio, feudum maneat, licet degenerans, & alteratum, ac non habens propriam, & meram naturam feudi, quæ fuit sententia *Alexand. cons. 79. col. 5. dub. 5. vol. 1.* & accedere videtur (licet confuse quæstionem tractet) *Claudi. de feu. pag. 61.* unde in eo quod non fuerit alteratum, retinebit naturam feudi *cap. 1. de feud. non heb. pro natur. feud. ubi Dd.*

VII. Discriminantur, quia licet emphyteuta rei secularis per triennium cessans à solutione canonis, vel si sit rei Ecclesiæ cessans per biennium, jure suo cadat, ut *leg. 2. C. de jur. emphy. c. potuit de loca.* Non sic in feudis, nam licet per biennium vel triennium cesset, à feudo non cadet, quia talis causa privationis non reperitur jure indicta vassallis, unde non licet eam imponere *l. at si quis §. Divus.* ibi *pœnam lege statutam non esse, ff. de religio. & sump. fune.* & hæc est communis secundum *Alex. consi. 9. num. 3. libr. 3. Dec. Auth. qui rem, numer. 7. C. de sacrosa. Ecclesijs. & cons. 138. numer. 5. Curti. de feud. 4. par. in 23. causa. privationis limit. 4. Iason. in prælud. feud. num. 57. cum sequen. Hypp. sing. 446. magna profecto. Chassan. decis. 2. de jure jur. numer. 6.* quos sequitur *Iul. Clar. verbo feudum, quæst. 51.*

7 VIII. Differunt circa devolutionem, nam emphyteusis quomodocunque cadat devolvitur domino directo *leg. 2. & si. cum mater, C. de jure emphy.* At in feudo variæ res ista diffinitur, nam si finitum est morte vassalli propter ejus lineam finitam absque dubio, domino cedit, si renuntiatione vassalli, observanda sunt quæ scribit *Guiliel. de feud. libr. 3. cap. 16. Iuli. Clar. quæst. 34.* si vero feudum cadat ratione delicti commissi in personam domini, absque dubio aperitur domino, sive sit feudum novum (qui casus est indubitatus) sive sit antiquum, & non solum exclusis filijs vassalli delinquentis, sed etiam agnatis, ut crebrius receptum est *ex Iacobi. de feud. verbo, dictique vassalli. 1. numer. 58. Alexand. cons. 60. libr. 3. Curti. de feud. 5. par. conclu. 1.* nisi, & agnatis nominatim, & æque principaliter concessum sit ut per *Zazi. de feud. 10. p. 2. particula 4. circ. l.* Quod si delictum non concernit directo personam domini, & est feudum novum sine dubio domino applicatur, secundum *Cur. in 5. par. conclus. 2.* si vero est antiquum devolvitur agnatis, ut per *Curti. d. loco conclus. 3.* ultra quartum gradum, ut per *Carol. cons. 23. numer. 23. libr. 3.* si modo fuerit simpliciter acceptum, & informe: nam si fuerit pro se, & liberis, tunc tam filijs quam agnatis devolvetur, secundum *Alexan. l. si finita. §. si de vectigalibus in. 29. ff. de dam. infect.* Porro, si feudum cadat ratione alienationis irrequisito domino factæ doctores variant, sed crebrius distinguitur inter feudum novum, & antiquum, siquidem novum revertitur ad dominum, antiquum vero ad filios vel agnatos, juxta *glos. c. 1. §. hoc quoque de succe. feud. Curt.* ubi super *conclu. 4. Soci. Iun. cons. 77. numer. 21. libr. 1. & cons. 101. numer. 6. libr. 2.* & plenissime prædicta ōnia, plures alios citando, prosequitur *Iuli. Clar. d. verb. feudum quæst. 66.* quem legito, & eleganter *Guiliel. de feud. libr. 3. cap. 15. ex pag. 368. Sonsbec. de feud. par. 13. pag. 154.* ubi contrarium disputat.

IX. Differunt, quia licet dominus qui 8
vassallo non servat quæ promisit, privatur domino quod habet in vassallum, & transit feudum ad superiorem, si illum habet, ut est *glos. c. de forma, verbo merito 22. q. 5.* Non ita in emphyteuta: nam si dominus illi non observaverit pactam fidem promissorum, non privabitur dominio directo, sed vel cogetur pacta implere, vel inter esse: quia nulla lege, pœna privationis directi dominij reperitur imposita *l. at si quis §. divus, ff. de religiosis,* quanvis *Felt. cap. dilecti col. 2. versi. amplius dixit, de maio. & ob.* in emphyteusi contrarium scribat, male allegando *Paulum. & Alexand.* qui in feudatario, non emphyteuta loquuntur. De obligatione autem mutua domini, & vassalli, vide pulchre *Guiliel. de feud. libr. 1. cap. 12.*

X. Differunt, quia feudum non transit 9
ad ascendentes *c. 1. in princ. de natura succe. feud. late. Curti. Iunior de feudis 3. par. pag. 278.* ubi ponit rationes *Guiliel. de feudis libr. 2. cap. 5. Sonsbec. cod. tract.*

2. par.

9. *part. numer.* 19. ubi contra argumentatur. At in emphyteusi distinguitur: nam si sit sæcularis transit ad ascendentes, sicuti alia bona allodialia, & dividitur inter hæredes sine distinctione *l. item prædia ff. fam. her.* Si vero sit ecclesiastica, tunc non transit ad ascendentes, quia sui natura respicit solum lineam descendentium, ut §. *emphyteusim, auth. de non alien. & ita Bald. auth. defun. nu.* 1. *C. ad Tertul.* sequuntur *Alvaro. & Præpos. in dict. cap.* 1.

10 XI. Differunt, quod in feudo novo non succedunt collaterales, nisi expresse actum sit, ut per *glos. unicam cap. si quis milit. const. feud.* Lotha communiter receptam secundum *Alvaro. ibi. numer.* 11. *Sonsbec. ex pag.* 54. *Guiliel. d. c.* 5. at in emphyteusi perpetua, & sæculari, sive nova, sive antiqua, collaterales indistincte succedunt: quia jure aliorum bonorum censetur *l. item prædia, l. famil. hercis. Ord. lib.* 4. *titul.* 77. §. *penult. in nov. tit.* 96. §. 23. & an veniat appellatione hæreditatis. *Dynus cons.* 2.

11 XII. Si feudum sit simpliciter receptum nulla facta mentione filiorum, nec hæredum, non vocantur nisi filij, & descendentes masculi investiti. *Bald. cap.* 1. *quib. mod. feud. cons. numer.* 4. *per glos.* ibi cõmuniter receptum secundum *Covar. lib.* 2. *reso. cap.* 18. *numer.* 3. *in fin.* At in emphyteusi distinguitur: nam si sit sæcularis, veniunt omnes hæredes (qui sicut cætera bona censentur) si vero sit ecclesiastica, censetur duntaxat usque ad tertiam generationem data pro descendẽtibus, juxta formam *d.* §. *emphyteusim. Anan.* optime *cons.* 84. *col.* 1.

12 XIII. In feudis sunt expressæ causæ ingratitudinis, quibus vassallus potest feudo privari, ut *in tit. quæ sit prt. ca. be. ami. l.* 8. *tit.* 26. *par.* 4. & generaliter, ex quibus causis potest filius exhæredari, ex eisdem potest vassallus feudo privari, ut *cap.* 1. §. *præditis* modis, quæ fuit prima causa bene ami. *Zazi. de feud.* 8. *par. versi. de exhæredato. Iulius verb. feudum quæst.* 74. At in emphyteusi non considerantur causæ ingratitudinis, sed causæ caducitatis expressæ *in tit. C. de jur. emphyt. l.* 1. & 2. & *Auth. qui rem. C. de sacrosan. eccles.*

XIIII. Differunt in nominis æthymologia, nam feudum à fidelitate, emphyteusis ab implantatione seu insitione dicitur, ut supra scripsimus, & inde emphyteuta quasi implantator. Item hoc solo nomine nuncupatur. At feudatarius appellatur vassallus à vas, vadis, quasi obses, & ad plura domino obligatus *c.* 1. *de forma fideli.* alias appellatur fidelis, §. *antiquissimo, de ijs qui. feud. da. po.* interdum appellatur homo alienus, *Bart. l. si quæramus ff. de testa. alibi cliens, seu clientulus,* §. *& si clientulus. de alien. feud.* alibi miles *cap.* 1. *de feud. sine culpa.* quandoque valvasor, ut, & per *Alvaro. c.* 1. *quis dica.* dux, alibi pares *curiæ. c.* 1. *si de invest. inter dom. & vassa. Alvar. in prob. feud. col. antep.* sed, & juniores Dd. appellant beneficiarios, quia feudum beneficij species est *Egur. de jure beneficiarium.* 13

XV. Differunt, quia in causa feudali, inter dominum, & vassallum, sunt judices pares curiæ *c.* 1. §. *præterea si inter. de prohi. feud. alien.* per *Frederi.* si actor mittatur jure feudali secundum *Ludo. Colog. ad Anan. cons.* 84. *numer.* 6. & 7. etiam si vassallus sit clericus, ut per *Innocen. in c. verum de for. compe. Rip. c. decernimus nu.* 22. *de judic.* tradit late materiam, *Iulius, verbo, feud. quæst.* 90. *Guid. cons.* 72. *nu.* 2. & *Deci.* 139. *Soci. cons.* 41. *alias* 12. circa prædictam consultationem vol. 1. quod non sint ibi pares curiæ cognoscet ordinarius *c.* 1. *de contro. feud. apud par. cur. per c. Imperial.* §. *fin. ubi supr. Iacob. Bello. in c.* 1. §. *illud de invest. in man. fa. numer.* 81. & etiam quando pares curiæ sũt suspecti secundum *Bald. in d.* §. *fin. in d. c. num.* 2. *D. Nava. in rep. c. novit tit.* 3. *not. nu.* 8. *pag.* 69. *de judiciis.* Cæterũ causæ emphyteuticæ non habent deputatos judices, sed coram ordinarijs agitantur, & decidũtur, ut palam est, nisi aliud convenerit, (solent enim contrahentes certis judicibus se subjicere.) Quod si emphyteusis sit ecclesiastica, & agatur actione reali ad rem repetẽdam, & conventus rẽ esse ecclesiæ fateatur, ecclesiasticus est competens judex, ut disponitur *lib.* 2. *tit.* 1. §. 17. *in nov. tit.* 1. §. 5. & 10. & §. 20. *in fi. cap. si clericus laicum de for.*

compet. à contrario ſenſu, ubi *Feli.* fatetur eſſe communem *col. fin.* nam ubi conſtat rem eſſe Eccleſiæ abſque dubio eccleſiaſticus eſt competens, ſecundum communem ex *Innoc. cap. cum ſit numer. 2. de for. compet.* & idem ſi durante emphyteuſi, vel locatione rei Eccleſiæ, ad penſionem agatur contra laicum, nam, & eccleſiaſticus tunc eſt competens, juxta *l. Regiam dict. tit. 1. §. 19. in nov. tit. 1. §. 9.* cui conſonat opin. *Abb. numer. 12. & 13. in cap. ſi clericus de for. competen. & Barb. ibi numer. 55.* quod ſi agatur perſonali actione, ratione rei eccleſiaſticæ, judex eccleſiaſticus eſt competens, licet contrarium: imo quod eo caſu debeat aditi ſeculares, doceat *Anto. dict. cap. ſi clericus. num. 9. Cardi. opp. 1. Maria numer. 15.* & ſatis *Feli. numer. 4.* ſi vero inter duos laicos de emphyteuſi etiam eccleſiaſticas ſit ſuper dominio utili non dubium eſt quod laicus judex ſit competens, quia dominium utile licet rei eccleſiaſticæ eſt mere laicum inter laicos, late ſcripſit ſupra *quæſt. 17. numer. 12.* & ſubjectum legibus laicorum quoad ipſos, & eorum præjudicium ut per *Iulium in verb. emphyteuſis quæſt. 48.*

15 XVI. Feudi cauſa eſt radicata in perſona, & ſervitio perſonali, ut probavimus in quæſt. ſupra proxi. tradit *Soci. conſi. 167. vol. 2. late Tho. Gram. conſ. civil. 2.* At emphyteuſis perſonam non gravat, & à cultura, & penſione, ac recognitione directi dominij pendet, §. *adeo, inſt. locati.*

XVII. Feudum eſt ſpecies ſervitutis, *Curti. Seni. conſ. 49. numer. 54. Soci. conſ. 165. vol. 2. Afflict. deciſ. 277. numer. 7. Bald. conſ. 351. num. 7. vol. 1. Abb. cap. Veniens 2. not. de accu. Lucas l. coloni col. 1. C. in quib. cau. coloni, & in l. decretum in princ. C. de Metatis, Corſe. de poteſt. Regia quæſt. 53. gloſ. verbo, oportet in l. ſi uſus. fructus legatus ſit ff. de uſufr. quam* Pariſi. dicunt eſſe realem non perſonalem, ſed hoc in ſuo Regno, non alias ex proxime dictis, & per *Parid. de feud. fol. 152. numer. 15.* At emphyteuſis non eſt ſervitus, ut diximus *quæſt. 1. nu. 18.*

16 XVIII. Hæres vaſſalli defuncti tenetur infra annum, & diem facere fidelitatem domino feudi, alias perdit feudum *cap. 1. quæ ſunt prima cau. be. ami. l. 10. tit. 26. part. 4.* quod tempus currit à die quo ſe hæreditati immiſcuit *cap. 1. in princ.* & ibi *Bald. de cap. Corr.* nec excuſatur iſta renovatio fidelitatis, etiam ſi anteceſſor juraverit pro ſe, & ſucceſſoribus ſuis, ſecundum *Ioan. Andr.* & communiter omnes *in cap. Veritatis de jure jurand. contra Bald. l. una. verſ. excepto Cod. de cad. tolle.* Et eadem fidelitatis renovatio debet fieri, ſi directus dominus mortem obeat, hæredi ejus *cap. 1. quo tempore. miles dict. l. 10. in fin.* niſi juxta cauſa impediat, ut ibi. At in emphyteuſi ſucceſſor non tenetur novam recognitionem facere, ſed penſionem præſtitutis temporibus ſolvere, quia nulla lege contrarium cautum reperitur, & quanvis ad petendam renovationem emphyteuſis aliqui annum deſignent (quo, & quibuſdam conſtitutionibus Epiſcopatuum continetur argum. jurium feudalem) certe caſus eſt diverſus, & aliud quidem eſt, feudo manente, renovare fidelitatem, propter interventum novæ perſonæ, aliud petere renovationem emphyteuſis finitæ, ut infra in materia renovationis dicemus. Cæterum generalis practica Regni anni terminum recipit de qua teſtantur *mod. de renova. quæſt. 5. numer. 15.* ſed nullo jure civili fulcita.

XIX. Infeudans duobus eandem rem 17
non incidit in pænam falſi, quia ſecunda infeudatio non valet, & pro non facta habetur, ut per *Bald. in cap. ſi quis quo tempo. mile. & ita l. quoties C. de reiven.* non habet locum in feudis, ut per *Parid. de re. integr. feud. fol. 151.* At in emphyteuſi ſecus eſt, ut probavimus *q. 13. numer. 7.* ſed certe, & in feudo idem dicendum, ut ibi tradidimus, nec enim minus in feudo quam in emphyteuſi fidem frangit, proinde hæc differentia jure non procedit.

XX. Differunt in conſtitutione, nam 18
feudum per inveſtituram conſtituitur hoc pacto, præſtito enim juramento fidelitatis, dominus præſentibus duobus curialibus, ſeu partibus curiæ, vel coram teſ-

tibus

tibus per breve testatum (hoc est publicum instrumentum) dicit vassallo. Ego te investio isto anulo, ense, vel hasta, vel pileo, aut alia te corporea: per hanc enim verbalem investituram, cum aliquo actu corporeo (quæ appellatur investitura abusiva) licet non acquiratur vassallo feudi possessio realis *cap.* 1. *de no. forma.* nisi fieret in loco feudi, vel locus feudalis inde inspiceretur, ut dicit *Præpo. d. c.* 1. acquiritur tamen concessionis confirmatio: deinde sequi debeat possessionis traditio, quæ est vera investitura, ut per *Alvaro. & Præpos. d. c.* 1. *quid sit invest.* ubi explicate eleganter modum constitutionis feudi *leg.* 4. *tit.* 29. *par.* 4. secundum rectum, & proprium sine investitura non est, ut propria natura feudi potiatur, & ad hæredes transmitti queat, ut omnes docent, & latius *Zazi. de feud. pagin.* 48. cum sequen. brevius *Guliel. de feud. libr.* 1. *cap.* 7. *Freder. Schen. in tit.* 25. *qui. mo. feud. cons. po. numer.* 1. At emphyteusis hæc solemnia non postulat, aut præviam investituram, ut sit vera emphyteusis, nec tale aliquid legibus distinctum reperitur, sed partium conventione constituitur, & rei traditione, ut cæteræ conventiones ad plenum perficitur. Sunt, & aliæ plures differentiæ inter feudum, & emphyteusim quas diligens quivis facile colliget ex lectione interpretum, & ijs quæ non in quæstionibus sequentibus attingemus, interim, supra scriptas attigisse sit satis, ut intelligatur, non esse regulariter justum argumentū de feudis ad emphyteuses nec è contra cum licet in plurib⁹ conveniant, ut superiore capite ostendimus in multis etiam magnum inter hos contractus discrimen esse appareat.

Ut igitur in disputationibus, consilijs, & causarum decisionibus, videatur, quando juridice de uno ad alium deducatur argumentatio, dicas quod cum jura feudorum sint quædam consuetudines locales, & singulares, ac proinde vim legis non habeant, nisi in materia feudali, nec in alia materia, decisive allegari possint, ut receptius est sententia *Bart. l. jurisjurand.* §. *si liberi numer.* 5. *ff. de oper. libe.* *Salyc. l.* 1. *col.* 4. *C. de jure emphyt. Iacob. Bellovi. in tit. Episcopum vel Abb. Bald. Alvaro.* & omnes *in cap.* 1. *de co. feud. Auth. in cap.* 2. *de jure patr. Iason. l. de quibus numer.* 26. *ff. de legibus, & Moder. in suis opusculis feudorum,* quidquid controverrat *Curt. Iunt. in* 1. *part fe.* quæst. 3. quidquid etiam scribat *Iason. cons.* 92. *col.* 5. *in fin. vol.* 1. tunc demum de feudo ad emphyteusim licebit argumentari, quando feudalis decisio cum jure communi convenerit, aut ultra jus commune aliquid statuat ex juris tamen communis rationibus; alioquin si per leges feudorum, contra jus commune aliquid statutum fuerit: non procedet argumentum à feudo ad emphyteusim, ut per *Alexan. l. quod dicitur numer.* 24. *ff. de verb. & in l. divortio.* §. *si fundum col.* 2. *ff. solu. matri. Ioan. Bapti. in cap.* 1. *de feud. cog.* 1. *par. reg.* 32. & alios quos refert, & sequitur *Covar. lib.* 2. *resol. cap.* 18. *col.* 2. *Iason. l.* 1. *nu.* 60. *C. de jur. emphyt. Everar. & Claud. in suis Topi. in loco à feud. ad emphyt.* tradit *Soci. Iunt. cons.* 70. *num.* 11. *lib.* 1. *novis.* sime *P. Peral. lib.* 3. §. *qui fideicomissariam un.* 50. *ff. de hære. inst.* & tunc magis à ratione, & naturali justitia, quam à lege vim legis habente argumentamur ut dicunt *Moder. Parisi.* E contra vero, argumentum ab emphyteusi ad feudum, efficax est, quia tunc magis argumentamur à dispositione juris communis, ad qui recurritur in feudis quando specialis consuetudo feudi deficit, ut est text. *dict. cap.* 1. & ibi *Iacob. Alvarot. & Baptist. Cacialup. in rep. super glos.* 2. *ad fin. Franc. Sonsbec. de feud. pag.* 55. *quidquid in hac re* scripserit perperam *Iason. dict. l.* 1. *col.* 11. quidquid item dixerit *Curt. de feud.* 2. *part. secundæ partis quæst.* 2. *numer.* 6. recurrendum esse tunc ad jus canonicum, quod plane falsum est, & contra text. *dict. cap. unico,* ut etiam adverterunt *Moder. Parisien.* Iuramentum enim fidelitatis quo ipsi nituntur, non subjicit feuda juri canonico, quia jusjurandum non mutat forum, ut palam est.

SUMMARIA.

1 *Feudum Regale, quid.*
2 *Feudum non Regale.*
3 *Feudum nobile.*
4 *Feudum Burgense.*
5 *Feudum proprium.*
6 *Feudum improprium.*
7 *Feudum transiens cum dignitate, vel sine.*
8 *Feudum seculare, feudum ecclesiasticum.*
9 *Feudum fœmineum, feudum masculinū.*
10 *Feudum divisibile, feudum nō divisibile.*
11 *Feudum reale, feudum personale ut feudum habitationis.*
12 *Feudum personalissimum, ut soldatæ.*
13 *Feudum quo vivitur jure Francorum.*
14 *Feudum conditionatum.*
15 *Feudū revocabile, feudum nō revocabile.*
16 *Feudum ligium, feudum non ligium.*
17 *Feudum in curte, feudum extra curte.*
18 *Feudum francum.*
19 *Feudum de camera, seu de cavena.*
20 *Feudum guardiæ.*
21 *Feudum Castaldiæ.*
22 *Feudum advocatiæ, feudum scutiferū.*
23 *Feudum emptitium, feudum gratuitum*
24 *Feudum cortorum servitorum.*
25 *Feudum decimale, & non decimale.*
26 *Terrarum concessio, & honorū, quas dicimus vulgo* honras *in nostra Hispania quid.*
27 *Emphyteusis multiplices species.*

Quæstio XL. De multiplici feudorū, & ēphyteuseō devisione.

FEudorum sunt multiplices species, seu divisiones, ac distinctiones. Aliud enim est Regale, ut *Marchionatus*, *Ducatus*, quod ab Imperatore, 1 vel Rege recognoscitur *cap.* 1. *de feud. March. Curt. de feud.* 1. *par. quæst.* 8. *Iul. Clar. verbo, feudum quæst.* 10. Aliud non 2 regale, quod videlicet recognoscitur ab inferioribus à Principe, vel si à Principe, non tamen consistit in præfatis dignitatibus, ut *cap.* 1. *quis dica. Dux* vel *March. & cap.* 1. *qui feu. da. po.* Aliud feudum 3 nobile, quod nobilitat possessorem, & alias appellatur padogum. Aliud *Burgense*, quod non notabilitat, ut *cap.* 1. *quis dica. Dux*, §. *cæteri*, ut datum à minimis valvasoribus. Aliud est feudum proprium, ut est illud quod descripsimus in diffinitione supra *quæst.* 38. *numer.* 1. quia habet 4 substantialia, & naturalia feudorum, nullo pacto immutata, hoc est, simplex, rectum, gratuitum, cum fidelitate transitorium ad hæredes masculos, legitimos, & habens 5 alia 23. naturalia feudi proprij quæ concessit *Franci. Sonsbec. de feu.* 4. *part. pag.* 19. cum sequen. Aliud improprium & degenerans, in quo deficit aliquod ex illis naturalibus feudi, ut quia concessum 6 cum clausula, & quibus dederit *cap.* 1. *de feud. non hab. pro natu. feud.* vel sine investitura acquisitum, *cap.* 1. *quib. mo. feud. cons. po.* vel emptum, vel pecuniario servitio datum ut diximus *supr. q.* 39. vel si non est transitorium ad hæredes, aut fœmineum, vel feudum guardiæ, aut castaldiæ, aut de camera, seu cavena, aut soldatæ, quia non habent propriam naturam feudi, ut in peculiaribus titulis habetur. Aliud feudum quod transit ad hæ- 7 redes cum dignitate, ut Ducatus Ferrariæ: aliud, quod transit sine dignitate, ut Ducatus Spolitanus. Aliud feud. seculare, aliud ecclesiast. de quo *in cap. cæterum, de judi. Deci. cons.* 76. *vol.* 1. *c. verum* 8 *cap. ex transmissa, de for. comper.* Aliud feudum masculinum (ut est regulariter omne feudum ut nuper diximus. Aliud feudum fœmineum, quod ex pacto transit ad fœminas, ut *cap.* 1. §. *filia de suc-* 9 *ce. feud.* licet à masculis quæsitum sit *cap.* 1. de eo qui sibi, vel quod à fœmina quæsitum est *cap.* 1. *de feu. fami.* Aliud feudum 10 masculinum, vel quia à masculis quæsitum ut non transeat ad fœminas *cap.* 1. §. *hoc autem de his qui feud. da. poss.* vel quia à masculis primo quæsitum, licet sub pacto ut ad fœminas transeat *dict. cap.* 1. *de eo qui sibi.* Rursus feud. aliud divisibile, ut regulariter omne feudum, aliud non divisibile, ut feuda mayorum dignitatum ut jam diximus. Aliud feudum reale, seu perpetuum ad hæredes transitorium (ut regulariter omnem feudum *cap.* 1. *de duob. fratribus, cap.* 1. *de succe. feud. cap.* 1. §. 11

fin.

fin. quib. cau. feud. amit.) aliud personale, ut concessum ad vitam alicujus *cap.* 1. *quib. mod. feud. cons. poss. cap.* 1. *de consuet. recti. feud.* veluti est feudum habitationis, ut quando dominus alicui habitationem in feudum largitur, quod finitur morte accipientis, nisi contrarium cautum sit *cap. feuda*, §. *habitationem tit. de feud. & benefic. const. Imper. in extravaga. Sonsbec. de feud.* 3. *par. in fi.*

12 Aliud feudum personalissimum, ut feudum soldatæ cujus meminimus *quæst.* 12. *numer.* 7. quod ex neutra parte ad hæredes transit, §. *soldata in tit. quis dica. Dux vel March.* Item aliud est feudum, quo vivitur jure francorum, quod ad primogenitum duntaxat transit. *Afflict. decis.* 11. & 28. Aliud feudum purum, quod non
13 sit sub aliqua conditione. Aliud conditionatum quod datur ad certum servi-
14 tium vel certam conditionem, §. *penul. in tit. quid sit. invest. cap.* 1. *in fin. in quib. cau. feud. amittat glos. cap. fin. de capita. qui cur. vend. Ruinus. cons.* 25. *numer.* 13. *lib.* 2. Item aliud feudum revocabile, ut feudum guardiæ, & castaldiæ *Alvaro. in cap.* 1. *de contro. in vass. & Ediſc.* Aliud non revocabile, §. *item si vassallus de con-*
15 *tr. invest.* Item quodam est feudum ligium, quod accipitur à non recognoscente superiorem, & juratur fidelitas contra omnem hominem, nulla persona excepta, & in consequentiam personæ bona etiam subjiciuntur, *Clem. pastoralis, & ib. glos. & omnes, de re judica. Curt. de feud.* 1. *part. quæst.* 8. *versi.* 5. *Sonsbec. de feud.* 3. *part. num.* 19. Aliud non ligium, quia juratur fidelitas generaliter, excepto priori dominico *cap.* 1. *in fin.* 2. *tit. hic finit. lex cap.* 2. *de prohib. feud. alie. per Lothar.* unde secundum *Joan. Andr. in dict. Clem. pastoralis, & glos.* ibi, *verbo, homo quoque ligius*, quis non potest esse homo ligius duorum, *Iacobi. de homagii numer.* 9. *Iuli. Clar. verbo, feudum, quæst.* 11. *in fin.* sed bene, ligius unius, & vassallus non ligius alterius, semper tamen in vassallatico, & fidelitate intelligitur excepta persona imperantis, *ut in fin. de prohib. feud. alie-*
per Frede. Alvar. in prohæ. feud. col. 8. *in fin.* Item aliud est feudum in curte, aliud 17
extra curtem *cap.* 1. §. *fin. & ibi glos. qui. mod. feud. amit. Alvaro. cap.* 1. *de capi. qui cur. vend.* sed melius quam alibi *Sonsbec. dict.* 3. *part. ex numer.* 27. Item aliud 18
est feudum francum, in quo id exprimitur, quod sit francum. *Paris. de remte. feud. par.* 7. *col.* 1. *numer.* 17. & vassallus non tenetur, nisi ad servitia expressa in investitura, ex mente communi, secundum *Curti. de feud.* 1. *par. quæst.* 8. *versic.* 2. *principa. Iuli. Clar. de feud. quæst.* 12. *at Sonsbec.* ait francum dici ab omni servitio immune *dict.* 3. *par. numer.* 24. & 25. tradit *Grego. l.* 2. *tit.* 26. *par.* 4. *verb. fazerse servicio*, Aliud item feudum quod succeditur jure francorum, 1. à solo primogenito, ut per *Lofre. cons.* 1. *numer.* 76. *Afflict. decis.* 248. Aliud feudum de camera seu cavena, de quibus diximus supra *quæst.* 12. *numero* 7. & explicat *Sonsbec. numer.* 26. & 38. quod non solvitur, nisi quando camera habet unde solvat, alias debet spectari, ut *in cap.* 1. *de not. feud.* atque ita non solvitur vassallo, nisi prius ære alieno soluto, alij enim creditores præferuntur vassallo. *Tho. Grama. cons.* 160. *numer.* 9. & est ad nutum revocabile, l. 1. *tit.* 26. *par.* 4. & ibi *glos.* Aliud feudum guardiæ 20
quod pro custodiendo castro, vel territorio datur, ut *in tit. de feud. guar.* Item feudum 21
castaldiæ, quod pro gubernatione, & administratione rerum datur, quia castaldia dicitur administratio seu gubernatio, ut *dict. tit. de feud. guar. & castal.* Item aliud est feudum advocatiæ, ut quia est 22
advocatus fisci, & feudum est illi officio annexum. *Plate.* l. *nullus C. de decur. libr.* 10. *vel procuratoriæ judicaturæ*, aut notariatui, §. *quicunque in tit. de pace. tenen.* sicut, & feudum scutiferorum quod est deputatum pro illo officio, §. 1. *in capit. exordi.* Rursus feudum aliud emptitium 23
de quo diximus *q.* 39. *numer.* 3. quod pecunia acquiritur, aliud gratuitum, ut quod gratis collatum est. Item aliud feudum cer- 24
torum servitiorum, veluti quod comitetur uxorem domini, aliud incertorum, ut cum nullum certum servitium designatur

natur, sed ad servitia in genere feudum confertur, ut explicat *Sonsbec. d. 3. part. numer.* 31. & 32. Rursus aliud antiquum, seu paternum: aliud decimale, aliud quaternatum, de primo *Moder. Parisi. de secundo* 1. *de quaternato, & de tabula Afflict. decis.* 282. *numer.* 3. & 324. *numer.* 1. & 257. *numer.* 3. Aliud quod dicitur ex pacto, & providentia, ut statim declarabo, quæ omnia abunde prosequitur *Alvar. Isern. Bal. & alij feudistæ in probæ feud. Iason. in prælud. feud. Rebuf. in suo tractatu feud. Sonsbec. in dict.* 3. *part. Cald. de feud. cons.* 10. *Bolog. cons.* 1. *col.* 4. & 5. *Deci. cons.* 139. ut alios infinitos feudorum scriptores *Moder.* prætereamus, qui non ita plene rem tractaverunt. Addo esse in nostra Hispania, concessiones, quæ non sunt feuda, & appellantur terræ, & honores, nos dicimus *honras*, quarum naturam explicat, *l.* 2. *tit.* 16. *par.* 4. sed apud nos *honras*, magis jurisdictionem, quam redditus, in aliqua villa, aut castro, designant, & sunt perpetuæ descendentium regulanturque secūdum legem Mentalem, licet lex partitæ honores in vita tantum accipientis durare dicat, in hoc tamen convenimus cum honoribus Castellæ, quod sicut possessores honorum debent recognoscere à Rege novo *l.* 20. *tit.* 13. *part.* 2. ita, & apud nos *lib.* 2. *tit.* 18. *in nov. tit.* 38. & *tit.* 35. §. 44. & *tit.* 26. §. 42. ibi, *confirmadas.*

Portò in emphyteusi sunt aliæ divisiones sed pauciſſimæ. Quædam enim est emphyteusis secularis, quædam Ecclesiastica, item quædam perpetua, quædam ad vitam, alia in generationes. Rursus quædam hæreditatia, quædam non hæreditaria, sed ex pacto, & providentia. Item alia emphyteusis rerum patrimonialium principis, alia bonorum Caronæ Regiæ, quædam privatorum, alia feudorum reipublicæ. Item alia antiqua, seu paterna, alia nova. Quæ distinctiones seipsas indicant, & declarant, nec alia declaratione indigent speculari, quarum effectus in sequen. quæstionibus plenius tractabuntur.

SUMMARIA.

1 *Fæmina regulariter non succedit in feudo.*

2 *Fæmina an regulariter succedat in emphyteusi.*

3 *Fæmina an succedat in emphyteusi accepta por se, & filijs.*

4 *Fæmina an succedat insimul cum masculis in emphyteusi accepta pro se, & filijs masculis, & fœminis.*

5 *Nepos ex fœmina, an ad emphyteusim admittatur, etiam in emphyteusi accepta pro se, & filijs, & nepotibus masculis, & quid si dicatur pro se, & descendentibus virilis sexus seu per virilem sexum.*

Quæstio XLI. An, & qualiter fœmina succedat in feudo, vel emphyteusi.

FÆmina regulariter non succedit in feudo *cap.* 1. §. *hoc autem de his qui. feud. da. poss.* & est communis regula secundum *Deci. cons.* 139. *vers. sed tamen*, & moribus feudorum recepta, secundum *Zazi. de feud.* 8. *part. versic. super secunda particula*, late *Curti. eod. tract.* 3. *part. numer.* 1. *pag.* 210. *cum seque.* post *Alvar. in probæ. feud. col.* 8. *in princ.* plenissime materiam tradit *Sonsbec. defend.* 9. *part. ex numer.* 118. *Guliel. de feud. lib.* 2. *cap.* 8. *Mantua, cons.* 73. *numer.* 2. *l.* 6. *tit.* 26. *par.* 4. Et est ratio secundum *glos. dict.* §. *hoc autem*, quia fœmina non potest dominum juvare, nec pugnare receptam communiter ex *Alexand. consi.* 10. *numer.* 7. *lib.* 5. & *consil.* 98. *nu.* 9. *lib.* 6. *Carol. cons.* 18. *num.* 13. *lib.* 1. tradit latissime (ubi materiam feudi fœminei explicat) *Iuli. Clar. verbo feud. quæst.* 73. & iterum *quæst.* 80. *Zoanet. de re quotid. cap.* 4. *num.* 5. At in emphyteusi fœmina à maribus non distinguntur, & si emphyteusis sit Ecclesiæ, §. *emphyteusim. Auth. de non alien.* tradit *Cateli. cotta in memorali. verbo, emphyteusis* 2. *col.* 151. & latissime *Covar. lib.* 2. *Resol. cap.* 18. *numer.* 1. ubi citat contradicentes, ultra quos *Zoane. de re quo. cap.* 3. *numer.* 1. & est communis secundum *Baro.*

1

2

cap.

cap. in præsentia numer. 40. *cum sequ. de probat. & absque* dubio procedit, sive concessio fiat per verba apta comprehendere etiam fœminas, ut puta illa verba, pro se,& hæredibus,secundum *Xua. l. quoniam pag.* 357. *numer.* 3. *Vel pro se,* & successoribus, secundum eund. *Bero. quæst. familiari* 18. *in princi.* Quid autem si pro se, & filijs, & receptius est, tunc ad emphyteusim filias non venire, ex *Archid. in cap. si quis suadente* 17. *quæst.* 4. & *Guido. l. Veteribus, ff. de pacto.* communiter *recept. secundum Deci. cap. in præsentia num.* 46. *de probat. Ripam l. ex facto, §. si quis rogatus num.* 58. *ff. ad Treb. Iason.* l. *si quis id, quod num.* 23. *ff. de jure. omn. jud.* communem quoque testatur *Alex. l. quod dicitur. num.* 24. *ff. de verb. Iaf. l.* 2. *num.* 193. *C. de jure emphyt. Berd. Loaz. in* l. *filius fami. §. divi. nu.* 68. *ff. de lega.* 1. alij quoque plures citati a *Tiraq. in tit.* 1. *retract. §.* 1. *glo.* 9. *nu.* 181. *Zoa. de reb. quotid. dict. c.* 4. Addit. *Rymi. conf.* 121. *num.* 4. *lib.* 1.

Cæterum contrariam sententiam probarunt *Salyc. l.* 2. *Cod. de jur. emphyt. numer.* 26. & acriter *Moder. Pariſ. in ſuis conſuet. & ad Deci. in præfato loco. & ad Alexan. conſ.* 61. *lib.* 1. *Decid. l. fœmine. num.* 180. *verſic. poſtremo ff. de reg. jur. Socin. nepos conſ.* 194. *num.* 7. *lib.* 2. *pulchre Alciat. in l.* 1. *ff. de verbo. ſignif.* optime plures alios allegans *Covar. libr.* 2. *Reſol. ubi ſupr. colun.* 2. *Iul quoque Clar. libr.* 4. *§. emphyteuſis quæſt.* 32. & esse opinionem juri, rationi, & æquitati omnino contrariam, inquit noster *Pynel. in* l. 3. *Cod. de bona. mat. numer.* 33. addens quod usus generalis ita observat, ut filiæ in hac specie admittantur; saltem in defectum masculorum,& hæc poſterior opinio contra communem, jure nostro Regio recepta est *lib.* 4. *tit.* 63. *§. in nov. tit.* 37. *§.* 6. *Eſendo*, ubi in fortioribus terminis in emphyteusi accepta pro se, & uxore, & filio ex ipsis nato, potest nominari filia,quasi in pacto investituræ emphyteuticæ comprehensa, ex contrahentium mente, quæ absque dubio, & filias complectitur, ut est text. elegans *in l. quisque* 106. *ff. de verb. ſignifi.* maxime in materia indifferenti, ut per *Hoſti. Abb. & communem in cap. dilecti numer.* 11. *de arbit.* emphyteusis autem materia est indifferens item maxime cum filios aut liberos in numero plurali, dixit, quo casu fœminæ veniunt ex sermonis proprietate *l. ſi ita ſcriptum* ibi, *datos eſſe ff. de leg.* 2. nec minus delexisse filias credendi sunt patentes: imitati *l. maximum vitium C. de lib. præt. nam* & quandoque eas præcilexisse competimus, in celebri *deciſi. l. cum pater, §. pater, pluribus ff. de leg.* 2. ibi *claves mayori natu filiæ tradidit.* Præterea si pater stipulatus pro filijs emphyteusim, videtur stipulatus tanquam hæredibus *l. pactum ff. de proba.* l. 4. *C. de contr. ſtip. Bart.* & communis *in l. quod dicitur ff. de verbo. Alcia. reg.* 1. *præſump.* 31. quis dubitabit, etiam fœminas comprehendi? Ut adnotavit *Alcia. dict. l.* 1. *in fin.* ¶ Quod si in alijs partibus inſtrumenti emphyteutici, de masculis fiat mentio, poterit opinio communis colorem habere, ex reg. *l. qui filialibus. ff. de leg.* 1. l. *utrum. ff. de peti. hære.* & quæ tradit *Alcia. dict. l. quiſquis ad fin.* ¶ Limitabitur autem prædicta communis,si quis eam parum certe juridice sequatur ut per *Gozad. conſ.* 20. *ex numer.* 7. *Soci.* Nepot. *in conſ. jam allegato. Chaſſa. de Burg. rubr.* 4. §. 2. *fol.* 134. *col.* 1. ¶ In intestati autem successione emphyteutica, lex Regia masculos fœminis præfert *lib.* 4. *tit.* 62. §. *in nov. tit.* 36. §. 2. *& finando ſe*, qui casus in hoc ut in multis est notandus. 4

Quid autem si pater pro se, & filijs masculis, & fœminis, emphyteusim accipiat an insimul masculi, & fœminæ admittantur? Et receptius est, insimul admitti, ex *Bar.* l. *juris jura.* §. *ſi liberi numer.* 5. *ff. de ope. lib. Salyc. l.* 2. *quæſt.* 17. *Iaſon.* ibi *num.* 187. *C. iſto tit. Imol. in cap. poſuit, in fin. de loca.* nisi patriæ consuetudo aliter se haberet circa successiones ēphyteuticas, vel nisi esset ibi statutum, quod extantibus masculis filia fœmina non succedat, ut declarat idem *Bart. dict.* §. *ſi liberi*,& alij quos refert, & sequitur *Covar. dict. capit.* 18. *col.* 3. *verſ.* 2. *concluſi. ultra quem, Alex. l. hæred. mei.* §. *cum ita num.* 8. *ff. ad Trebel. idem Covar. cap. Raynutius* §. 2. *nu.* 2. *de teſta.* vulgare est enim ut dispōētiū ut alias

con-

contrahentium clausulæ, ab statutis seu consuetudinibus interpretationem recipiant *Soci. consi.* 87. *num.* 12. *libr.*3.*Corn. consi.* 133. *numer.*23. *libr.* 1. & alibi passim consulentes, & elegentes, unde cavendum à *Salyc. dict. l.* 2. *quæst.* 17. qui in hoc articulo contrarium scripsit.

5 Cum autem dixerimus, fæminas à successione emphyteutica non excludi, pro comperto ponimus, nepotes ex fæminis etiam emphyteusi succedere, quam testatur esse communem opinionem *Marian. Seni. ut refert.* & sequitur *Corn. consi.* 219. *littera G. libr.*2. Quod si sit emphyteusis accepta pro se, & filijs, & nepotibus masculis, adhuc crederem nepotem ex filia fæmina admitti debere, quia masculum est contra *Paul. Castr. consi.* 60. *numer.*4. *lib.* 2. & qui eum sequitur, *Iul. Clar. verbo, emphyteusis quæst.* 36. *Pynel. in l.* 3. *numer.* 19. *C. de bon. ma.* licet enim masculus ex fæmina, jure fæminæ censeatur, & concessio facta pro descendētibus, seu liberis masculis, intelligatur de descendētibus per masculum, ut per *Bart. l. liberorum col.*4. *ff. de verbo. signifi. Alexan. l. ex facto. §. fin. col.* 1. *ff. ad Treb.* & statutum arcens fæminas, repellat masculos ex eis, ut omnium latissime tradit *Tiraquel. de primogenitura quæst.* 12. *numer.* 12. & *Pynel.* ubi supra, id cum de conservanda agnatione, & familia agitur, verum esse existimo, cum *Mode. Parisiem.* quia fæmina, & descendentes ex his, etiam masculi, in aliam familiam transeunt *l. pronuntiatio, §. familiæ ff. de verbo. signifi.* secus in emphyteusi, ad quam cum masculi vocantur, solum ad rei emphyteuticæ meliorem culturam, respectus videtur haberi, & ideo sufficit in eo qui debet succedere, eam possibilitatem reperiri, nisi aliud ex investitura emphyteutica colligatur, & in isto confidentius hanc opinionem sequerer, propter legem Regiam *libr.* 4. *tit.* 36. *§. in novo. tit.* 37. *§.* 6. *Esendo.* Et idem crediderim, si accepta sit emphyteusis, pro se, & descendentibus virilis sexus, secus si per virilem sexum, licet his casibus interpretes masculum ex filia fæmina non admittant, ut est communis secundū *Iason. l. Gallus §. nunc. de lege Velleya. nu.* 10. *ff. de lib. & posth.* & ibi alios & *Hyeroni. Grat. consi.* 120. *num.* 16. *lib.* 2. *Iuli. ubi supr. quæst.* 36. *in fin. Curt. de feu.* 3. *par. nu.* 26. *in fin. pag.* 232.

SUMMARIA.

1 *Feudum antiquum, aut paternum, & quando dicatur novum.*
2 *Feudum novum, si concedatur jure, antiqui quale.*
3 *Dominus si remittat vassallo vel ēphyteutæ caducitatē, an sit feudis antiquum, vel novum.*
4 *Feudum propter culpam amissum ad quē revertatur.*
5 *Feudi successores quales.*
6 *Minor an possit investiri de feudo.*
7 *Procurator cū libera, an possit infeudare.*
8 *Renovatione intra tempus non petita cui deferatur feudum.*
9 *Vassallo auxilium non præstante domino suo, ad quem regrediatur feudum.*
10 *Alienatione illicite facta cui feudū deferatur.*
11 *Refutatum feudum ad quē regrediatur.*
12 *Feudum apertum propter defectum vassalli, cui deferatur.*
13 *Probari qualiter possit, feudum esse novum vel antiquum.*
14 *Emphyteusis antiqua, si concedatur noviter jure feudi, an judicabitur antiquum feudum.*

Quæstio XLII. Quæ dicatur emphyteusis nova, & antiqua, atque de feudo, quando dicatur antiquum, paternum, & novum. Et multipliciter qui inde nascuntur effectus.

A Cognitione istorum terminorum, pendent diciſiones plurium quæstionum maximarum feudalium, & emphyteuticarum, ut in progressu operis constabit, & quia apud feudistas res hæc plenius, & magis ex professo tractatur in feudis, & inde solemus mutuare ad emphyteuses, ideo eorum receptas traditiones in horum terminorum declaratione sigillatim sequar, à feudo antiquo, &

novo

novo ex ordiendo, quia est maxime effectus, & multum necessaria eorum cognitio in practica.

1 Feudum antiquum est, quod à maioribus etiam ultra quartum gradum acquisitum est, seu (ut alij dicuntur) quod est acquisitum ab aliquo ascendente, qui fuerit parens communis agnationis, hoc autem feudum antiquum, hodie alio nomine paternum appellamus, & his nominibus promiscue utimur. Licet paternum proprie dicatur, quod à patre vel aliquo ascendentium infra quartum gradum inclusive obtentum est *cap.* 1. §. *de succe.* ita ante omnes eleganter resolvit *Iacob. Alvaro. in prob. feud. fol.* 4. *versic. sexta est divisio*, & post eum, & antiquiores, *Curti. de feud. in prin. quæst.* 8. *col.* 2. *versi. sub hæc prima*, *Sonsbec. de feud.* 3. *par. num.* 4. *Iuli. Clar. verb. feudum quæst.* 8. *Fred. lib.* 1. *feud. tit.* 8. §. *hoc quoque num.* 4. *Soci. cons.* 165. & omnes alij qui de feudis tractavere, apud quos illud etiam probatissimum est, feudo novum dici illud, quod est acquisitum de novo, & initium habet, ac stat in persona illius, qui de eo primum fuit investitus, nec devenit per successionem à majoribus *cap.* 1. *qui test. sint necess. ad prob. no. invest.* & explicat bene. *Iason. l.* 2. *nu.* 214. *col. fin. C. de jur. emphyt.* post *Bald. l.* 1. *quæst.* 4. *ff. de re. divi.* dicitur etiam novum ex novis causis, vel pactis, ut pulchre *Afflict. decis.* 112. *nu.* 5.

2 Hic appendunt interpretes aliquot quæstiones, an si princeps dicat, se concedere feud tanquam antiquum, vel paternum, valeat jure feudi antiqui, licet de novo concedatur, & è contra, si vassal. feudi antiquum accipiat à principe jure feud. novi. valeat tanquam novum quæq. licet ab illis controvertatur, ut late per *Iuli. Clar. dict. quæst.* 8. apud me dubitationem non habet: quia puto tenorem invest. sequendum *cap.* 2. *de duob. frat.* quoad præjudicium domini qui concessit, non aliorum quibus jus quæsitum est, jux. *Reg. il quod nostrum, &c.* qua in opinione residet tandem *Tiraq. in primo retract.* §. 3. *glos.* 1. *nu.* 42. multis hinc inde de more allegatis *ex num.* 32. adde *Roland. cons.* 60. *nu.* 5. & 6. 38. & 46.

Illa utilior quæst. est, an si dominus remittat vassal. caducitatem feudi, maneat 3
feudum uti erat antiquum, vel incipiat tanquam novum, in quo artic. pene infinitos Dd. refert. *Tiraq. dict.* §. 32. *numer.* 29. *glos. unica.* & quod remaneat feud. antiquũ, voluit *glos. cap. imperia.* §. *insuper. verb. privetur, de prob. feud. alien. per Frede.* probata ab scribentibus secundum *Iacob. de feud. verbo, dictique vassa.* 1. *numer.* 64. & à *Bart. l. quod dicitur* 1. *in prin. numer.* 19. *de impens. in reb. dota.* si modo fiat remissio caducitatis ante sententiam, in casu ubi sententia privationis exigeretur, secus si caducitas quod incursa ipso jure, vel jam sit lata sententia, quia tunc erit feudum novum, licet ex indulgentia domini continuetur per vassa. secundum *Bald. dict.* §. *insuper numer.* 8. & esse communem scribentium distinctionem cum *Moder. Parisi. ait Iuli. Clar. dict. quæst.* 8. *in fin.* ¶ Ego vero decis. hujus quæst. ex verbis investituræ pendere arbitr. nam si dominus remittat culpam, & crimen, quasi non fuerit commissum: aut jubeat vassal. continuare possessionem antiquam feudi, manet feudum ut antea erat antiquum ex domini collecta voluntate, qui de feudo suo uti vult disponere potest, aliqui secus, ut ait *Iuli. Clar. dict. q.* 98. *in fin.* Et hac distinctione præmissa, etiam in casu, ubi ipso jure caducitas incursa est, vel jam lata sententia privationis, adhuc pendere ex verbi investitura, nam si dominus eam culpam, & crimen remittat, quasi non fuerit commissum, aut sibi placere dicat, quod vassallus continuet antiquam possessionem feudi, tunc manebit feudum uti antea erat antiquum, ex domini præsumpta voluntate, qui per illa verba, nihil immutatum voluit: alioqui si pœnam privationis remittat, feudum erit novum, quia vere, & in effectu de novo conceditur, & hæc quæ in feudo dixi, in emphyteusi repetita habeas. Nec parvi pendas, feudum esse antiquum vel novum, quia multum interest: nam si propter culpam, vel crimen non respiciens directo personam domini, vassallus privetur feudo, & sit novum, revertetur

tetur absque dubio ad dominum exclusis agnatis, & descendentibus vassalli, & in hoc nemo discrepat secundum *Curt. Iun. de feud. 5. part. concl. 2.* si vero sit antiquum, regredietur ad agnatos, non ad dominum, ut esse etiam conclusionem ab omnibus receptam, testatur idem *Cur. dict. 5. par. conclu. 3.* & alij ut per *Iuli. Clar. d. §. feu. quæst. 66. fol. 174.* Et idem secundum aliquos, si crimen directo respiciat dominum, ut paulo inferius dicam. Item si feudū est novum, licet sub quocunque tenore receptum, potest vassallus illum pro libito alienare cum consensu domini, & filijs præjudicare: Secus autem in antiquo, uti plenius infra dicetur. Item in feudo novo, non succedunt nisi descendentes, in feudo autem antiquo, seu paterno, succedunt; non solum descendentes, sed etiam collaterales, qui tamen descendunt à primo acquirente, ut traditur *in cap. 1. qui test. sint necess. & in §. cum vero in tit. qui feudo. po. Petr. Paul. Parisi. con. 1. numer. 115. libr. 2. scri. Alvaro. in dict. Probe. Zazi. de feud. 8. par. vers. 3. conclu. Iuli. verb feud. quæst. 79.* addorationem per *Soci. Iuni. in cons. 73. numer. 21. vol. 1.* ubi limitat *n. 32.* Item minor potest investiri de veteri beneficio, sed non de novo, mayor autē admittitur ad utrumque, ut per *Iacob. Ardizo. in sum. feud. fol. 208. cap. 143.* Item in feudo novo hæredis appellatio solum de filio intelligitur, ut per *Sigismon. Lofred. cons. 1. numer. 213.* Item procurator cum libera potest feudum antiquum confirmare *Præpositus capit. 1. vers. sed utrum*, per quos fiat investit. *Zazi de feud. 3. par.* novum autem dare non potest sine speciali mandato secundum *Alvar. Præp. Iacob. dict. §. sed utrum Sonsbec. de feud. 6. par. in fine.* Item feudum apertum propter renovationem constituto tempore non petitam, si novum fuerit ad dominum redit, tam descendentibus, quam agnatis exclusis *cap. imperialem §. præterea. de prob. feud. alie. per Fred.* si vero sit antiquum, defertur agnatis, non autem domino, ut per *Iser. cap. 1. quo tempore miles. Alvar. cap. uno, §. final. quæ fuit prima cauſ.* bene amit. *Guilliel. de feud. pag. 376. arg. dict. cap. uni in final.* quæ fuit pri. cau. licet contrarium tenuerint *Reynal. in d. §. præterea, per text.* ibi. *Paul. l. adoptivum vers. patronus. ff. de injuſ. vo. Iacobi. de feud. verb. quæ quidem invest. præſt.* ubi refert ita ex facto judicatum. Item si vassallus requisitus ut domino adversus suos hostes, auxilium præstet, si non præstiterit, feudo privatur *cap. uno in fin. de allodijs dict. cap. imperialem, §. firmiter.* & ad dominum regreditur, si feudum sit novum, ut communiter omnes fatentur, si vero sit antiquum, applicabitur agnatis, excluso domino, si credimus *Iserniæ in d. §. firmiter, & Guiliel.* ubi supr. *pag. 378.* post *glos. dict. cap. unico. de allodijs. verbo. facultatem in 2. par.* licet *Iacob. Bellon. Capreolæ, & Bald.* ibidem contrarium censeant, secuti eandem *glos. in 1. par. & Alvaro. dict. cap. unico*, quæ fuit prima causa. *Iacobi. de feudis in verbo. & permiserunt idem*, ubi hanc opinionem in judicando sequendam indubitanter affirmat. Rursus feudum apertum propter illicitam alienationem, si novum sit, defertur domino, descendentibus, & agnatis vassalli exclusis *cap. uno de vaſſa.* qui contra *cap. uno, §. final.* quæ fuit prima causa bene. ami. etiam si in feudo novo fratri fratre ex conventione succedat, *reg. c. uno. §. fin. vers. item si fuerint*, & ibi *glos. verbo, revertetur, quib. mod. feud. amit.* At vero si feud. fuerit antiquum, excludentur duntaxat descendentes alienantis, & transibit ad agnatos, non ad dominum, etiam hodie ex communi sententia *argu. cap. uni. §. si quis deceſſerit, vers. ſi Titi. ſi de feud. defunct. contem. fue. cap. uno. §. 1.* & ibi *glo. verb. partem poſt med. de ſucce. feud.* (licet nonnulli qui ad exemplum emphyt. *l. final. C. jur. emphy.* etiam hoc casu domino aperiri contendant exclusis omnibus alijs filijs, & agnatis) *Alvar.* autem hac in re consiliū præstitit, quod sequitur *Guiliel.* ubi supr. *pag. 380.* Item si feudum à vassallo refutatum fuerit novum, revertitur ad dominum, in cujus favorem refutatio facta est: si vero sit antiquum non pertinebit ad dominum, nisi pro tempore vitæ refutantis, & suorum descendentium,

illis

illis autem vita functis, regredietur ad agnatos ut docuit *Bald. in c. uno, §. 1. per quos fiat inveſti. Alvar. c. 1. §. fin. quæ fuit pri. cap. in fin.* Item ſi feudum aperiatur propter vaſſalli defectum accidentalem, & novum ſit, ad dominum pertinet, filijs, & agnatis excluſis. Si vero ſit antiquum, deſcendentes vaſſalli, & agnati admittentur excluſo domino, ut reſolvunt *Dd. in d. §. fin. Guil. in d. loco. pag.* 381. Sunt, & alij multi effectus, qui ſequuntur ex hac differentia feudi novi, & antiqui, quos in proceſſu feudorum paſſim reperies: ſupraſcriptos tamen ad cognitionem materiæ attigiſſe ſufficiat, cum multis quæ ſcribit *Zazi. de feudo paterno, & novo, in epitome feudorum in 3. part. ubi pag.* 16. explicat, an credatur inveſtienti, ſi in inveſtitura aſſerat feudum eſſe antiquum, cui vero incumbat onus probandi feudum eſſe novum, vel antiquum, *in q. dubia*, tradit *Ardizo. in ſum. feu. fol.* 194. *verſo, & quod incumbat agenti tex. cap.* 1. *§. fin. de grad. ſucc. Paul. con.* 44. *numer.* 1. *in fin. li.* 2. * & quomodo probetur inveſtitura nova vel antiqua *Fride. Schen. libr.* 1. *feud. tit.* 10. *§.* 1. *numer.* 1. *Sonsbec. de feud. part.* 15. *numer.* 1. & 9. ubi late in materia probationis. Quod vero præſumatur paternum propter antiquitatem poſſeſſionis. *Alexan. conſ.* 15. *lib.* 5. *numer.* 6. Adde præterea, quod ſi dominus emphyteuſim antiquam noviter jure feudi concedat licet mutetur contractus, quia de emphyteuſi factus, non tamen mutatur qualitas antiquitatis, & judicabitur potius jure feudi antiqui quam novi, quod maxime procedit quod ad jus accreſcendi, ut eleganter reſpondit *Deci. conſ.* 54. *per totum*, & eſſe notandum, ſi verum eſt, inquit *Zazius de feudis dict.* 3. *part. pag.* 15. ſed non puto verum, quia mutatus eſt contractus, unde non retinet eandem naturam, *leg. ubi ita ff. de don. cau. mort. facit. l. per procuratorem in fin. ff. de acq. hære.* & quæ notat *Tiraq. in reg. ceſſan. cauſ.* 1. *part. num.* 210.

SUMMARIA.

1 *Feudum hæreditarium ſeu emphyteuſis, quando dicantur.*
2 *Feudum ex pacto ſeu providētia, vel feudū familiare, aut de familia, quando dicatur, & n.* 3. *ponuntur exempla.*
3 *Emphyteuſis vel feudū an in dubio præſumatur hæreditaria, vel ex pacto, & providentia.*
4 *Hæres tenetur de emphyteuſi vel feudo hæreditario, onera hæreditaria ſubire, quanvis ſoleminter inventariū confecerit.*
5 *Emphyteuſis vel feudū de providentia, nō dividitur pro hæreditarijs portionibus, ſed pro æquis licet hæredes pro inæquis ſint inſtituti.*
6 *Lex Regia lib.* 4. *tit.* 77. *§. pen. in nov. tit.* 96. *§.* 13. & 24. *in fin. declarata.*
7 *Lex Regia l.* 4. *tit.* 62. *§. in nov.* 36. *§.* 1. *declarata.*
8 *Lex Regia lib.* 4. *tit.* 77. *§. ult. in nov.* 96. *§.* 24. *ad fin. declarata in verbo*, ſem fazer mençaõ de herdeiros, & ſucceſſores.
9 *Inſtitutus in re certa dato cohærede univerſali, an admittatur ad emphyt.*

¶ Quæſtio XLIII. Quando dicatur emphyteuſis hæreditaria, ſeu feudum, & quando ex pacto, & providentia.

QUæſtio iſta maxime utilis eſt, & in primis, cum de feudo, aut emphyteuſi hæreditaria quærimus duplicem intellectum habet, primum ut intelligamus, an eo ipſo quod quis eſt hæres poſſit in feudo vel emphyteuſi ſuccedere, quamvis ſit extraneus ſecundum, quoad hoc, ut nequeat in tali feudo vel emphyteuſi ſuccedere, niſi is qui ſit hæres vaſſalli defuncti, nec ſufficiat eſſe filium.

Quo præhabito, feudum hæreditarium, dicunt omnes eſſe illud, in quo exigitur, ut ſucceſſor ſit hæres puta, pro ſe filijs, & hæredibus, & ita crebrius receptum ait *Pynel. de bon. ma. l.* 1. 3. *p. num.* 84. ex multis, quos ibi glomeratim citat. *Pariſ. conſ.* 16. *n.* 12. *lib.* 5. *Affli. deci.* 140. *Ripa. l. in quartam. nu.* 181. ubi bene tradit. *ff. ad l. fal. tradide,*

diderunt *Isern. num.* 1. *Affli. numer.* 13. & omnes indifferenter *in c.* 1. *an agna. vel fili.* noviſſime *Iul. Clar.* verbo, *feudum q.* 9. & verbo, *emphyteuſis q.* 16. & alibi *in eod. opuſculo paſſim. Sigiſmun. conſ.* 1. *numer.* 42. * *Roland. conſ.* 2. *nu.* 39. *& in conſ.* 3. *num.* 76. *&* 115. *& in conſil.* 23. *nu.* 40. *& conſ.* 97. *nu.* 9. *& conſ.* 97. *num.* 39. *Iaſo.* latiſſime *in conſ.* 56. *col.* 1. *l.* 1. & quod non ſufficit eſſe hæredes ſanguinis, ſed hæreditatis idem *Rola. conſ.* 97. *n.* 4. & hæredes univerſales *n.* 42. ſecundum communem adde noviſſime *Ioan. Garc. de expen. cap.* 12. *numer.* 83. cum ſeq. ſed profecto Dd. peream, & confuſe hoc docent: non enim verum eſt dicere feudum eſſe hæreditarium eo ipſo, quod non poteſt illud conſequi, niſi is qui ſit hæres, ſi quidem feudum acceptum pro ſe, & liberis non poteſt obtinere filius, niſi ſit hæres patris, & ſi repudiet patris hæreditatem repelletur à feudo, ut eſt *text.* ſecundum receptionem intellectum, *in d. c.* 1. 2. *p. in tit. an agna. vel fili.* & tamen tale feudum non eſt hæreditarium, quia nulla hæreditariæ qualitatis in eo eſt facta mẽtio, ſed pro liberis tantum ut liberis fuit conceſſum, & acceptum, ut voluerunt omnes illi quos citabimus *in q. ſeque.* unde poteſt feudum hæreditarium non eſſe, & tamen qualitatem hæredis requirere, vel ſaltem non admittere hæreditatis repudiationem, ut in præfacta ſpecie contingit *d. c.* 1. Dicas igitur feudum eſſe hæreditarium quoties neceſſarium fuerit, ut ſucceſſor (etiam alius quam filius) ſit hæres, ad hoc, ut feudum conſequatur, quod ſatis eleganter voluit *Covar.* l. 2. *reſ. c.* 18. *n.* 4. licet non ſic explicite definiat.

2 Feudum autem ex pacto, & providentia, dicitur ab interpretibus, illud quod conceditur alicui pro ſe, & deſcendentibus, vel pro ſe, & liberis, ſeu filijs non facta mentio de hæredum, ita *Iſernia. Affli.* & omnes *in cap.* 1. *an agna. vel filius, & infiniti* alij relati à *Pyne.* ubi ſu. *numer.* 84. qui dicit quod omnium in hoc concors eſt opinio *Iaſon. d. conſ.* 56. (quidquid contradicat *Silva. conſ.* 30. *numer.* 12. & 17.) hoc autem feudum quod ſcribentes apellant ex pacto, & providentia, vocat *Bald. l. cum verum Cod. de fideicom. num.* 21. *feud. de famili. Iaſon. in præl. feud. num.* 128. *Soci. nepos conſ.* 114. *numer.* 10. *lib.* 2. pro quibus expendit *Pynel. text. in l.* 5. *ff. de religioſ.* Sunt autem hæc nomina magiſtralia, & docendi gratia inventa ab interpretibus, cum legumlatores feudorum illis non utantur, ut poſt *Bald.* tradit *Affli. in prælud. feud. n.* 169. & 178. loquendo de feud. ex pacto, & providentia, unde non eſt, cur hujuſmodi nomen damnetur à *Pinel.* quaſi etiam competat feudo hæreditario, cum etiam ex pacto, & providentia proveniat, ſed (ut verum fateamur) Dd. pro priore vocabulo uti poſſent.

Sunt autem plures caſus, in quibus magna eſt controverſia apud interpretes, ſitne feudum hæreditarium, vel de providentia, quorum aliquos reperies infra *quæſt.* 44. *ex numer.* 11. & in illis omnibus con- 3
cluſimus feuda eſſe hæreditaria. Cæterum exempla feudorum ex pacto, & providentia ſunt. Si inveſtitura dicat, tibi, & genere tuo, vel tibi, & poſteris, ut nuncupatim voluit *Bald. cap.* 1. §. *fin. numer.* 1. quæ fuit prima cauſ. *Curſi. feud.* 5. *part. numer.* 5. *Afflict. cap.* 1. *num.* 132. cum ſeq. de ſucceſ. feud. tradit *Curſi. de feud.* 3. *part. numer.* 29. * *Vel pro te filijs, & deſcendentibus infinitum,* & omnes ut per *Iaſ. conſ.* 56. *col. pe. verſ. nec obſtat libr.* 3. ubi dicit quod iſta eſt communis, & vera concluſio omnium ſcribentium, vel ſi dicatur, quod inveſtit feudatarium, jure Francorum: nam cum ex illis verbis vocetur primogenitus tantum, ut per *Affliicti. deciſion.* 112. & 248. *Pariſius. conſi.* 23. *numer.* 136. *lib.* 1. planum eſt, tale feudum eſſe de providentia tantum cum de hæredibus nulla fiat mentio, idq; ſine dubio agnoſcit *Affl.* loquens in caſu magis dubio *in cap.* 1. §. *hoc quoque n.* 85. *de ſuc. feud.* Idem ſi dicatur, tibi, & in cunctã generationẽ, ut per *Bald. & Iaſon. n.* 167. *l.* 2. *C. de jur. emphyt.* deniq; cum de hæredibus nulla fit mentio generale eſt ut nec feud. nec emphyt. cenſeantur hæreditariæ, ſed ex pacto, & providẽtia.

In dubio aut judicandum puto, feudum vel emphyteuſim hæreditariã nõ ex pacto, & providentia, quãvis aliqui ſentiant, quod-

vis

duis verbum adjectum, ad verbum, hæredibus efficere ut sit de providentia, à quibus recedit *Sylv. cons.* 30. *num.* 33. *vers. licet aliqui. & Pynel. noster* contra omnium sententiam teneat, non solum in casu dubio, sed etiamsi adjiciatur verbum hæredibus, nunquam censeri feudum hæreditarium, sed ex pacto, & providentia, quasi verbum hæres in feudis significet, duntaxat filium *c.* 1. *de alie. feu.* Sed retineo, quod nuper dixi; quia in feudis verbum hæres, ita significat filium quod insimul etiam obligat esse hæredem, ut *c.* 1. an agnatus vel filius, & in dubio cum quis paciscitur filijs, ut hæredibus, & non tantum ut filijs prospectum esse vult l. *si pactum ff. de proba. l.* 4. *Cod. de contra. stip. Bart. & omnes in* l. *quod dicitur, ff. de verbor.* proinde tu communia sequaris, quæ, & praxi, & rationi plerunque magis conveniunt.

Nec parum referre existimes, an feudum sit hæreditarium, vel emphyteusis, aut ex pacto, & providentia, inde enim multarum, & quidem difficilium quæstionum decisiones pendent.

Primum etenim, si feudum, aut emphyteusis sunt hæreditaria, tenebitur successor, idemque hæres ex ipso feudo vel emphyteusi onera hæreditaria subire, quamvis solemniter inventarium conficiat, quod si non sit feudum, vel emphyteusis hæreditaria non tenebitur, licet hæreditatem patris adeat, etiam inventario minime confecto, quia tunc hæreditario jure sibi non defertur, & ita voluit *Alexan. l. cons.* 19. *num.* 18. *libr.* 5. *post Andr. Isern. col.* 1. *qui succ. cess. tene. Card. Alexand. ca.* 1. *col. fin. de eo qui sibi, & hæred. mascu. Curti. Junio. cons.* 138. *numer.* 20. & est hoc communi omnium consensu receptum, secundum *Covar. lib.* 2. *cap.* 18. *num.* 4. *vers. octavo infertur, Julium Clar. verb. feudum, quæst.* 43. ubi declarat.

Secundo, si emphyteusis est hæreditaria (ut est regulariter omnis emphyteusis sæcularis *l.* 1. *ff. si ager*) dividetur inter hæredes pro hæreditarijs portionibus, sicuti dividuntur alia quælibet bona *l. item prædia, ff. fami. herc. Soci. Jun. l. qui Romæ, §. duo fratres, num.* 7. *ff. de verbo. confert. l.* 1. *C. de impube. l. qui liberis. §. hæc verba. ff. de vulga.* & de jure Regio, quia omnis emphyteusis, vel feudum hæreditarium non sit, sed ex pacto, & providentia: dividetur quidem inter filios, non pro portionibus hæreditarijs, sed portionibus æquis licet non æque fuerint instituti hæredes; ut est *text.* & ibi notat. *Bart. l. juris jurandi, §. si liberi, ff. de oper. lib. Cova.* ubi supra *vers. novo ab eadem radice*, ut videas quantum refert hæreditarium, necne. ¶ Et hinc intelliges *legem Regiam libr.* 4. *tit.* 77. §. *penult. & in nov. tit.* 96. §. 23. procedere duntaxat in emphyteusi perpetua accepta pro se hæredibus, & successoribus, & sic in emphyteusi hæreditaria, quo casu ipsa loquitur tunc enim verum est, manente emphyteusi ipsa apud unum (ne dividatur) æstimationem dividi inter hæredes pro portionibus hæreditarijs; ut ibi, *A cada hum seu quinhão*, nam si fuerit emphyteusis in perpetuum data (non facta mẽtione hæredum) sed pro se, & filijs, vel pro se, & generatione, vel pro se, & omni posteritate, aut posteris (in quibus casibus est emphyteusis de providentia, & pacto) non erit locus illius legis dispositioni, ut filij, pro hæreditarijs portionibus suas partes ferant: cum hæreditario jure delata emphyteusis non sit, sed admittentur pro portionibus æquis, licet inæqualiter ad hæreditatem fuerint vocati, juxta *d. §. si liberi*, & quæ nuper resolvimus, quod notu dignum puto ad illam. l. *Regiam, & ad §. ult. ejusdem tit. in fin & in nov. tit.* 96. §. 24. cum disponit ad emphyteusim acceptam ab altero ex conjugibus ante matrimonium pro se, & liberis, seu descendentibus (nulla facta mentione hæredum) non admitti in judicio fami. herc. alterum conjugem, nec ejus hæredes, sed duntaxat conjugem acquisitorem, vel ejus hæredes, ut ibi, *Com o que antes tinha, ou seus herdeiros*, ut s. in ea specie, hæredes quidem veniant ad talem emphyteusim, quæ sine dubio de providentia est, non pro hæreditarijs portionibus, sed æquis partibus, licet in æquis sint hæredes instituti, juxta *d. §. si liberi.*

Tertio, ex prædictis controverti potest 8

dispositio *legis Regiæ in d. li. 4. tit. 62. §. 1. in nov. tit. 36. §. 1. junctò princ.* qua cautum est, ut emphyteusi accepta pro se, & certis personis nominandis, nulla facta mẽtione hæredum si acquisitor, seu possessor illius emphyteusis neminem expresse nominet, sed plures hæredes instituat: illi omnes centeantur tacitè per hæredis institutionem nominati, ut alias docuerat *Bart. in l. unum ex familia, §. si duos.* per illum *text. ff. de leg. 2.* & subjungit eadem *lex Regia*, quod in illa specie adjudicabitur solida emphyteusis, alteri ex hæredibus, si totam eam portio sua hæreditaria capere possit: alioquin adjudicatione facta, ille alijs cohæredibus pro portionibus hæreditarijs de æstimatione satisfaciet, quod mirum videtur, nam talis emphyteusis hæreditaria non est, licet per hæredis institutionem, quasi quandam tacitam nominationem, fuerit acquisita: unde nõ erat dividenda secundum portiones hæreditarias, sed æqualiter omnes hæredes licet inæqualiter institutos, ut *d. §. si liberi*, verum sic lex scripta est.

9 Quarto, licet ex prædictis disputare circa aliam *l. regiam d. libr. 4. tit. 77. §. in no. tit. 96. §. 24. n. ultimo ad fin.* qua disponitur ad emphyteusim acceptam ab altero cõjugum, ante matrimonium, cum clausula (pro se hæredibus, & successio. vel pro se hæredibus, aut successorib.) admitti conjugem superstitem, & ejus hæredes ut ibi. *Sem fazer menção de herdeiros, & successores, ou de herdeiros, ou successores, &c.* Videbatur enim contrarium omnino dicendũ cum uxor non sit successor, nec hæres nisi post decimum gradum, ut *in tit. C. unde vir, & uxor Oliveri. de succ. in test. ex nu. 21. Ord. lib. 4. tit. 69.* proinde ad hæreditariam emphyteusim non videbatur admittenda, (verba autẽ illa hæredibus, & successoribus, explicat bene *Rip. l. ex facto. §. fin. nu. 15. ff. ad Treb.* Lauren. *Syl. con. 30. nu. 10. vers. his tamen non obstantibus*) maxime quod verbum intelligitur in emphyteusi ecclesiast. de descendentibus secundum *Rymina. cõs. 437. n. 4. lib. 3.* quapropter est in difficili illa *Ord. Regia*, nisi negaveris argumentũ à contrario sensu, vel dixeris hæreditariã emphyteusim, sicut alia patrimoniali esse uxori communicabilem, non ex vi clausulæ pro hæredibus, & successoribus (cum sub illis verbis uxor non comprehendatur,) sed propter generalem dispositionem *leg. Regni*, & antiquam consuetudinem, ut in omni substantia conjuges medietatem habeant. *lib. 2. tit. 47. §. in nov. lib. 4. tit. 47. §. 1.* ibi *Em seus bens, & fazenda, & li. 4. tit. 7. §. 1.* ibi *de todos os bens*, porro, emphyteuses hæreditariæ, absq; dubio bona sunt defuncti divisibilia, sicut reliqua hæreditas, *l. ittẽ præ. dia, ff. fam. herc. l. rẽ in bonis, ff. de acq. re. do.* & ideo nimirum si conjux ad communicationem, & divisionem admittatur.

Verum ut ad jus commune redeamus, multum interest, an sit emphyteusis hæreditaria, necne, propter institutos in re certa, nam institutus in re certa, dato cohærede universali, ad emphyteusim vel feud. non hæreditar. seu de pacto, & providentia, admitterur ex sententia *Bart. recepti in d. §. si liber.* Cæterum si fuerit emphyteusis hæreditaria non admittetur, quia hujusmodi institutus vicem legatarij habet, & non hæred. *l. quoties. C. de hære. inst.* ubi *Paul.* & alij quod non solum obtinet si emphyteusis sæcularis sit, sed etiam si sit ecclesiast. hæredi, adhuc ad filium in re certa institutum non pertinebit, si modo sit alius hæres universalis, qui emphyteusim habere possit, ex sententia *Bald. l. liberti. num 26. C. de ope. lib. Saly. i. 2. q. 20. C. isto tit. Ang. & Alexand. leg. Gallus, §. etiam col. de. ff. de lib. Lambertini. Ripe.* & aliorum quos refert *Covar. lib. 2. reso. c. 18. nu. 5.* licet contradicat *Guill. c. Raynu. verb. in eodem testa. 1. num. 259. & in feudo*, male resolvat *Iuli. vers. feud. q. 86.*

SUMMARIA.

Filius non potest capere feudum datum pro se, & hæredibus repudiata hæreditate paterna, idem in feudo simpliciter dato nu. 2. idem si detur pro se filijs, & hæredibus nu. 3. idem pro se, & liberis, n. 4. Intellectus c. 1. an agnatus, vel filius li. feu. Filius an possit succedere in ẽphyteusi, repudiata hæreditate pater. Et quid in materna nu. 10.

7 *Glo. cap. 1. an agna. vel filius quomodo intelligenda.*

8 *Bart.*

8 *Bart. doctrinal. item videndum, §. fin. in fin. ff. de petit. hære. declarata, & limit.*
9 *Emphyteusis pro se filijs, & hæredibus, an cōprehendat etiā hæredes extraneos.*
11 *Emphyteusis ecclesiastica concessa Titio, & hæredibus, an intelligatur de filijs tantum, licet non hæredibus, & quid in sæculari nu. 12.*
13 *Emphyteusis pro se, & hæredibus suis masculis, vel ex suo corpore natis, an cēseatur hæreditaria.*
14 *Emphyteusis pro se, & hæredibus qualis.*
15 *Emphyteusis cum clausula pro se, & suis, an intelligatur hæreditaria.*
16 *Emphyteusis ecclesiæ pro se, & hæredibus legitimis, an sit hæreditaria.*
17 *Emphyteusis cum clausula pro se filijs, & hæredibus, secūdum sexus, & gradus prærogativam, vel quod succedatur jure francorū, an sit hæreditaria vel de providētia.*
18 *Emphyteusis pro se, & filijs hæredibus ab eis legitime descendētibus, an sit hæredit.*
19 *In emphyteusi hæreditaria, an sufficiat esse hæredem primi acquirentis.*

Quæstio XLIV. An filius repudiata hæreditate paterna possit in feudum, vel emphyteusim succedere?

QVanvis *Tiraquel. de primoge. q. 35. numer. 11.* pluribus citatis, & alij non pauci, consulendo, & legendo, dicant, quod feudum non potest possideri à filio repudiata hæreditate paterna. Tu 1 dilucidius distinguendo casus, dicas, quod filius repudiata hæreditate paterna, non potest retinere feudum, si est datum pro se, & hæredibus, (qui casus est indubitabilis apud *Bald. Alvaro. Præpos.* & omnes *in cap. 1. an agna. vel fil.* & ubique Doctores) in quam conclusionem, male passim 2 allegatur *text. in dict. cap. 1.* qui in hoc casu non loquitur. ¶ Idem dices, si feudum sit simpliciter datum, & informiter: nam adhuc intelligitur pro se, & hæredibus datum, ut sic nequeat retineri, repudiata hæreditate defuncti, secundum *Iser. Bald. & Alvaro. dict. cap. 1. Paul. l. apud Iulianū §. si quis alicui, ff. leg. 1.* * *& in l. pro hærede. §. si quid tamen col. fin. ff. acqui. hære. Zazi. de feu. 8. par. vers. 4. conclusio* per *text. in cap. 1. de bene. fratris cap. 1. in fin. in quib. cau. feu. amit. & reg. l. si pactum ff. de probat.* ubi *Iacobinus*, & est receptum secundum *Covar. lib. 4. resol. cap. 18. num. 4. vers. primum* simpliciter, & *Iuli. Clar. lib. 2. 2. §. feudum quæst. 76. fol. 153. Et q. 9. fol. 122.* ¶ Rursus idem, si feudum sit 3 mixtum, utpote datum pro se filijs, & hæredibus. ¶ Sed quid si sit datum sub illa formula, pro se, & liberis, seu filijs? (quod dicitur feudum ex pacto, seu de providentia) & adhuc non poterit obtineri a filio, nisi sit hæres, & hic est casus *c. 1. an agna. vel fili.* qui in hac specie, debet proprie, & vere 4 intelligi, ex sententia *Bart.* qui in hac specie loquitur, atque eum allegat. *in l. quod dicitur, ff. de verbor. & in leg. jurisjurandi, §. si liberi numer. 4. ff. de ope. liber.* & omnium quos ibi recitat *Iason. num. 29. Saly. l. 2. num. 27. Cod. de jur. emphyt.* atque aliorum, quorum statim mentionem faciemus, ex quibus constat hoc communiter esse receptum, & communem testatur *Curti. Iuni. cons. 138. num. 19. Alber. Brun. cons. 2. in princ. Covar. ubi supra vers. 2. feudo. tenet Afflict. dict. cap. 1. nu. 1. & 31. & A. Capitius decis. 197. num. 2. Sigis Losre. cons. 1. num. 68. Soci. nep. cons. 4. nu. 1. lib. 2. Sylvanus cons. 30. nu. 19. Aret. cons. 14. nu. 13. & 14. Bald. l. 3. col. 2. Cod. de Deci. Iser. Bald. num. 8. & Alvar. in dict. cap. 1. & Paul. & Alexand. in l. si patroni, ff. ad Trebel. Paul. Auth. post fratres col. 1. Cod. de legi. hær.* * *& in alleg. §. si quid tamen quem vide*, & alibi in multis locis, idem *Paul. & Alexan.* relati à *Iason. in dict. l. quod dicitur nu. 33. vers. dic melius*, teneant in hac ultima specie, posse filium repudiata hæreditate patris consequi feudum, & ita communiter Dd. tenere, *in dict. cap. 1. affirmet Iason. dict. numer. 33.* * *& in cons. 56. col. 4. in prin. & col. fin. libr. 3. Alexand. cons. 19. libr. 5.* & esse cōmunem opinionem testatur *Ias. l. si post mortem nu. 1. ff. de leg. 1. & in cons. 56. col. fin. in prin. ibi est ergo lib. 3. Imol. in cap. ex parte in fin. col. 15. num. 29. de*

feud. Salyc. l. 2. numer. 5. in fin. Cod. de liber. & eor. liber. & tanquam receptam sententiam secure sequatur *Iacobi. de feud. super verbo, ita quod ipsi fol. 32. col. 2. Zazi. quoque in Epythome feudor. 8. part. 86. vers. cæterum ea conclusi. Iuli. Clar. in loco paulo ante* citato, *vers. Baldus autem*, & novissime quasi receptam probet *Grego. l. 6. tit. 26. part. 4. in glosa l. hæredem*, & æquiorem esse, & receptiorem sententiam (multos citando) dicat esse Pynel. *l. 1. C. de bo. mat. 3. part. num. 85. pag. 542. vers. sed cum in feudo.* Sed sine dubio contraria opinio receptior est, & veriot ex *text. in dict. c. 1.* qui absque dubio non loquitur, in feudo hæreditario, si enim loqueretur quomodo admitteret agnatum, qui non sit hæres? & quam dubitationem haberet, in filio, qui non esset hæres? & ideo cõmuniter intelligitur, & ita omnino debet intelligi in feudo dato simpliciter, vel pro se, & liberis, ut illum intellexit *Bart. in allega. §. si liberi col. 1.* & alij per *Covar. dict. cap. 8. numer. 4. in prin.* Doctores autem qui contrarium docuerunt, decepti sunt, quia rigidum putarunt, filium ad feudum vocatum sub illa formula, pro se, & liberis, seu filijs quæ non facit feudum hæreditarium, sed ex pacto, & providentia) ad feudum non admitti, nisi sit hæres: & non advertunt, longe diversum esse, feudum esse hæreditarium, vel esse tale, quod repudiata hæreditate, obtineri non possit, ut advertit *D. Covar. dict. numer. 4. vers. 4.* Et licet verum sit, feudum sub tali formula, non esse hæreditarium: attamen consuetudine feudorum est inductum, ob reverentiam paternam, ut in ea etiam specie filius neglecta patris hæreditate, ad feudum non aspiret, & hic est sensus illius *text.* & materiæ, unde feudum pro se, & liberis vel filijs non est hæreditarium, sed etiam á filio nequit obtineri nisi sit hæres, & in hoc articulo, reperies quinque limitationes, seu declarationes, per *Afflict. in dict. cap. 1. ex numer. 32. septem per Iacob. paulo ante citato. Octo per I. Franc. Sonsbec. in comm. feud. 9. part. pag. 77. ex num. 156.* decem per *Zazi. 8 part. vers. 4. conclusio*, quos adire licebit, rationem autem discriminis, cur *in dict. cap. 1. agnati feudum capiant*, etiam si non sint hæredes, cæterum in filijs secus sit, ponit *Sylvan. dict. cons. 30. nu. 21.* latius *Sonsb. ubi supr. nu. 17.*

Et quanvis hæc ita in feudo. At in emphyteusi distinctio adhibetur, nam si fuerit emphyteusis sæcularis, quia est transitoria ad quoslibet hæredes *l. 1. ff. si ager, §. adeo* ibi, *nec hæredi ejus, inst. locati* sive assumatur cum clausula pro se, & hæredibus, sive pro se, & liberis, seu filijs, nisi filius sit hæres patris, non poterit consequi talem emphyteusim, ex sententia *Bart.* ubi *Iason. num. 27.* post alios, *in dict. l. quod dicitur* ubi *Alexand. numer. 19.* veriorem esse hanc opinionem profitetur, voluit, idem *Bart. l. si tibi, §. si pactus num. 9. ff. de pact. receptus ex Ias.* ibi *nu. 19. Imol. cap. potuit nu. 58. de loca. Præpos. in cap. 1. an agna. vel filius col. 3. vers. quæro cum glo. Deci. cons. 149. col. 1. Alciat.* loco paulo inferius citando, licet contrarium per transenam scripserit *Covar. dict. cap. 8. numer. 4. vers. 7.* constat, quia pater stipulando, vel paciscendo filio, in dubio videtur stipulatus, ut hæredi, idest non simpliciter, ut filio, juxta *glos.* receptam in *dict. l. si tibi. §. si pact. Ancha. cons. 310. numer. 1.* si modo (ut ait *Bart.*) res est transitoria ad quoscũque hæredes, veluti emphyteusis sæcularis à privato concessa, & ideo licet simpliciter emphyteusis sæcularis accipiatur, & nec hæredum nec filiorum fiat mentio non aliter ad filium pertinebit, nisi, & is hæres sit patris, ut post *Imol.* adnotavit *Alexand. dict. l. quod dicitur numer. 20.* & facit bonus *text. in l. cum patronus, §. cum libertus, ff. de oper. liberto.* quanvis non desint, qui teneant, & forte melius quod emphyteusis concessa simpliciter pro se, & filijs quanvis sit sæcularis non requirat filios esse hæredes, ut tenent allegati per *Covar. lib. 2. reso. cap. 18. num. 2. vers. 5. conclusio Iuli. Clar.* qui, & hoc ipsum sequitur verbo *emphyteusis quæst. 37.* quibus sufragatur *text. in l. jurisjuran. §. si liberi jũcta l. 6. ff. de oper. liber.* ubi *Bart. numer. 4.* & probat *text. in l. quodcunque §. si quis ita ff. de verb.* late *Alcia. l. Gall. §. quidam recte in lect. 2. nu. 6. ff. de lib. & posth.* 6

posth. & probat bene *lex Regia lib. 4. tit. 77. §. fin.* ibi, *para seus filhos, & descendentes*, junctis verbis sequentibus, retenta tamen superiori sententia limitabis eam, illis,& eisdem modis, quibus doctores utuntur in feudis, cum censuris quas tradit *Sonsbec. ubi supr.*

Si vero fuerit emphyteusis ecclesiastica, quia ista non transit ad quoscunque hæredes, nisi ad filios, juxta *§. emphyteusim Auth. de non alie. glos.* & communem *in l. etiam ff. solu. matr.* poterunt filij emphyteusim, datam pro se,& filijs consequi, licet à paterna hæreditate se abstineant, ut in *dict. §. emphyteusim*, per locum ab speciali, ut per *Bart. Ang. Alexan. in d.l. quod dicitur*,qui postremus ait *Bart.* ubique hanc opinionem tenuisse, & ita verum est, nam idem tenuit in *dict. §. si pactus* ubi *Bart. Bald. Ang. Fulgos.* & idem *Bart. in l. jur. juran. §. si liber. n. 6. ff. de oper. lib. & in l. si non sortem, §. libertus col. fin. ff. de cond. indeb. & in l. Gallus §. quidam recte col. pen.* & multos citando refert esse communem latissime *Iason. dict. l. quod dicitur numer. 29.* contra plures ibid. relatos, sequitur tanquam receptam secure *Alciat.* ubi ejus additio plures refert *reg. 1. præsump. 31. numer. 3.* probat quoque *Covar. dict. cap. 18. nu. 4. vers. quinto deducitur*, Quo fit, ut non sit audiendus *Accurt. in dict. cap. 1. an agna. vel fili. super verbo, aut utrunque in fin.* qui in hoc articulo idem jus esse in emphyteuta, quod in feudatario volebat; & sequitur ibi *Bald.* reputans menti tenendum. *Alvar.* quoque *col. 3. & Præpos. quasi per tres col.* & post eos omnes, *Zazi. in dict. 8. part. 4. conclu. vers. prædicta distinctio*, Accursij immemor. hi enim omnes contra communem loquuntur putantes se cõmunia sequi,nec *glos.* illa defendi poterit, nisi in emphyteusi sæculari, si receptas sententias probamus. ¶ Inde etiam declarabis *Bart. in §. si libe. ri numer. 4. Imol. dict. l. quod dicitur nu. 8. Salyc. l. 2. nu. 27. Cod. de jur. emphyt. & Iason.* ibi *dict. num. 188.* qui communem esse conclusionẽ ait, filium repudiata hæreditate patris posse, in emphyteusi consistere, intelligendos esse de emphyteusi ecclesiastica tantum, non vero simpliciter de omni emphyteusi etiam sæculari, quanvis ipsi non distinguant, nec satis *Covar. dict. cap. 18. vers. quinta conclusio.* ¶ Intelliges etiam pronuntiatum illud, ubique celebre *Dyni,& Bart. in l. item videndum, §. fin. ad fin. ff. de petit.hære.* fratrem qui libere renuntiavit fratri, omne id quod petere posset ex hæreditate paterna, non impediri petere feuda, vel partem possessionum emphyteuticarum, cujus dicti meminit *Iason. dict. numer. 188.* & reputat solemne *in dict. l. Gallus, §. quidam recte, lectu. 2. num. 25. col. fin. ff. de libe.& posth.* idem *Ias. in prælud. feudorum num. 45. vers.* circa tamen illud. *Ioan. Baptist. in rep. cap. de feud. cog. 5. part. reg. 20. Everar. in centuria, in loco á feudo pag. 187.* & alij quos refert *Cateli. in memora. verbo, emphyteusis 1. col. 157.* non esse sic simpliciter sequendum, sed juxta ea quæ de feudo, & emphyteusi superius cum eodem *Bartho.* & receptiori sententia distinximus. ¶ Est etiam 2. limitanda, & declaranda illa traditio, nisi frater dicat quod renuntiat omnibus bonis paternis, nam intelligetur tunc renuntiasse etiam emphyteusim, quia appellatione bonorum cõtinetur emphyteusis l. *bonorum ff. de verbor. signi. & feudum.* ut per *Iason. consi. 152. col. pen. libr. 2. Peral. in l. 3. §. qui facit com. numer. 78. ff. de hær. inst.* post *Isern. in cap. 1. de cap. qui. cur. vend.* quia ita limitat illum *text. & ita limitatur text. cap. 1. in generali, si de feud. fue. contro. int. domi. & agna.* refert idem *Iason. dict. l. quod dicitur numer. 31. & in dict. prælud. feud. numer. 45.* rursus idem quoque *Iason. cons. 389. col. fin.* ad finem *Cateli.* ubi supr. Sed est dubia limitatio, si attendimus ad responsionem *Im. & Alexand. dict. quod dicitur*, quam retulit *Iason. dict. numer. 31. vers. sed adverte.* ¶ Sed, & 3. dictum illud *Bart.* limitatur non præcedere,quãdo in hæreditate nihil aliud esset quam feudum vel emphyteusis,ne inutilis sit renuntiatio,ex celebri sententia *Bald. l. liberti col. pen. vers. attende tamen Cod. de ope. liber.* quam sequitur, & exornat *Ias. l. qui Romæ, §. duo fratres super 4. q. Bart. ff. de verb.* sequitur *Cateli-*

nus

nus ubi supr. argu. l. 2. ff. de libe. & posth. & leg. fundus qui ff. de fundo instru.

Rursus, & illud dictum Bart. in dict. §. fin. debet limitari, nisi fuerit concessa emphyteusis ecclesiastica, cum clausula, pro se, & hæredibus: quia cum in ea specie, requiratur etiam qualitas hæredis, ut per Ias. dict. §. libertus numer. 34. & omnes ubiq; fit planum, quod generalis renuntiatio fratris de omni quod ad eum possit pertinere ex hæreditate paterna, istam etiam ecclesiasticam comprehendat, inter omnes enim semper constitit, quando emphyteusis, sive ea sit sæcularis, sive ecclesiastica datur pro se filijs, & hæredibus, & sic facta mentione hæredum, tunc eum qui non fuerit hæres patri, non posse in emphyteusi succedere, ex sententia Bart. dict. §. si liberi numer. 4. communiter recepta secundum Iason. dict. §. libertus numer. 35. & in cons. 57. col. 1. lib. 1. Alexan. in dict. l. quod dicitur numer. 21. Covar. ubi alios
9 citat in d. cap. 18. vers. sexta conclusio. ¶ Sed an in hac acceptione, pro se filijs, & hæredibus comprehendant, ut etiam hæredes extranei, licet filij non sint, & comprehendi receptum est, si materia extraneos admittat, ut emphyteusis sæcularis, ut patet ex Imol. dict. l. quod dicitur numer. 8. Alex. ibi, numer. 21. eodem Alexan. post Bart. nu. 8. & Doctores ibi in d. l. Gallus, §. etiã si parente nu. 5. eodem Alex. ibi addit, cons. 120. lib. 1. Covar. d. cap. 18. col. 5. (contra Salyc. l. 2. q 20. C. isto tit.) secus si sit ecclesiastica vel feudum, ut per Isern. c. 1. nu. 3. de succe. feud. quia cum extraneos non admittant, verba illa, & hæredibus, qualificant vocationem filiorum tantum, & sic exigitur, quod sint filij simul, & hæredes secundum Belloni. in c. 1. de eo qui sibi, & comũnem, ut per Laur. Sylva. cons. 30. nu. 33. Iulium ver. feu. q. 9. Quod si dicatur pro se liberis hæredibus sine copula, id magis sine dubio erit ex doct. Bart. l. prætor, §. erit, ante nu. 1. ff. vi bo. ra. & l. seiæ. §. Caio, ff. fundo instr. & in ea specie etiam in emphyteusi extranei non admittentur sæculari. * & ex prædictis infertur declaratio legis Regiæ li. 4. tit. 77. §. ulti. & in nov. tit. 96. §. 24. bi se in fazer mençaõ de herdeiros, & successores, quibus verbis ad cõmunicationem æstimationis emphyteusis etiam uxore defuncti admittit, ut necessario intelligatur lex illa in emphyteusi sæculari non autem in ecclesiastica, quæ non admittit extraneas personas.

Quid autem si emphyteusis materna sit, an filius possit eam consequi neglecta hæreditate matris? adeundus Imol. & Alexand. in d. l. quod dicitur. ¶ Et quia in 10
casibus ubi feudum vel emphyteusis sunt hæreditariæ, secundum communes resolutiones, palam est filios neglecta hæreditate paterna non posse admitti, sunt autem multi casus in quibus Doctores degladiantur, * an sit emphyteusis hæreditaria necne, recensere hic aliquos operæ pretium erit.

Primus casus est, si emphyteusis Eccle- 11
siastica concedatur. Titio, & hæredibus: nam cum in materia, ubi verbum, hæredibus, non admittit extraneos, sed duntaxat refertur ad filios, videantur vocati filij non hæredes juxta glo. celebrem, & receptam in l. ex facto, §. fin. ad treb. videtur in ea specie emphyteusim esse de providentia, & non hæreditariam, & posse à filio etiam non hærede acceptari, ut placuit Paul. Ripæ, & Vincen. Hercu. in dict. §. fin. Iason. l. Gallus. § quidam recte, n. 24. ff. de libe. & po. & in l. si filius, qui patri in fin. ff. de vulg. & in l. si non sortem, §. libertus, ff. de cond. ind. & cons. 57. col. 2. lib. 1. quibus suffragantur Alexan. cons. 30. nu. 1. lib. 1. & cons. 26. nu. 3. lib. 5. Deci. cons. 395. num. 7. Goza. cons. 26. num. 30. Ias. in l. Gallus, §. etiam si parente, nu. 15. vers. 2. fallit Afflict. c. 1. numer. 13. de feud. non habe. pronat. feud. qui in materia non admittente extraneos voluerunt nomẽ hæredibus idem inducere, ac si fiat concessio pro se, & filijs, quod simpliciter falsum est, nam, non solum præsefert filius, sed insimul etiam hæredes, & ideo receptior opinio est, quod in supra scripta specie exigatur, ut filius, qui vult ad emphyteusim etiam ecclesiasticam admitti, sit hæres ut voluerunt Iaco. Bellon. in cap. 1. de eo qui sibi, Isern. cap. 1. de succ. feud. & in cap. 1. an agna. vel filij, Alex. cons. 10. nu. 8. li. 3. &

est

est opinio communis secundum eundem *Alexandr. cons.* 19. *libr.* 5. *Anton. Rub. cons.* 18. *Cravet. cons.* 197. *numer.* 5. & veriorem esse ac magis communem scribit *D. Covar. d. c. 18. num.* 3. *vers. idem omnino,* ubi plures alios citat, & plures alios (professus etiam receptiorem esse sententiam) congerit *Pynel. d.* 3. *p. in pag.* 544. *vers. maior scribit Varietas.* novissime *Iul. Clar. verb. feudum, q.* 9. *vers. nunc prosequendo,* ubi communem etiam pluribus citatis profitetur. ¶ In emphyteusi autem sæculari cessat ista cõtroversia, nam, & simpliciter accepta, eatenus pertinet ad filios, si modo hæredes sint patri, ut superius diximus ex communi sententia *in d. l. quid dicitur.* Item in feudo, quantum attinet ad liberos cessat ista controversia, quia filij etiam datum pro se, & liberis, & sic cum pacto de providentia nequeunt repudiata patris hæreditate retinere, *col.* 1. *in fin. an agna. vel filius,* unde multo fortius, nec feudum datum sub illa formula Titio, & hæredibus, quanvis autem ex sententia *Decij cons.* 185. & *cons.* 208. *numer.* 10. *cum seq. & Afflict. d. c.* 1. *ex numer.* 10. & *in c.* 1. *nu.* 4. *de eo qui sibi, & hæred. & in const. Neap. li.* 3. *rub.* 24. *num.* 74. & alijs quos citat, existimet *Pynellus* loco præcitato, *vers. ea tamen discordia:* in prędicta formula emphyteusim ecclesiasticam, vel feudum esse mixtum, quasi quoad exclusionem hæredum extraneorum sit de providentia, seu familiare: quoad hoc autem, ut filius ad eum non admittatur, nisi sit hæres, censeatur hæreditarium, istam mixturam non probo, quod enim extranei, tunc non admittantur, non est ex vi pacti, & concessionis, sed ex natura rei, quæ extraneos non admittit, ut feudum, & ecclesiastica emphyteusis, secundum *Bart. d.* §. *si liberi.*

13 Secundus casus, qui controvertitur ab scribentibus, est, quando emphyteusis ecclesiastica vel feudum, conceditur pro se, & hæredibus suis masculis, vel ex suo corpore natis: quidam enim opinantur in ijs speciebus emphyteusim esse hæreditariam, ut *Covar. d. cap.* 18. *col.* 7. *vers. posset.* & hanc dicit magis communem opin. *Sylva. cons.* 30. *nu.* 21. & *n.* 24. *Ant. Rub. cons.* 18. ut sic nequeat à filio, nisi insimul sit hæres obtineri. Alij contra, imo quod sit de providentia, & de familia, ac si nomen hæredis non esset adjectum, & hanc etiam esse communem opi. firmat *Nico. Bellon. cons.* 33. *numer.* 2. & uti receptiorem (citando plures) hanc amplectitur, & fulcit argumentis *Pynel. d.* 3. *part. numer.* 88. & huic ego opinioni accederem, in illa formula, pro se, & hæredibus ex corpore suo natis: tunc enim verbum, hæredibus, filios tantum designat, quia hæredes non nascuntur, sed fiunt à lege, vel ab homine: in alia autem specie, pro se, & hæredibus masculis, nimis etiam urget *text. in cap.* 1. *de alien. feud.* ibi *pro hærede masculo,* quod in feudis intelligitur sine filio. Sed adhuc priorem sequerer, quia verba ista ad qualitates hæredis evidentius respiciunt, & in his quid magis senserint contrahentes, inspicimus, ut voluit *Dec. cons.* 38. *col.* 5. Item quia verbum hæredibus, filium insimul, & hæredem in latitudine comprehendit, totum id igitur in dispositione venire debet ex doctrina *Aret. l. cum lege, ff. de rest.* huic quoque opinioni accessit *Iuli. verbo feud. fol.* 113. *vers. item quæro.* agnoscens articulum istum esse difficilem, probavit etiam *Sylva. cons.* xxx. ubi loquitur in acceptione pro se, & hæredibus, ac successoribus masculis, & de linea masculina descendentibus quibuscunque.

Tertius casus est, quando emphyteu- 14
sis ecclesiæ, vel feudum conceduntur, sub illa formula, pro se, & hæredibus: exigitur enim, ut successor sit hæres, sive filius, sive agnatus, ut per omnes in sæpius allega. *c.* 1. *an agnatus.* ubi *Præp. c.* 3. quid. quid cõtradicat *Sonsb. de feu.* 9. *part. n.* 105. & erit tũc feudũ vel emphyteusis hæreditaria, licet *Pynellus* hoc quoque casu dicat esse mixtam. In materia vero, quæ admittit etiã extraneos hæredes palam est quod hujusmodi concessio pro se, & hæredibus, de quibuscunque intelligitur secundum *d. ex. l. quod dicitur, nu.* 26 *ff. de verbo.* & *cons.* 26. *lib.* 5. *Guid. dec.* 220. & alijs per *Pynel.* ubi supra *nu.* 89.

Quartus casus, quando emphyteusis 15
ecclesiastica, vel feudum, dantur cum clau-

sula

sula pro se, & suis, (sine expressione hæredum vel filiorum) in qua specie dicerem emphyteusim vel feudum esse de familia, & providentia, quia nulla hæredum mentio facta est, unde poterit emphyteusis accipi sine hæreditate, similiter, & feudum ab agnatis, licet secus in filijs, ut *d. c.* 1. per suos enim significamus familiam,& sanguine conjunctos, licet non hæredes. *l. mutus*, §. 1. ibi, *se suosque à lat. ff. de jur. dot. l. si fœmina. Gad. Tarpul., & alibi Ovid.* Hoc ego devoveo teque tuosque modos, & varias acceptiones verbi suos tradit *Æmil. Ferret. responso.* 3. proinde miror *Pinelum ubi supra numer.* 90. scripsisse, idem esse pro se, & suis, quod pro se, & suis hæredibus emphyteusim concessam, ut hæreditaria esse intelligatur, cum id minime verum videatur,& verbum suos ad hæredes suitatis non referatur, & ut ipse paulo ante confessus fuit *nu.* 89.

16 Quintus casus est, si dicatur pro se, & hæredibus legitimis, nam in ea forma feudum est hæreditarium, & emphyteusis ecclesiastica, ut placuit *Paris. cons.* 65. *num.* 7. *lib.* 3. ubi citat alios, licet *Deci. Gozad. Soci. nep.* quibus accedere videtur *Pynelus* ubi supr. *numer.* 85. *vers. feudum etiam pa.* 543. contradixerint: si enim in illa formula *Titio*, & hæredibus, hæreditarium esse receptius est, *ut supr.* diximus: non video, cur verbum illud legitimis concessioni adjectum, tollat eam qualitatem. Cum quo magis, non quo minus sit adjectum, & ad exclusionem non legitimorum sit positum: & pro successuris alias ab intestato, ut per *Guid. cap. Raynu. verbo,& uxorem, in pri. numer.* 75. *de testamen.* non vero, ut licentiam filijs tribuat, repudiandi hæreditatem, & emphyteusim consequendi, aut agnatis feudum adipiscendi hæreditate neglecta.

17 Sextus casus est, si fiat concessio tibi, & filijs, & hæredibus, adjecta clausula, secundum sexus & ætatis prærogativam, vel quod succeditur jure Francorum, quo casu inquit *Affl. feudum esse ex pacto, & providentia in cap.* 1. §. *hoc quoque, numer.* 85. *de succ. feudi.* sequitur *Pynel. d.* 3. *part. pag.* 551. *vers. infertur septimo.* Ego tamē contrarium opinor, imo quod sit hæreditarium, propter verbum hæredibus, in principali concessione positum, cui qualitati annectuntur aliæ, sexus, & ætatis, quæ cum priori non pugnant, sed insimul bene stant, alias daremus verbum illud hæredibus frustra positum, quod non est dicendum cum nullum debeat esse sine effectu ut per *Bald. in rub. C. de contra emp. q.* 9.& nobiscum in hac specie, sentit *Sigis. Cofr. cons.* 1. *si adjungas prin. cum fin.*

Septimus casus est, si dicatur pro se, & 18
filijs hæredibus ab eis legitime descendentibus, nam, & tunc censeri debet feudum, vel emphyteusis hæreditaria, ut est magis communis opinio secundum *Paris. cons.* 4. *numer.* 26. *lib.* 1. *Affl.* (ubi testatur ita pluries judicatum) *dec.* 195. *numer.* 8.& consequenter tale feudum non adipiscetur, qui non fuerit hæres, ut per *Sigismun. Cofred.* (qui etiam profitetur communem esse sententiam) *cons. feuda.* 52. *num.* 55. & cum secutus *Jul. Cla. verb. feudum, q.* 9 *vers. sed quid si feudum*, nec ab hac opinione recedet, qui id quod tenuimus *sup. in* 5. *casu* secutus fuerit.

Sed illud in hac materia quæstionis est 19
ambiguæ, quando dicimus ad feudum, vel emphyteusim (quia hæreditaria est) exigi, ut quis sit hæres, aut sufficiat esse hæredem primi acquirentis per medium suorum antecessorum, an vero sit omnino necessarium hæredem esse vassalli ultimo loco decedentis. Et omissa disputatione receptius esse, sufficere à primo acquirente descendere, & ejus hæredem esse, mediante persona suorum antecessorum (longo licet intervallo) nec exigatur hæredem ultimi fieri, ut satis expresse voluit *Alex. cons.* 26. *num.* 8. *lib.* 5. *Alber. Frumus cons. feudali*, 18. *num.* 14. citans plures *Paris. cons.* 2. *num.* 25. *lib.* 1. & *cons.* 65. *num.* 31. *lib.* 3. *Soci. cons.* 72. *nu.* 29. *li.* 1. *Alex. cons.* 10. *nu.* 8. *lib.* 3. *Gozad. cons.* 8. *nu.* 2 & esse communem testatur *Lauren. Silvanus cons.* 30. *nu.* 20. *Pynelus* quoq; *in d. loco n.* 91. *vers. ad prædicta, pag.* 553. noviss. me *Jul. Clar. verb. feudū, q.* 9. *vers. quæro an oporteat* dicens ita in contingentia facti senatum judicasse, adversus *Curs. Jun. cons.* 138. *nu.* 24. *vers.*

24. vers. præmissis, col. ult. qui contrarium inadvertenter respondit, cui poterat suffragari lex Regni, quæ in maioribus proximiorem ultimo possessori præfert, & illi omnes, qui de jure communi eam sententiam tutantur, quos refert *Covar. q. pract.* 38. *col.* 3. sed cum opinio contraria multis alijs placuerit, quos ibi etiam refert, magis in hoc proposito placet eorum sententiam sequi, qui ad primum acquirentem haberi respectum volunt: cum enim illius beneficio descendentes ad feudum antiquum vel emphyteusim admittantur, magis est, ut illius descendentem, & hæredem esse sufficiat, licet mediatum, quam ultimi vassalli, qui nihil præstitit, & à quo nihil accipitur, *cap.* 1. *de succe. feud. cap.* 1. *de vassal. decre. æta. Afflict. deci.* 111. *Alex. cons.* 106. *& præced. lib.* 4. *Aymon, consi.* 135. *nu.* 8. *cum seq.*

¶ Quæstio XLV. An filius exhæredatus succedat in emphyteusi, vel feudo.

FIlius juste exhæredatus non succedit in feudo, ut voluerunt *Iacob. Ardiz. Iserni. Odofr. Laudens.* quos licet (in contrarium late argumentatur] sequitur tandem *Curs. de feud. in mater. successionis descendentium. numer.* 6. *pag.* 252. cum seq. refert *Paris. cons.* 1. *num.* 7. *vol.* 1. probat *Sonsbec. de feud.* Ita quoque filius juste exhæredatus à patre non succedit in emphyteusi, etiam non hæreditaria *Bart. in l. jurisjurandi.* §. *si liberi, col. fin. ff. de oper. lib.* quatenus utitur comparatione juris patronatus liberti, à quo filius mala mente exhæredatus excluditur, licet maxime hoc jus patronatus non sit hæreditarium, ut est *text. in l. si patronus testamento, ff. de bon. liber.* sequitur *Angel. leg. si tibi.* §. *si pactus, num.* 2. *ff. de pact. Alex. l. quod dicitur, num.* 19. *versi. tamen opinio ff. de verb. Cuman. leg. filius famil.* §. *cum pater, num.* 2. *vers. sed dic. ff. de lega.* 3. & uti magis receptam allegat *Anto. Rube. in l. Gallus.* §. *quidam recte, n.* 185. *ff. de lib. & posth.* voluit quoq; *Ang. in cōs.* 184. ex *forma col.* 2. licet inadvertenter in contrariū eum citaverit. *Alexand. in d. leg. quod dicitur, numer.* 21. Verum hæc comparatio *Bartholi* recepti ex jure patronatus libertorum ad emphyteusim, non videtur justa, cum possit pater uni tantum filio libertum assignare, *l. assignare. ff. de assig. liber.* non tamen possit emphyteusim acceptam pro se & liberis, uni tantum filio prælegare secundum receptiorem sententiam ex *Iason.* latissime, *l.* 2. *numer.* 210. *C. de emphyt. Soc. Iur. cons.* 73. *num.* 4. *lib.* 1. & alijs per *Covar lib.* 2. *resol. cap.* 18. unde contra *Bart.* ipsius non facta mentione tenuerunt *Saly. nu.* 27. *Ias. nu.* 188. *in l.* 2. *C. de jure emphyt.* & magna authoritate ac optimis argumentis accutissimus Doctor meus *Emman. à Costa in tracta. de succ Regn. Portu. pag.* 160. cum seq. ubi quod in judicando, & consulendo aderet recedere à *Bart.* sententia.

Et idcirco putaverim ipse distinguendum, an emphyteusis vel feudum sint hæreditaria, & tunc noceat filio justa exhæredatio, an non sint hæreditaria: & tunc non noceat, cum filius possit habere, absque eo quod sit hæres & exhæredatio non cadat in id quod hæreditarium non est, quia privatio habitum præsupponit: Verum secundum aliquos, si emphyteusis vel feudum sit novum, per ipsum patrem exhæredantem acquisitum, nocebit exhæredatio, quia cum pater in feudo novo possit alienando filijs præjudicare, poterit utique, & exhæredando, ex traditis à *Iulio. Claro*, verbo, *feudum, q.* 74. cum ijs quæ tetig. *Curs. de feudis, pag.* 253. *vers. sed tu subtilis*: ego tamen nec isto casu puto exhæredationem nocere, quia nec in nova emphyteusi puto præjudicium à patre fieri posse, ut dicam *q.* 49.

Sed quid si filius fuerit exhæredatus à Patre, an poterit succedere in feudo avi, vel emphyteusi avita (retinendo eorum opinionem, qui justam exhæredationem filio nocere in feudo vel emphyteusi docuerunt.) & videtur absque dubio posse per *text.* celebrem *in l. filius fam.* §. *cum pater vers. sed si cum duos, ff. de leg.* 1. ubi nepotes exhæredati admittūtur ad bo-

na, quæ avus primum, filio, deinde familiæ reliquit, cujus *text.* magnam commendationem facit *Pynel. l. 1. C. de bo. ma. 3. par. numer. 100. & P. Perai. in rubr. ff. de hær. inſt. numer. 87. & 117.* ubi reputat ſumme difficilem, idq; non ſolum quando pater prius vita functus eſt, quàm avus (qui caſus eſt ſine dubio, quoniam tunc nepos avo ſuccedit non patri) ſed etiam ſi primo avus, deinde pater decedat nam adhuc nepos exhæredatus à patre, ſuccedet in feu. avito, quia in eo pater non potuit filio præjudicare. *cap. 1. de ſucc. feu.* ibi, *nulla ordenatione defuncti in feudo manente vel valente,* & ea *text.* apertus *in d. §. 1. cum pater.* Nec obſtabunt *text. in l. ſi ex patronis §. l. paulus, §. fin. eod. tit.* quibus probantur, nepotem à patre mala mente exhæredatum, excludi etiam à jure patronatus libertorum avitorum, in quo pater ejus ſucceſſit, *quia* (inquit *Iulia.*) *nepos per patrem avitos libertos conſequitur,* quorum argumento dicebat *Iacob. Ardiz. de feu. in rub. an filius ſuccedat in feud. Alvarot. in cap. 1. §. & quia vidimus col. 10. qui feu. da. poſſ.* neporem exhæredatum ſuccedere in feudo avito, ſi pater prædeceſſerit avo, ſecus ſi nõ prædeceſſerit, ſed poſt avum mortem obierit, quaſi tunc nepos per patrem avitum feudum conſequatur ut *d. §. Iulia* quam ſententiam ſequitur *Curti. de feud. pag. 254. nu. 7. q. 4.* Videntur enim mihi magnopere falli, cum (ut dixi) jus patronatus libertorum nõ poſſit ad feuda, & emphyteuſes, concludenter perduci, nec juridice dici poſſit, nepotem fundum avitam per patrem conſequi, cum patris non ſit, nec de eo in præjudici. uni ſucceſſorum, quidquam agere poſſit *c. 1. de ſuc. feud. d. §. cum pater, cum ſimilibus,* unde eſt, quod nepos exhæredatus ab avo, excluditur á feud. patris ut ijdem *Ardiz. Alva. & Cur.* fatentur: quocirca non debuerunt, in caſu contrario diverſum reſpondere, ſubſiſtente eadem ratione contrariorum.

¶ Quæſtio XLVI. An feudum, & emphyteuſis imputentur in legitimam debitam jure naturæ.

AN in falcidiam, & trebellianicam feuda, & emphyteuſes imputentur, omnes conſentiunt non imputari quando non habentur *tit. hæreditario, jux. reg. l. pater filiam ff. ad l. fal.* & ita in ſpecie, agnoſcit. *Guy. de feu. pag. 230.* Sed ante eum late tradit *Io. Corra. in re. l. fil.* quem habentem, *nu. 94. & nu. 116. & 128. & 141. C. fam. her.* Cæterum, an imputentur in legitimam debitam jure naturæ, hic magna diſſentio eſt, crebrior tamen ſententia invaluit, ut in talem legitimam jure naturæ debitam imputentur, cum *Gui. Cun. Bald. & Sali. l. omnimodo. §. imputari. Cod. de inof. teſ. Nico. Neap. in d. l. pa. fili. Io. Rimi. conſ. 146. num. 15. l. 2.* quorum opinionem, & veriorem, & receptiorem ait *Guil.* eam ſecutus *d. pag. 230.* & ab ea in judicando non eſſe tutum recedere, ſcribit *Iacob. de feud. d. verbo, & cum pacto. 3. n. 17.* ¶ Sed quia non ſine difficultate res iſta tranſit, magis placet ex interpretum mente, diſtinguere: ut ſi feudũ ſit hæreditariũ, vel emphyteuſis, bene imputẽtur in legitimam, ſecundum *Bald. l. omnino, §. imput. Cod. de inof.* nam cum filij illa habeant, ut hæredes patris, ergo in legiti. imputanda, *per reg. l. quoniam novella Cod. de inof.* & ita firmat *Rip. l. in quartam num. 177. & 180. ff. ad l. fal.* Aut feudum vel emphyteuſis non ſunt hæreditaria: & ſunt antiqua, & non imputentur in legitimam, atque ita defendatur opinio *Ang. & Pau. in l. ſi patroni, ff. ad Treb.* qui ſimpliciter imputationem talium rerum negabant, cum enim feudum antiquum, aut emphyteuſis ab avo, aut ſuperioribus profecta, quoad nepotes cenſeantur, non profectitia, ſed adventitia, *jux. gloſ.* celebrem *in l. quæſitum in prin. & ibi Bart. & Ang. ff. de acq. hær. Bart.* & omnes *in l. Gal. §. quid ſi is ff. de li. & poſt.* & adventitia non computentur in legitimam filiorum, *l. ſcimus, §. repletionem C. de inof. teſ.* fit merito, ut feuda, & emphyteuſes antiquæ non computentur, quod *Guil.* ubi ſup. fatetur, & in facti quæſtione, ſe conſuluiſſe, & multos Doctores ſubſcripſiſſe, ait *Iacobi.* in loco nuper citato *nu. 17.*

Sin autem feudum fuerit novum á patre pro ſe, & liberis acceptum, quia tunc

pro

profectitium est, merito computabitur in legitimam ex *Salyc. in d. §. imputari. Alex. d. l. si patroni.* qui, & hanc distinctionem elegantes posuit *in cons.* 8. *vol.* 3. cujus non meminit: eam tamen opinionem sequutus *Curt. de feu. 4. part. pag.* 446. *n.* 134. sequitur quoque *Bereng. Ferdinand. in repe. l. in quartam.* 3. *capite princ. n.* 78. *ff. ad leg. falc.* inquiens per eam doctorum contrarietatem componi ante eum scripsit ibi *Ripa numer.* 179. tradit remissive *Paul. Picus, in repe. c.* 1. *n.* 26. & perperam contra communem scribit *Fran. Sonsb. de feud. 9. part. numer.* 136. Cæterum *lex Regia. libr. 4. tit.* 77. §. 31. *in novo tit.* 97. §. 22. emphyteusim nominationis, si non sit empta in legitimam imputari non finit, ut ibi *Naõ lhe sera contado em sua legitima, nem descontado nulla*, in emphyteusi perpetua vero cessat quæst. jure regio. *Per. §. pæd. tit.* 77. *in nov. lib. 4. titu.* 96. §. 23. Quibus autē casibus sit locus computatione in legitimam (nec enim locum habet, nisi ubi jure expressum est) legito dillucide *Anton. Gomez. in l.* 27. *Taur. num.* 38. post omnes rep. *d. l. in quartam, & in d. l. filium, quem habentem.*

¶ Quæstio. XLVII. An emphyteusis, & feudum veniant in petitione hæreditatis.

LIcet in feudo *Barth. & Dd.* variaverint, omissa tamen disputatione, vera resolutio est, quod non solum quando petitio hæreditatis intentatur ab eo, quia ad feudum defuncti vocatur jure intestatæ successionis, puta filio defuncti, qui feudum sine hæreditate habere non potest, quo casu voluit *glos. l. item vivendum, §. si. ff. de peti. hære.* feudum etiam cum cæteris bonis peti posse, vel etiam si intentetur à quolibet alio in investitura nominatim cōprehenso quæ fuit opinio *Bart. l. jur. juran. §. si liberi. ff. de ope. libr.* sed etiam si à quolibet hæred. extraneo præponatur adhuc feudum in ea actione veniet, secundum *Bart. in l. si patroni. in princ. ff. ad Tre. Ang. Paul. in d. §. si. Ias. late in prælud. feu. nu.* 44. *Rimini. cons.* 267. *n.* 5. *li.* 2. *deci. Neap.* 26. *alias* 27. *contra glos. Ray. in dict. §. si* qui agnatis hoc denegarunt, & contra *Dyn. & Barthol.* ibi qui etiam filijs denegarunt docentes simpliciter feuda nullo in casu in petitione hæreditatis venire, & tanquam receptum scribit *Cate. Cota immemora.* verbo *emphyteusis.* 1. *in princ. col.* 157. & certe male, quod enim eos fefellit, feudum ad extraneos non transire *cap.* 1. *de succe. feud. da. pos.* item non haberi jure hæreditario, quod ultimum generaliter falsum est, & ut demus esse verum, nihil prædictis obstant, cum etiam ea quæ hæreditaria non sunt, & in quibus difunctus solam detentationem habet; si in hæreditate inveniantur (veluti res commodatæ, & depositæ) veniunt in petitione hæreditatis. *l. & non tantum. in princ. leg. regulariter, in princ. ff. de pet. hær. l. hæreditas, & Cod. eod.* tradit late *Anton. Gome. l.* 45. *Tau. numer.* 157. Verum suprascripta resolutio cū tali moderatione debet intelligi, si modo is adversus quem petitio hæreditatis movetur, nullum jus habeat feudi detinendi ut quia non sit de liberis, nec de comprehensis in investitura, ex sententia *Barth. d. l. si patroni in princ.* & hanc limitationem probarunt *Jason. ubi supra Iacob. de feudo* verbo, *& cum pacto. 3. num.* 7. quo loco dicit *Bart. in d. l. si patroni*, recte, & sancte loquutum fuisse: probavit etiam uti receptum) *Guyl. Haneto. de feud. pag.* 228.

Quæ omnia, & in emphyteusi repetita esse doctores volunt, & in specie *Paul. in dict. leg. item vivendum. §. final. numer.* 8. simpliciter emphyteusis veniat in petitione hereditatis, sicut feudum, sive qui agit hæreditatis petitione sit filius, sive extraneus, dummodo hæres sit, & emphyteusis fuerit à defunctis mortis suæ tempore possessa, aut detenta.

SUMMARIA.

1 *Fideicommissum universale, an comprehendat etiam bona feudalia.*

2 *Fideicommissum universale, an etiā bona emphyteutica secum ferat, & quædā limitationes usque ad num.* 6. *& quid in emphyteusi reipublicæ num.* 7.

¶ Quæstio XLVIII. An emphyteusis, vel feudum, veniant in restitutione fideicommissi universalis.

1 IN feudo distinguitur, nam si est feudum ex pacto, & providentia, non venit in restitutione fideicommissi universalis, & ita declaratur *Bart. in l. si patron. in prin. numer.* 3. *ff. ad Trebel.* dum scripsit, feudum regulariter non venire in restitutione fideicommissus cui opinionem communem esse profitetur *Ripa. l. ex facto. §. si quis, numer.* 17. *ff. ad Treb. Curs. Iun. cons.* 171. *numer.* 10. *Iason. in prælud. feud. nu.* 46. Si vero est feudum hæreditarium, tunc bene includitur in restitutione fideicommissi, & ita solere communiter distinguit. ait *Curs. de feu.* 4. *part. in materia alienat. feud. q.* 30. *vers.* secunda decidi potest. *pag.* 445. quem citat *P. Paris. cons.* 2. *numer.* 43. *lib.* 1. *& cons.* 3. *numer.* 26. *eod. lib.* * *adde Lud. Gozadi. cons.* 26. *in princ.* quod debet intelligi in feudo, simpliciter, & absolute hæreditario, puta dato pro se, & quibuscunque hæredibus, vel pro se, & quibus dederit, quia de illo judicatur, ut de bonis allodialibus, secus in feud. hæreditario mixto, puta pro se liberis, & hæredibus, secundum *Soci. Iun. cons.* 72. *num.* 22. *lib.* 1. qui testatur magis communiter, & sequitur *Iul. Clar. lib.* 2. *recep. sent. §. feudum, q.* 85. qui ejusdem Soc. aliam limitationem carpit, & nemine relato *Guil. de feud. pag.* 226. & articulum bene declarant.

2 In emphyteusi vero, an veniat sub restitutione fideicommissi universalis, & sic an hæres gravatus fideicommissario universam hæreditatem restituere, teneatur quoque emphyteusim? Aliter, & aliter distinguitur (licet non satis doctores se explicent) nam si est emphyteusis ecclesiæ, quia talis non transit ad hæredes extraneos, juxta text. §. *emphyteusim Auth. de non alien. column.* 2. *glos. communiter* ibi, & alibi receptam *in l. etiam. ff. solu. matr.* non transit etiam in fideicommissarium universalem, ut tenet *Bart. & communis l. si patroni. ff. ad Treb. n.* 4. & præcipue si dicat testator quod hæres restituat bona hæreditatis suæ ut ait *Alex. cons.* 91. *numer.* 14. *vers. quinimo lib.* 1. *Alexand.* testatus communem *cons.* 91. *nu.* 14. ubi late hanc opinionem probat, & defendit ab argumentis contrarijs *libr.* 1. & est ratio quia fideicommisso non includuntur quæ hæredi competunt, non tanquam hæredi. *l. cohæredi. §. cum filiæ. vers. nec fideicommisso, ff. de Vulga. l. si aliena res in princ. ff. ad Treb.* Porro emphyteusis ecclesiastica filio competet tanquam filio, non tanquam hæredi, igitur, &c.

Limitant autem hanc traditionem interpretes, nisi fideicommissarius, cui est facienda restitutio, sit de liberis ejusque emphyteusim recepti, quasi tunc cesset ratio quæ transitum impediebat, quam limitationem in feudo posuit *Socin. Iun. consil.* 72. *num.* 6. *lib.* 1. *post Io. And. ad Speculum de emphyteusi sub nu.* 184. *in addi. incip. quæstio non esse dubia* refert *Alexandr. cons.* 91. *numer.* 12. & 13. quæ tamen tunc demum vera erit, si fideicommissarius sit de liberis primi gradus, alioqui si remotior, non video quomodo sit ei facienda restitutio in præjudicium propinquorum, quibus jus quæsitum est, ut alias in feud. considerabat *Iul. Cla. d. §. feudum fol.* 162. & *Guill. de fe. pag.* 226. *cum seq.* 3

Limitat & 2. *Bald. in l. cum virum C. de fideicommissis*, nisi emphyteusis ecclesiastica fuerit hæreditaria simpliciter, & absolute, puta concessa pro se, & hæredibus suis quibuscunque tunc enim quia transit etiam in extraneos hæredes, transibit quoque in fideicommissarium, sequitur *Alexand. in dict. l. si patroni. numer.* 14. & 19. Dixi *Bald.* loqui in emphyteusi absolute, & pure hæreditaria, quia si fuerit hæreditaria mixtim, ut quia dictum sit pro se liberis, & hæredibus, tunc non transibit, ut alias in feudo scripsit *Soci. Iun. dict. cons.* 72. *numer.* 22. & rationem habet, quia cum eo casu requiratur utriusque qualitatis concursus, puta quod sit filius, & hæres, ut per *Iacob. Bellovi. in cap. de eo qui sibi, & hæredib.* communiter receptum secundum *Alexan. cons.* 10. *num.* 8. *libr.* 3. & alios plures, quos refert *Iul. Clar. d. §. feud. quæst.* 9. *vers. quandoq. &* tertio *fol.* 111. sequitur plane non posse emphyteusim 4

ad

ad fideicommissarium transire, qui his qualitatibus non sit insignitus.

Limitatur, & tertio, superior concl. nisi sit emphyteusis ecclesiast. concessa cum omni solemnitate, quæ ad veram omnimodam alienationem ejusdem rei requiritur, in ea sine exceptione 12. q. 2. nam cum eo casu transeat ad hæredes extraneos: ut tradunt *Abb. num. 29. Ant. Imol. Fel. Decius in ea. in præsentia de probat. ub.* cõmunem testatur *Bero. n.* 386. *M. Mantu. num.* 45. *Cova. l. 2. reso. c.* 17. *numer.* 5. *vers.* 2. *concl.* pari modo transibit in fideicõmissar. universalem, qui vicem hæredis habeat l. *si filius. ff. quod cum eo.* & ita novissime limitabat *Ant. Men. d.l. cum virum col. fin.* Sed ego hanc limitationem non ita simpliciter accipio, quia non puto ob hoc solum. quod adhibita sit solemnitas quæ sufficere ad veram alienationem, fieri emphyteusim ecclesiasticam, transitoriam ad hæredes extraneos. (si verum est quod suapte natura non est transitoria) solemnitas enim integra, & omnimoda naturam cõtractus emphyteutici non mutat, nec contrahentes id egisse creduntur, cum emphyteusim se celebrare dicunt, & non omnimodam alienationem. Proinde ut limitatio procedat, debet intelligi cum adhibita solemnitate, id actum sit, ut ad hæredes etiam extraneos transeat. Limitatur. 4. nisi expresse testator disponat, & jubeat filium restituere rem emphyteuticam nam tunc filius simpliciter adeundo hæreditatem patris sibi præjudicat, & tenebitur restituere ut per *Alex. in alleg. cons.* 91. *nu.* 14. *vers.* non obstant *lib.* 1. & hactenus quando emphyteusis est ecclesiæ.

Si vero sit emphyteusis sæcularis, *Bart. in d.l. si patroni. in princ. Bal. d.l. cum virum num.* 23. voluerunt non venire in restitucione fideicommissi, quia ad liberos non ut ad hæredes transit, arg. *l. juris jurandi, §. si liberi. ff. de oper. lib.* Quæ opinio falsa videtur, & ita displicuit Imol. *dict. l. si patroni. num.* 3. & *Alex. ibi numer.* 14. & *Menezio dict. l. cum virum num.* 56. *vers. secunda conclusio.* ultra quorum rãtiones, illa mihi fortior videtur, quod emphyteusis sæcularis est transitoria ad quoslibet hæredes, ex sententia *Bart. ubi Jason. nu.* 27. *in l. quod dicitur, ff. de verborum obligat.* unde merito transibit in fideicommissarium uti cætera bona hæreditaria.

Quod si sit emphyteusis reipublicæ resolvunt *Dinv. Bart. Imol. & Alexand.* quos sequitur Mene. loco jam allegato transire in fideicõmissarium cum reliquis bonis, quia reipublicæ (inquiunt) emphyteuta, libere rem alienat sine reipublicæ consensu, quia pensionis onus transit in quemcumq; l. *jus emphyteuticum C. de feud. patr. li. fin. C. sine censu, vel reliq.* Qua in re ego resolutionem probo, illo argumento quo proxime usus sum, rem vero non probo, quia verum non existimo, quod emphyteuta reipublicæ consensu; id enim nec praxis admisit, nec ullo jure efficaciter probatur, & irrationabile videtur ut deterioris conditionis sit respublica, quam alij privati, cum sit futura melioris. *l. respublica C. ex quibus caus. maior.*

SUMMARIA.

1 *PAter an possit in feudo præjudicare filijs delinquentibus contra personam domini, vel contra alios.*

2 *Pater an possit filijs in ephyteusi præjudicare contrenendo dominam puta per illicitam alienationem, vel non solutionem canonis, aut alias, & quid in feudo.*

3 *Filius hæres patri, an possit revocare alienationem emphyteusis factam á patre, etiam cum domini consensu, quid sit hæres cum beneficio inventarij n.* 4. *& si alienatio sit adversus rei naturam. n.* 5.

4 *Pater an possit filio præjudicare in ephyteusi ex pacto, & providentia, hoc est pro se, & liberis. Et quid in emphyt. antiqua n.* 9.

5 *Pater an possit filio præjudicare in emphyteusi vel feudo acquisitis ex pecunia vel re patris. Et quid si sint concessa contemplatione patris n.* 8. *Et quid si concedens æqualiter moveretur ex meritis filiorum, sicuti patris nu.* 10. *& nu. seq.*

6 *Pater an possit filio præjudicare ad emphyteusim, vocato per nomẽ proprium, vel æque principaliter.*

7 *Pater an possit filio præjudicare in emphyteusi relinquendo ei tantundem in recompensam.*

¶ Quæst. XLIX. An pater possit in emphyteusi, vel feudo, filijs præjudicare.

QUæstio ista per celebris est toto jure, & habet plura capita, quæ breviter, & suo ordine explicabo. Primus casus est, an pater possit filijs in feudo præjudicare propter delictum cõmissum adversus dominum, vel alios, quem articulum latissime explicat *Bart. l. eum qui nu. 1. ff. de inter. & releg.* ponit tres regulas cum fallentijs, *Sonsbec. de feud. 13. part. in princ. usque ad num. 10.* ubi poteris videre, plures conclusiones quas ibi subjungit usque ad *nu. 86. Mod. Paris. lib. 1. fol. 245. nu. 133.* quæ materia non æque emphyteusi applicatur nisi cum emphyteutæ bona ob delictum confiscantur, qua de re peculiari capite agemus.

2 Secundus casus est, an patér quasi delinquendo, & contemnendo, filijs, & posteris in emphyteusi possit præjudicare, utpote alienando citra domini consensum, vel canonem non solvendo, vel negando emphyteusim, vel eam notabiliter deteriorando. Et in feudi distinguit *Paris.* ubi supra inter hæreditarium, & conventionale * tu vide omnino *Paul. cons. 43. numer. 3. l. 2.* ubi aliter docet. Alij dicunt quos, & si sit novum pater absque dubio filijs præjudicet, & agnatis, & ad dominum revertatur *cap. 1. §. fin. quæ fu. pri. cauf. ben. amit.* si vero sit antiquum vel paternum, tunc præjudicet duntaxat descẽdentibus: non vero agnatis juxta *glos. in cap. 1. §. hoc quoque de succ. feu.* tenet *Zazi.* cõmunem sequutus in 10. *part. feudo fol. 72. Curt. Iun. in 5. p. concluf. 4.* licet contrarium multis argumentis comprobet *Sonsbec. de feud. part. 4. ex nu. 78.* cujus opinio absque dubio vera est in emphyteusi nam si pater delinquat contra legem contractus emphyteutici, ut qui alienat absque domini consensu, vel canonem non soluta, ut alias, præjudicat sine dubio filijs, & successorib. in emphyteusi: sive moderna, ex doctrin. *recepta Bart. in d. l. cum qui. col. 1. in fin. vers.* per hoc dico *ff. de inter. & releg.* quam sequitur *Alex. l. si fi. §. si de vectigalibus nu. 29. ff. de dam. infec. & in l. adoptivum. §. patronum nu. 4. ubi alij. ff. de in jus voc. Rip.,* (licet Bartholum non citet,) *in l. fu. q. ult. col. 2. C. de rev. dona. numer. 192.* latissime *Ludov. Goza. cons. 47. visis instrumentis, numer. 23. vers. 8. & 9. & col. fin. Afflict. cap. 1. §. præterea glos. 3. nu. 5. fol. 171. col. 2. de prohi. feudi alien. Goza.* (loquendo in laudemio,) *cons. 47. nu. 17. vers. non obstat.* evidenti quidem argumento: quia ijs casibus lex non dicit tantum quod emphyteusi privetur, sed quod ad dominum revertatur. Cui consequens est, ut filijs sit omnino præjudicatum voluit quoque *Bar. juris jurandi §. si lib. col. fin. ad fin. ff. de oper. lib.* (quicquid contra docuerit *Spec.*) licet etiam inter emphyteusim novam, & antiqua distinxerit *Salyc. d. l. 2.* cujus opinionem, relatis, & posthabitis alijs sequitur *Hiero. Crat. cons. 132. num. 1. & 2. lib. 2.* Porro si filius veniret ut hæres (ut generale est in omni emphyteusi sæculari, quam pater videtur stipulari filijs ut hæredibus, ut per *Bart. l. quod dicitur,* & ibi communem *ff. de verb. Alcia. reg. 1. præsump. 31. Ancha. cons. 319.*) tunc nemo dubitat procedere sententiam *Bart.* ut satis voluit *Cassa. de locato, decis. 3. & Gigas, de pens. q. 74. & Iason. d. l. 2. numer. 212.* quando vero veniret ut filius, quẽadmodum in ecclesiastica, & nõ tanquam hæres, inquit *Iason. ubi sup. nu. 192.* maius dubiũ esse: sed isto etiam casu idem dicendum, eadem ratione: quia peccatur adversus legem contractus. Nec obstat, quod secundum hanc opinionem esset in manu patris, emphyteusim sine licentia alienando, misere suos filios fraudare, quod erit iniquissimum, ut alias in feudis considerabat *Pal. in c. 1. §. fin. quæ sit pri. cav. ben. amit.* Nam in feudis bene ad hoc respõdetur per *text. in c. imperialem, §. firmiter. de prohi. feud. alien.* per *Fred.* ut respondet *Sonsb. ubi sup. pag. 157.* Et emphyteusi, quando lex propter illicitam alienationẽ, seu aliud commissum contra naturam contractus, domino emphyteusim illico defert, satis tribuit facultatem patri, ut per hæc filijs præjudicet, licet non credat id patrem facturum, quia nemo melius consilium pro liberis capit, quam pater, *leg. nec in ca. in fin. ff. de adulter. l. si furio.*

furioso puberi. *in fin. ff. de cura. fur.* & omnib. filijs ex voto parant. *l. scripto ff. unde libe.* quod si refragante natura patrem consulto, & dolose filijs voluisse præjudicare constiterit, & caducitate optasse, sorte filio non nocere: quia fraudibus lex obviandum censet, modis omnibus *l. in fundo ff. ad Treb.* & quanvis lex filiorum præjudicium in consequentiam paternæ negligentiæ permittat, non tamen dolosas machinationes, in filiorum præjudicium probat conferunt, quæ late scribunt *Mod. Parisien. tit.* 1. §. 8. *glos.* 3. *ex numer.* 17. *Tiraq. in* 2. *retract.* §. 3. *glos. una num.* 17. *cum seq. pag.* 710.

Tertium caput est, an pater possit filio præjudicare in emphyteusi, alienando eam cum domini directi consensu, vel prælegando uni ex filijs, vel renuntiando: quia
2 Dd. omnes istos casus æquiparant, & mixtim tractant, quem omnium latissime disputat *Barb. cons.* 67. *per to. libr.* 4. *Goza. cons.* 75. *per totum*, sed ego illum distinguo per sequentes casus. ¶ I. casus est si feudum seu emphyteusis sunt hæreditaria, puta concessa pro se, & hæredibus, & sic cum mentione hæredum (ut sup. diximus) *q.* 43. vel est emphyteusis sæcularis quæ videtur accepta pro hæredibus, posse patrem in tali emphyteusi hæreditaria, non solum si sit nova (utpote, quia habet originem in persona ipsius emphyteutæ, ut per *Aug. Bero. q. familiari.* 45. *numer.* 3. sed etiamsi sit emphyteusis antiqua (ut quia habet originem ab alio ascendenti) filijs cum consensu domini præjudicare, & hæc crebrior videtur sententia, ex *Alexan. cons.* 28. *numer.* 12. *libr.* 5. ubi dicit, quod magis communiter, ita tenetur, communem etiam profitetur *Paris. cons.* 16. *numer.* 43. *cum seq. lib.* 1. *& in cons.* 2. *nu.* 30. *lib.* 1. *ubi late Ias. cons.* 56. *col. fi. vers.* 2. respondetur quod illa decisio, *lib.* 3. & ita fuit decisum in Senatu Neapolit. ut per *Afflict. decisio.* 112. *nu.* 3. *& 135. in fin. &* 240. *dubio* 3. *Anton. Capiti. decis. n.* 64. *nu.* 2. *Ruy. cons.* 1. *nu.* 13. *li.* 1. & pro constãti ponit *Alexan. in leg. apud Iulia. §. si quis alicui col.* 2. *vers. certe articulus. ff. de leg.* 1. *Curt. Iun. cons.* 155. *n.* 9. *Ruy. cõsil.* 154. *n.* 4. *& 11. li.* 1. *& consil.* 208. *n.* 16. *lib.* 1. *Curt. Iun. cons.* 171. *nu.* 6. *Iul. Clar.* verbo *feudum. quæst.* 41. *Laurenti. Sylva. cons.* 15. *num.* 46. *Franc. Loanet. lib. rerum quod cap.* 4. *Curti. late de feud.* 4. *part. numer.* 132. *ad fin.* idem quod voluit *D. Covar. lib.* 2. *resol. cap.* 18. *numer.* 2. vers. quarta conclusio, *& num.* 4. *vers.* 8. ubi ait hanc esse mentem, & resolutionẽ omniũ qui rem istã diligenter examinarunt, scilicet ut in feudo hæreditario teneatur filius paternæ omnino stare voluntati, & in emphyteusi satis voluit *Ias. l.* 2. *nu.* 192. *vers. credo quod ista, & nu.* 212. *C. de juris emphy.* * & resolvit *Curs. de feudis* 4. *parte nu.* 144. *Andreas Alcia. cons.* 160. *num.* 13. Moventur (ut intelligo) quia cum feudum, vel emphyteusis sunt hæreditaria, filius ea consequi nõ potest nisi sit hæres, ut diximus *q.* 44. *Capi. deci.* 97. *numer.* 2. Porro hæres facto defuncti patris contrarie non potest. *l. cum a matre. C. de rei vind.* cum alijs vulgaribus & ita in hoc sensu verum sit in feudo, vel emphyteusi hæreditaria posse patrem cum consensu domini filijs præjudicare, quia s. per ipsos, cum sint hæredes, infringi non potest, quod si non sint hęredes, nec ad emphyteusim admitti possunt, quia hæreditaria est, & ita utroque modo excludun. tur, & præjudicium manet, & ita indistincte, quod in feud. hæreditario alienatio cum consensu domini noceat successoribus tenet *Afflict. in const. Neapol. lib.* 3. *rubr.* 5. *numer.* 3. ubi ait attendendum esse an filius sit hæres in aliquo ultra feudum necne tradit idem *decis.* 240. *ex num.* 7. *late Paris. cons.* 2. *ex nu.* 32. *lib.* 1. *& Ruyn. cons.* 25. *num.* 12. *libro* 2. & satis consentiunt in hoc *Paul. & Areti. in dict. §. si quis alicui, col. ultim.* tradit *Capiti. decisio.* 64. *num.* 2. Cæterum conclusionem istam restringi quo ad feudum *Iul. Clar.* verbo *feudum quæstio.* 40. *Versicul. sed hic advertendum*, ut procedat in filijs tantum, quos oportet esse hæres ad feuda consequenda, *capit.* 1. *an agna. vel fil.* agnatos enim sufficiet primi acquirentis hæredes esse, licet non sint ultimi vassalli, ut diximus *quæstio.* 44. *numero* 19.

Item restringit ne procedat, quando 3
filius vassalli, hæreditatem adierit cum

beneficio inventarij, quasi hoc juris remedio sit liber, & immunis, ac subinde patris alienationem revocare possit quamtumvis sit hæres: quia inventarij beneficium hæredi conservat omnia jura, & actiones, ac si nunquam hæreditatem adivisset *l. fin. cum mater. C. de jur. del.* & hanc limitationem, uti veriorem, & magis communiter receptam, sequitur *Soci. Iun. consil.* 112. *num.* 23. *lib.* 2. *idem Iul. Cla. verbo, feudum q.* 42. *fol.* 135. *vers. ante eos* tradit *manifeste Bald. l. qui se patris num.* 11. *Cod. unde liber.* & uti probatam opinionem scripsit *Curti. de feud.* 4. *part. numer.* 148. *Paris. cons.* 65. *num.* 47. & 49. *lib.* 3. *Zazi. de feudis.* 9. *p. num.* 8. *Deci. cons.* 468. *col. pen. Ruyn. cons.* 47. *numer.* 9. *lib.* 1. Sed si advertis hæc limitatio non est tenenda, cum communius receptum sit in feudo hæreditario nihil prodesse inventarij auxilium, ut tradit *Alexan. cons.* 28. *num.* 18. *lib.* 5. *Ruy. cons.* 38. *num.* 15. *lib.* 1. *Afflict. decisi.* 112. *n.* 3. & plurib⁹ citatis *Aymon. Crave. cons.* 256. *num.* 3. *Lofre. cons.* 14. *nu.* 43. & alij quos refert, & sequitur *Pinel. dict.* l. 3. *part. num.* 93. *vers. ex ijs pater. pag.* 558. * ubi tenet quod in feudo hæreditatio nihil juvat inventarium, & indistinte repellitur hæres alienantis *Paris. consil.* 16. *num.* 43. *lib.* 1. *Curti. Iuni. cons.* 1. *num.* 12. *Afflict. lib.* 3. *constit. rub.* 5. *nu.* 5. *doct. Covar. dict. c.* 18. *lib.* 2. *resolu. n.* 4. *versic. octavo.* Et rationem habent, quia inventarium non liberat hæredem à rebus quas jure hæreditario cõsequitur, sed à proprijs, & ne de substantia sua quidquam diminuat, ut in allegata lege fin. & quod inventarium nihil operetur in feud. hæreditario tenet Iserunia *c. primo an agna.* vel filijs quatenus hæreditas est solvendo ut per *Alexan. cons.* 60. *visis dubitationibus lib.* 3.

Liquet igitur ex prædictis, quod si emphyteusis hæreditaria est, potest pater, alienando cum consensu domini, filijs præjudicare, non solum emphyteusis sit nova, vel feudum, sed etiam si sit antiqua: quia utroque casu militat eadem ratio, ne filius hæres patris alienantis admittatur cõtra factum ejus, & obstat reg. *dict. leg. cum à matre.* Item illa colorata ratio *Paul. Cast. in d. §. siquis alicui col.* 1. *vers. ego autem* quod quando filijs non admittuntur nisi sint hæredes, non habent jus aliquod ante mortem patris: post mortem vero ipsius si reperiunt rem alienatam, non possunt in ea succedere. Cavendum est igitur à *Pine. d. l.* 1. *C. de bo. ma.* 3. *p. pag.* 568. qui (multis authoribus, perperam, & involute citatis) inquit receptius esse, non sufficere, ut pater filio in emphyteusi, vel feudo: rem emphyteuticam, aut feudalem alienando possit præjudicare, quod adsit consensus domini, item quod sit emphyteusis hæreditaria, sed adhuc amplius quod sit nova emphyteusis, vel feudum, nam si sit antiqua, quanvis sit hæreditaria, non poterit filio præjudicare: Id enim ultimum non solum est receptius, imo nec receptum, & crebriori doctorum cõsensu contrarium docetur. *Item cavendum à Carol. Ruy. cons.* 42. *numer.* 19. *libr.* 1. cum scribit filium, etiam hæredem patris, posse revocare emphyteusim alienatam: quia venit ex novo, & superveniente jure, ex sententia *Bald. l. qui se patris, col.* 10. *vers. item quæritur si vassallus, C. unde liberi.* qui loquitur de filijs etiam hæredibus, & ad *reg. l. cum à matre,* respondet non procedere, quando quis promisit de se tantum: est autem vera opio *Ruy. in d. cons. in emphyteusi* non hæreditaria, filius tamen hæreditatem patris adivit quod ipsum voluit idem *Ruy. in cons.* 47. *numer.* 9. *lib.* 1. & ita vidi judicatum, & sine dubio quando filius sibi adijt hæreditatem patris, & confecit inventarium, ut multos allegando resolvit *Pine. l.* 1. *C. de bon. mater.* 3. *par. nu.* 93. & optime *Iason. cons.* 56. *col.* 6. *libr.* 3. refert enim emphyteusis hæreditaria sit, an nõ hæreditaria filius autem advertit hæreditatem patris qui eam alienavit, ut primo casu non possit contravenire licet confecerit inventarium, secundo autem casu confecto inventario possit. Cavendum item *á Lofred. cons.* 10. *numer.* 24. ¶ Limitabis autem id quod diximus (in emphyteusi hæreditaria posse patrem filio præjudicare, vel si filius ei hæres sit teneri patris dispositioni stare) ut non procedat, quando patris dispositio, seu alienatio fuerit

tit adversus rei naturam, puta qui cum sit emphyteusis ecclesiastica alienata est in extraneos, tunc enim filius etiam hæres poterit revocare, ut voluit satis considerate *Covar. d. c. 18. numer. 4. vers. eadem ratione* ex quo satis explicatur ista materia, adde *Dec. cons. 208. numer. 2. Pinel. in d. l. 1. 3. p. num. 99. ad fin.* accedit in simili quod in bonis maioratus expressim alienari prohibitis hæres potest venire contra alienationem defuncti, ut late probat Petal. *in rub. ff. de hære. inst. ex num. 64. Pine. ubi sup. num. 99.* licet novissime contrarium asserat illustris doctor, & nobilissimus *Ludov. Molin. de Hispani. primogen. lib. 4. cap. 1. nu. 17.* qua de re alibi latius.

Secundus casus est (& hic quidem difficillimus, & in quo vix discerni potest, quæ sit communis opinio) si feudum, vel emphyteusis non sunt hæreditaria, sed concessa cum pacto de providentia, puta pro se, & liberis, sine mentione hæredum, an pater possit filio præjudicare alienando, vel prælegando, vel renuntiando? æquiparant enim scribentes omnes istos articulos, & de his mixtim loquuntur, & in his speciebus sunt sex, vel septem differentes opiniones, quas strictim recenset *Tiraquel. in 1. retract. §. 7. glos. 6. ex nu. 23. latius Iason. leg. secundi quæstio. ultim. C. isto titul.* plene *Curti. de feud. pag. 437. vers. ex prædicta regula. cum seq.* sed ego insigniores tantum referam. Prior opinio fuit *Dyni. Bald. Ang. Imol. Paul. & Areti. in d. §. siquis alicui*, qui tenuerunt simpliciter, non posse patrem filio præjudicare: * & ista videtur magis communis licet aliqui varient secundum *Alexand. cons. 106.* viso themate *numer. 8. vers. nec etiam obstat. l. 5.* & dicit comm. Decius *cons. 239. num. 6.* sequitur. *Chassa. in cons. 53. Alex. autem col. 2. & in d. § si quis alicui in cons. 124. num. 5.* latissime citando *Bald. Imol. Ancha. Ang. & Bal.* scribit, quod magis communis opinio videtur inclinare imo tenet, quod pater possit præjudicare filio in emphyteusi, concessa pro se, & filijs, licet in feudo non possit. Subjungit autem *in d. § si quis* alicui, quod non dicit hoc decidendo, * & eandem opinionem sequitur *Gozadi. cons. 25. num. 18.* dicit communem *Iason. cons. 124. lib. 2.* tradit *Tiraq. 1. retra. §. 11. glos. 6. n. 25. & §. 32. glo. 1. nu. 2. refert Io. Garti. de expen. c. 13. num. 33.* ubi an maritus noceat uxori. Alij tamen interpretes distinguūt inter feudum de providentia novum, ut possit vassallus primus acquisitor illud pro libito alienare cum consensu domini, & filijs in eo præjudicare, & similiter in emphyteusi, ex Iserni. per illum text. à contrario sensu, in *c. 1. nu. 2. de alien. feu.* ab omnibus recepto secundum Sygismund. *consil. feudali. 52. num. 1. & cons. 1. nu. 163.* * *Ias. l. 2. nu. 214. C. de jure emphyteu. & sequitur Ripa. leg. in quartam. nu. 179. ff. ad l. falsi. Affli. decis. 112. nu. 6. Paris cons. 2. nu. 9. & cons. 3. nu. 16. lib. 1. Aymon. Cravet. cons. 135. num. 8. lib. 1. Iul. Cla. § feudum. fol. 132.* voluit quoque [loquendo in emphyteusi nova) *Anchar. consil. 143. pro domina, & Gozadi. 47. nu. 17.* ubi alios citat, sequitur etiam *Pynel. ubi sup. pag. 570. num. 98* licet inadvertenter (post *Imol. in c. potuit de loca.*) moveantur ex recepta doctrina *Bart. l. qui Romæ § Flavius ff. de verbor.* quæ hic non recte applicatur, ut acute advertit *Areti. in d. § si quis alicui, col. 3. vers. dominus Ioannes.* Secus si sit emphyteusis, vel feudum antiquum, quia non poterit eo casu possessor filijs nec agnatis præjudicare, secundum eundem *Iul. quæst. 42.* post *Curti. Iuni.* (qui testatur communem) in *tract. de feud. 4. p. ulti. particula. in 1. reg. col. 3. vers. stat ergo ex prædictis.* * *num. 132. vers. tertiam concordiam, & nu. 144. q. 8. sequitur Augusti. Bero. quæst. 45. nu. 3. Gosad. cons. 75.* * *& in consil. 46. nu. 4. & 17. & in cons. 53. nu. 18.* refert sequitur, plures alios hanc differentiam constituentes, inter novum, & antiquum feudum *Tiraq. in primo retract. §. 31. glos. universa n. 2. pag 519.* ubi dicit, quod etiam suis hæredibus in feudo antiquo non potest præjudicare * & eandem distinctionem probare videtur *Baldus in tit. de invest. de re alie. facta Albert. Bru. consil. feuda. 105. in princ. Dec. cons. 208. numer. 11. & consil. 269. numer. 6. Carol. Ruy. cons. 42. nu. 11. lib. 1. Affict. post* G. & omnes *in cap. 1. §.* hoc quoque de alien *ubi nu. 24.* dicit omnes

nes ita communiter tenete: sequitur etiam *Anton. Rube. in leg. Gallus §. quidam recte num.* 188. *ff. de lib. & posth. Curs. Iun. cons.* 103. *numer.* 12. *lib.* 2. *& Alex. in alleg. cons.* 106. *numer.* 8. *vers. Sed ista dis. putatio*, ait quod in casu in quo is qui alien. feudum, vel emphyteusim non est author acquisitionis ipsius quod non possit in præjudicium filiorum alienare, non est aliquis qui contrarium teneat dicens hoc esse quod voluit *Bald. in l.* 1. *ad finem. Codic. per quas personas nobis acqui.* & eandem opinionem in primo acquisitore ut expeditam & non dubiam tradit *Cornel. consil.* 99. *num.* 68. *lib.* 2.

Sed quantum ego colligere possum ex salebrosis, & varijs in hac re doctorum commentarijs, illa prior opinio receprior est ut indistincte in feudis, & emphyteusi concessis ex pacto, & providentia, nequeat pater filijs præjudicare, & ita *Alexan. cons.* 106. *numer.* 8. * ubi dicit quod ista videtur magis communis licet aliqui varient, *& cons.* 107. *numer.* 1. *lib.* 4. scriptum reliquit indistincte magis communem opinionem esse, in domino emphyteusi accepta pro se, & liberis (quæ dicitur de providentia) nõ posse patrem quicquam disponere in præjudicium filiorum, & idem quoq; ait latissima addit. *Moler. Paris. ad consilium. Alex.* 8. *col.* 3. *lib.* 3. communem etiam esse profitetur. *Steph. Bertran. cons.* 138. *ex themate, col.* 5. *vol.* 2. contra aliquos ibi relatos *num.* 5. *Gart. cons.* 22. *num.* 9. *lib.* 1. *& cons.* 132. *nu.* 4. *eodem. vol. Deci. cons.* 239. *col.* 4. *num.* 6. *Cass.* 1. *cons.* 53. *nu.* 39. *Barb. consil.* 18. *col.* 8. *lib.* 2. *Ryminal. cons.* 247. *num.* 39. & *cons.* 437. *num.* 2. *lib.* 3. *Anton. Rube. Gallus. §. quidam recte num.* 186. *cum seq. &* ibi *Galeau. nu.* 36. *de lib. & post.* * *Afflict. in tit. de succe. feud. pater. num.* 12. *fol.* 240. latissima addit. *Alci. reg.* 1. *præsumpt.* 31. *pag.* 91. ubi loquitur in emphyteusi ecclesiæ, ultra plures alios quos citat Covar. (loquendo in prælegato emphyteusis) *lib.* 2. *resol. cap.* 16. *num.* 2. communem etiam dicit *Ruy. cons.* 38. *nu.* 11. *lib.* 1. ubi dicit quod non potest fieri alteratio investituræ sive novæ, sive antiquæ, in præjudiciũ nõ cõsentientis, *& quod est tutius tenenda hæc opinio quando pater non fuit author acquisitionis, & idem *Ruy. consil.* 213. *num.* 4. * ubi dicit magis communem loquendo in emphyteusi. *eod lib.* 1. *Iason.* late, testatus communem, *cons.* 213. *num.* 4. *vol.* 2. & idipsum quod supra, infinitos citando, respõdit Laurentius *Sylvan.* 15. *n.* 40. * cum alijs multis quos refert. *Pinel. d.* 3. *part. numer.* 97. ubi fatetur quod hæc est receptior opinio tradit quoque *Cornel. cons.* 68. *num.* 7. *lib.* 3. quod pater non potest renuntiare emphyteusim in fraudem filij in manibus domini facit quod de renunciante primogenitu, & tradit *Tiraquel. de primog. q.* 29. proinde in emphyteusi concessa secundum consuetudinem Regni, pro se, & uxore, & filijs ex utroque non poterit pater, aut mater filio præjudicare: quia est de pacto, & providentia sed, & eandem opinionem in feudis (nemine citato) multis argumentis confirmat *Fran. Sonsbec. de feud.* 13. *part. pag.* 161. *numer.* 111. irridendo differentiam communem feudi antiqui, & novi, & si qua mei habenda esset ratio, ego quoque in eandem sententiam eo, quam puto esse receptiorem: durum enim mihi videtur, ut quæsita filio utilis actio ex stipulatione patris, pro se, & filijs (juxta *text. l. quodcumque. §. non solum ff. de verb. Bart. & omnes in l. quod dicitur. ff. de verbo. oblig. Cornel. cons.* 22. *num.* 15. *lib.* 3. *Deci. cons.* 468. *numer.* 28. ubi loquitur de donatione facta alicui; & ejus primogenito, & successoribus] possit à filio, sine ullo suo facto, & culpa auferri, contra reg. *id quod nostrum, & l. fi. ff. pact.* sive cum assensu concedentis, sive à patre suo: nam utrobique jus quæsitum auferetur, quod nec ab altero, nec ab utroque, secundum juris regulas, potest auferri, ut etiam late tradit. *Tiraq.* 1. *retract. §.* 32. *glos. unica num.* 39. *&* 42. * suffragatur tex. in *cap.* 1. *de succes. feud.* quem ad emphyteusim extendit *Bart. in l. juris jurandi §. si liberis ff. de ope. liber.* & notat *Alexand. d. cons.* 106. *num.* 8. *lib.* 4. Accedit quod jus quæsitum filij ex nova emphyteusi est proprium ipsius filij, & ex propria persona venit, quemadmodum voluit *Bal. d. leg. qui se patris Codic. unde liber.* quatenus ait, patrem

redun-

renuntiando feudum videri jus suum duntaxat renuntiare, non jus filiorum, ut expendit *Areti. d. §. si quis alicui col. final.* tradit *Dect. d. cons.* unde non debet ei posse præjudicium auferri. Accedit item quod scribit *Angel. & ibi Baldus in d. §. si quis alicui*, in persona uniuscujusque novam emphyteusim esse, & in donationibus scribit *Covar. l. 1. resol. cap. 14. numer. 8. vers. quinto Barthol.* Cavendum est igitur ab *Alexand. in d. §. siquis alicui.* cum scripsit, in emphyteusi magis communem opinionem inclinare, quod pater possit præjudicare filio: id enim falsum est, imo magis communis opinio inclinat, & tenet contrarium. Cavendum etiam ab eodem *Alexan. d. cons. 124. num. 5. lib. 5.* ubi asseveravit magis communiter teneri, quod in emphyteusi, pro se, & filijs, pater possit filijs præjudicare. Cavendum item á *Ludo. Gozadi. cons. 25. num. 18.* qui eum refert, & sequitur, & à *Corneo. cons. 91. vol. 3.* * cavendum quoque à *Bal. in l. 1. in fin. C. per quas per so.* ubi videtur distinguere an sint filij in potestate, & simpliciter possit præjudicare; an sint emancipati, & non possit, quod ipsum sensit *in auth. si quas ruynas col. pen. vers. juxta* hoc quæro text. quatenus loquitur de filijs tantum in potestate, & allegat *l. 2. C. de inoff. don.* sequitur *Corneus cons. 68. numer. 10. lib. 3.* Cavendum etiam puto ab eodem *Baldo in auth. si quas ruynas, ad fin. C. de sacro. eccle.* ubi ait quod in acceptione pro se, & filijs filius habebit emphyteusim ex donatione paterna, quod non existimo verum quia imo ex concessione domini juxta doctri. *Bart. in l. mortis causa cap. ff. de dona. ca. mor. & in l. si mihi. & Titio. ff. de verb. & Baldum* carpit *Aret. cons. 53. col. 2. Carol. Ruy. cons. 46. num. 5. lib. 1.* Cavendum quoque *à Iulio Claro* verbo, *emphyteusis, q. 16.* qui (multis erronee citatis) hanc quoque partem amplectitur, & à *Pinelo*, & ijs quos paulo ante memoravimus, qui in feudo, & emphyteusi nova præjudicium posse fieri contendebant, inquientes filijsfamilias eo casu jus acquiri demum post mortem patris, & ante mortem posse ab illis auferri; quod incivile videtur, cum, & jus conditione statim quæratur, & habeat vires ex tempore præsenti, ut est text. *in l. si usufructus XXVj. ff. de stip. ser.* * *l. necessario §. si ita res ff. de peri. & co. rei vend. l. creditores ff. de verb. sig. Tiraq. 1. retra. §. 1. glos. 2. num. 26.* adeo quod etiam pendente conditione est transmissibile, *§. ex conditionali. inst. de verb.* * & revocari non potest ut per *G. d. §. si ita res, & in l. 1. C. eo titu.* & nec per principem tolli potest, ut per *Areti. cons. 164. Magnifi. c. fi. Gomezi. in reg. de non tol. len.* jure quæs. *q. 4. vers. sed istis non obstantibus*, & quanvis sint filijsfamilias, illud jus nõ reacquititur patri; quia filijs ita quæritur, ne reacquiratur statim patri, quia acquisitio effectuata post mortem confertur, ad quod doctores non advertentes, hac in re cõcutiunt, * distinguentes inter filios emancipatos, & in potestate, & in emphyteusi ecclesiastica (quæ pro filijs, ut filijs, non ut hæredibus, à patre quæritur, secundum commune *in d. l. quod dicitur*) hæc opinio absque dubio procedit, in sæculari vero, quia acquiritur filijs, ut hæredibus, secundum *Bart. & alios ibi*, * *Alexan. num. 9. Ias. numer. 27. Bart. l. si tibi §. si pactus. ff. de pactis.* dubitabilior erit, cum eam adipisci non possint nisi sint hæredes, porro si hæredes sint, plane patris sui facto stare tenentur, ut superiori casu diximus. Et ideo posset (non incolorate) teneri opinio, in quam *Alexan. d. §. siquis alicui* magis communem inclinare dixit, quod indistincte in emphyteusi, sive hæreditaria, sive non hæreditaria, sive antiqua, sive nova, possit pater per alienationem cum consensu domini factam, filijs præjudicare, item ex eo quod *l. fi.* cum de alienatione emphyteusis agit, nihil aliud postulat, quam domini consensum quo adhibito alienationem permittit indistincte, solutis laudemijs, quibus dominus fraudaretur si bona emphyteutica ita intelligerentur vinculata, ut nequirent, etiam cum consensu domini, alienari propter filiorum præjudicium, nec distingo inter emphyteusim sæcularem, vel ecclesiasticam, cum, & in ecclesiastica idipsum disponatur indistincte in *c. potuit de loc.* nulla habita ratione filiorum, nec credendum est jura emphyteutiça, etiam ecclesiastica

filio-

filiorum non habitura rationem, si illorum præjudicium esset considerabile, * & secundum hanc opinionem vidi aliquando judicatum à quodam doctissimo Senatore qui agebat perperam exortas esse tantas moles altercationum super ista quæstione, & quod contrarium tenentes erant temeratores constitutionum *leg. final. & c. potuit*; sed quamvis hæc sit colorata opinio; *illud tamen quod* in hac quæstione crebius judicatum est, quod si pater est primus author acquisitionis emphyteusis acceptæ pro se, & filijs vel pro se uxore, & filio potest cum consensu domini emphyteusim alienare, & filio præjudicare ex sententia Iserniæ *in cap. 1. per illum tex. de alie. feud. pat.* & alijs quos supra retulimus in *vers. alij tamen interpretes*, & moventur ex doctri. *Bart. in alleg. §. Flavius*, & jutibus atque argumentis quibus ipse nititur. Solus autem patet sine domino non poterit filijs præjudicare, puta prælegando uni ex filijs totam emphyteusim, & ita procedat doctrina *Bart. in l. juris jurandi. §. si liberi numer. 6. in 2. dubio. ff. de ope. libr.* quam post longam disputationem sequitur *Iaſ. l. 2. ex nu. 211. C. de jur. emphyt. & in consil. 213. n. 4. l. 2.* & plures alij quos citat *D. Covarr. lib. 2. resol. cap. 18. n. 2.* multi ex adductis, supra *in vers. sed quantum ego.* Si vero sit emphyteusis antiqua, & sic patet non sit author acquisitionis, tunc sine dubio non poterit filio præjudicare quo in casu dixit *Alexan. in d. cons. 106. numer. 8. libr. 4.* neminem contradicere, & scribis *infra hoc c. numer. 9.* mihi tamen quæ superius scripsi magis juri consona videntur quod attinet ad primum membrum.

Tertius casus est, si emphyteusis foret acquisita ex re, vel pecunia patris: & sic quando ad consequendam investituram pater posuit aliquid de sua videtur enim tunc filius habere feudum, vel emphyteusim, ex tacita tamen donatione patris, secundum *Bald.* (qui ita opinione declarat) in *l. 1. in fin. numer. 17. C. per quas per. no. acq.* * idem sensit *Bald. l. si constante lec. 2. in fi. C. de dona. ante nup.* & consequenter poterit pater cum domini consensu filijs præjudicare, & hoc casu, quando ex re patris quæsita est emphyteusis, apposite magis concinit traditio *Bart. in d. §. Flavius*, qui loquitur quando jus quæritur tertio ex beneficio nostro: unde non est mirum si ex facto nostro, & voluntate concedentis, facilius permittatur revocatio (ut crebior cum *Bartholo* ibi resolvit opinio, licet aliquibus retinentibus ut copiose, ac docte tradit *Covarr. lib. 1. resol. cap. 14. & D. à Costa. in tract. de suo. Reg. pag. 62.*) quam conveniant in illa specie, quando patet in emphyteusis acquisitione nihil de suo posuit, sed totum concedenti debetur, & ideo hunc casum, quando emphyteusis quæsita est patris pecunia, ut possit filio præjudicare, sequutus est *Areti. d. §. si quis alicui. col. pen. in fin. vers. secunda conclusio. Alex. d. cons. 106. & 107. Bened. Capra inter consilia Cornei, cons. 51.* videtur primo, *col. 2. vers. sed his non obstan. libr. 3. ipse Corne. cons. 37. col. 4. libr. 3. litera L.* & alij quos probat *Gozadi. cons. 75. numer. 14. Pinel. etiam pag. 571. Ruynunt. consil. 42. numer. 11. lib. 1. & cons. 48. num. 5. eod. lib.* & satis voluit *Areti. cons. 53. col. 2.* * *Aymon cons. 135. num. 8. lib. 1. Ang. de testa. glos. 87. num. 3. Ioan. Crotus in l. qui Romæ. §. duo fratres n. 143. ff. de verb. Andreas ab Exea. in lib. pactor. n. 231.* & ita judicavit nostet Senatus, & suffragatur huic sententiæ quia cum emphyteusis pertineat ad filium mediante pecunia patris sine alia industria filij profectitia est *l. omnimodo. §. imputari*, & ibi *Bart. num. 6. C. de inoff. test. Oldra. cons. 149. numer. 3.* in profectitijs autem certũ est quod pater potest filijs præjudicare *l. filia cujus C. famiher. Bal. auth. si quas ruinas num. 6. C. de sacr. not. in l. 2. C. de inoff. dona.* & ita tenendum in hac specie quidquid contra scriba *Corneus consil. 68. num. 7. & nu. x. lib. 3.* Et tutius procedit iste casus, si filius tempore mortis patris in potestate reperitur, nam tunc illa tacita donatio patris, quæ expectat confirmationem ex tempore mortis ipsius patris; *l. donationes quas parentes, C. de don. int. vir.* & per alienationem videtur revocata, & valet revocatio, si autem sit sui juris saltem tempore mortis, majus dubium habet, veruntamen adhuc

hunc tenendum est quod supra dixi,& idem si fit. consuetudo quod pater possit præjudicare secundum *Gozad. ubi supra numer. 15. allegando Bart. cons. 60. quæstio ista.*

8 Quartus casus est, quando concessio feudi, vel emphyteusis, facta esset filio contemplatione patris, & id [illegible]imis modis constaret: nam eum quicquid filio contemplatione patris datur profectitium sit *l. fin. cum ibi notat C. de usufr. l. sed plures in arrogato ff. de vulga.* merito in ea poterit pater filio præjudicare, ut ex facto suo quæsita, quo indubitanter tenendum esse credidit *Areti. d. §. si quis alicui. col. fin. in fi. & Ruy. cons. 42. numer. 11. libr. 1. adde Ancha. consil. 132.*

9 Quintus est casus, quando feudum, vel emphyteusis fuerit avita, vel antiqua: tunc enim, qua pater non fuit author acquisitionis, indubitatissimum est non posse filio præjudicare secundum *Iason. d. l. 2. q. ult. vers. tertio limita.* & in hoc casu communem esse opinionem testatur *Alexand. cons. 27. lib. 1. Hyero. Grat.* (ubi dicit, quod nec quoad commoditatem fructuum possit præjudicare)*in cons. 20.* in causa illustrium *numer. 9.* voluit *Iuli. Clar. verbo, feudum, q. 22. & q. 41. post Curt. Iun.* (qui etiam profitetur hoc casu communem ita se habere opinionem) *de feud. 4. part. ult. particu. reg. 1. columna. 3. vers. stat. ergo ex præditis.* tenet quoque *Carol. Rui. con. 45. ex numer. 17. lib. 1.* & omnes illi qui differentiam emphyteusis antiquæ,& novæ sequuntur. * quorum mentionem feci. *num. 6. in vers. alij tamen interpretes,* idem *Caro. Ruy. cons. 213. nu. 5. l. 1. Ripa. responso. 1. nu. 48.* latissime *Iason. cons. 56. col. 3. vers. secundo principaliter lib. 3.* & non reperiri in hoc casu contradicentem ait *Alex. sæpius allegatus d. cons 106. nu. 8. lib. 4.* & latissime *Baldus loquendo in feudo antiquo cons. 215. col. 1. & 2. lib. 2.* ubi ampliat etiã si filius sit hæres patris qui alienavit in ejus præjudicium,& tripliciter respondet ad *reg. l. cum á matre C. de rei vendica.*

10 Sextus casus est, si concedens feudum vel emphyteusim, æque moveretur ad concessionem ex meritis filiorum sicuti parentum: tunc enim non posset pater illis præjudicare, ut voluit *Iser. cap. 1. ad fin. de succe. feu. Afflict. col. 1. nu. 20. de alien. feud. pater. Pynel. ub supra pag. 571. Iuli. Clar.* verbo, *emphyteusis, q. 16. pag. 223.* & idem si filij essẽt præsentes, & æqualiter acceptarent tempore concessionis, secundum eundem *Pynel. * d. pag. 571. vers. inde sequitur* sequendo limitationes quas doctores ponunt ad doctrinam *Bart. d. §. Flavius* * quas tradit, & discutit. *D. Covar. lib. 1. c. 14. resolu.* & ita me advocante fuit judicatum, & ita in omnibus casibus in quibus doctrina *Bart. in d. §. Flavius non* procedit in illis omnibus est indubitatum quod pater non potest filio in emphyteusi præjudicare.

Septimus casus est, si in emphyteusi sit 11
nominatus aliquis filius vel filij proprio nomine, & emphyteusis pro eo, vel illis stipulata: tunc enim non poterit illis præjudicare, ut agnoscit *Iuli. Clar. d.* loco neminem citando, & idem in verbo, *feudum d. q. 41.* ibi, *nisi fuisset expresse acceptum contemplatione alicujus filij specialiter, & proprio nomine in ipsa investitura nominati.* Et inde est quod licet delictum vassalli regulariter descẽdentibus suis noceat, & aliquando agnatis, attamen,si delinquẽtis vassalli descendentes, aut agnati nomine proprio, non ex vassalli delinquentis persona, venirent, delictum ipsius filij non noceret, ex sententia *Bart. l. 3. ff. de inter. & releg. Bald. l. lege xij. tabularum. C. de legi. her. Guill. Haneto. libr. 3. feudor. cap. 17. pag.* 392. exempla aliquot bona adjiciens, ut si dicatur vobis omnibus æque principaliter, vel attentis vestrum singulorum meritis, & *c. Bald. cap. unico. si Vass. feud. priv.* probat quoque *Sonsb. de feud. 12. part. nu. 6. vers. fallit tertio,* quem omnino legito.

Octavus casus est, quando pater qui fi- 12
lio præjudicavit in emphyteusi, eidem tantumdem reliquerit in recompensam de bonis proprij: tunc enim non revocabitur alienatio, vel refutatio aut prælegatum uni ex filijs de emphyteusi factam, ut per *Ang. cons. 195. alias 192. Iason. l. 2. Codic. ifto ti. char. Gozadi. cons. 25. num. 20. * Andre Exea. de pactis num. 230. Ripa l. ex facto nu. 8. ff. ad Treb. Ioann. Crot. in l. qui*

Roma

Romæ §. *duo fratres* ubi ponit quinque casus in hac materia *ff. de verbo* pro quibus stat fing. decisio. *text. in leg. num. ex familia. §. sed si fundum ff. de leg. 2. & l. 1. & l. assignare ff. de assig. lib. juncta. l. si cũ dotem §. si pater. ff. solu. matr. Barth. l. liber*, quod tamen ipse intelligerem, si modo filius relictum sibi in recompensam acceptaverit: nam alioquin, non tenebit præjudicium, per text. quem ego cito, & ibi *Paul. l. unum ex familia. §. sed si fundum ff. de legat. ij.* * novus casus est quando emphyteusis fuerit concessa pro se, & filio aut filijs, nominandis cum clausula quod non possit alienari, sine licentia domini, videtur enim per hoc tacite data potestas alienandi cum consensu domini,& jus quæsitum filio sub tacita conditione si emphyteusis illa per partem non fuerit alienata per ea quæ in similibus terminis consuluit *Ruy. consil. 213. numer. 6. libr. 1. & in cons. 165. num. 11. lib. 1.* & idem colligitur ex responso. *Ancha. 126. visis. num. 13. Crot. in alleg. §. duo fratres. nu. 143.*

Non omitto, antequam hinc descendam,
13 *Pinellum* nostrum in loco sæpius citato, *numer. 98. vers. ex ijsdem maturæ pensatis*, scripsisse magnam esse differentiam inter istam quæstionem, de præjudicio alienationes factæ per patrem,vel renuntiationem (quia in ijs etiam concurrit dominus feudi, vel emphyteusis) & aliam quæstionem de prælegato emphyteusis facto uni ex filijs, in quo sola patris voluntas concurrit: quam considerationem à nemine habitam gloriatur; sed non legit *Ludovic. Bologni. in addit. Ioan. Anani. cons. 37. in princ.* istud discrimen constituisse, cum ait, differre an inter vivos, an vero in ultima voluntate præjudicium irrogetur? Sed non est verum: quia utroque eadem ratio militat, consensus enim domini considerari non debet ad præjudicium filijs irrogandum post jus eis quæsitum, secundum notissimas juris regulas, quæ isto casu nulla ratio fallere debent.

Posset hic etiã annecti illa percelebris, & affinis quæst. an filius hæres patris possit revocare bona mayoratus à patre alienata? Sed ne terminos nostræ materiæ progrediar, legito eundem *Pinel. d. l. 1. 3. part. ex nu. 99. & Peral. latissime, in Rub. de hæred. instit. ex numer. 94. usque ad 119.* Aliud vero multa in materia nostra quæst. tradit latissime *Andr. ab Exea. in libr. pactorum ex nu. 11.* quem omnino vide.

SUMMARIA.

1 *Repræsentationis, an habeat locũ in feud. & nu. 3. an succedatur in stirpes, vel capit. & in quibus feu. n. 4.*
2 *Repræsentationis jus an habeat locum in successione Regni.*
3 *Repræsentationis jus an habeat locum in emphyteusi.*
4 *Lex ex Regia l. 4. tit. 62. §. in nov. tit. 36. §. 2. & finando-se cõfirmata, & declarata.*
5 *Repræsentationi an sit locus in successione feudali, ut sic nepos patruo præferatur.*
6 *Bart. in Auth. post frens. ij. C. de legit hære. in quibus perperam doceat.*
7 *Feuda succedi jure hæreditario, quomodo accipiendum est.*
8 *Repræsentationis jus an habeat locum in jure patronatus ecclesiastico, & quid in jure patronatus libertorum num. 11.*
9 *Repræsentationis jus an habeat locum in successione regni, ut sic nepos ex filio, præferuntur patruo.*
10 *Repræsentationis jus an habeat locũ in successione bonorũ Coronæ Regiæ, & nu. 26. & lex Mẽtalis in hoc articulo multis in locis expẽsa. li. 2. tit. 17. §. 1. §. 2. §. 3. & §. 18. ex n. 17. in nov. ti. 35. usque ad n. 20.*
11 *Repræsentationis jus an habeat locum in emphyteusi cõcessa cum pacto, ut nõ transeat nisi in primogenitũ, & qualiter accipiatur verbum primogenitus.*
12 *Nepos quando censeatur jure filij.*
13 *Nepotis, & patrui quæstio nõ habet dubiũ, quãdo vocatur primogenitus tempore mortis.*
14 *Reges in donationibus cõcedẽtis mẽs, & affectio magis attendenda, quã accipiẽtes*
15 *Bona Regiæ Coronæ, an deferantur jure hæreditario, & num. 25.*
16 *Donatio simplex bonorum Coronæ, quãto tempore duret.*
17 *Lex mẽtalis. §. 15. in nov. tit. 35. §. 18. declarata, & l. cũ accutissimi, C. de fideic.*

an

cedat ex fictione, vel præsumptione.

27 *Lex mentalis*, §. 17. *in nov. d. tit.* 35. §. 20. *declarata, & an donatio bonorū Coronæ quæratur primogenito revocabiliter.*

28 *Representationis jus, an habeat locū in maioratu bonorū patrimonialiū, & n.* 40.

29 *Maioratus Hisp. an sint fides comissa.*

30 *Repræsentationis jus in quibus casibus locum habeat, & usque ad quem gradum, & quod repræsentatio sit ex privilegio juris, & fictione num.* 6.

31 *Gios. l. cū ita* §. *in fideicomiss. verb. proximo, ff. de leg.* 2. *latissi. disputatur, & qui eā sequūtur n.* 32. *qui vero cōtra tenēt, n.* 33. *& distinctio, quæ dicitur cōmunis nu.* 35.

32 *proximior. gravato, primiori primo instituti tutori sit ne præferendus in fideicomissis maioratuum.*

33 *Proximiore vocato, an admittatur repræsentatio.*

34 *Repræsētationi, an sit locus in successione cū clausula, salva gradus prærogativa, & quid si per verba certū gradū designāria n.* 38. *& quid si per illa verba, filijs aut nepotibus. n.* 39. *quid si referat ad tempus mortis num.* 40

35 *Repræsentationis jus an habeat locum in successione fideicomissi universalis.*

36 *Repræsentatio, an obtineat in successione delata à consuetudine, vel statuto.*

37 *Repræsentationis jus, an locū habent in maioratu constituto per contractum inter vivos.*

38 *L. quoties. C. de dona, quæ submod. declarata circa transmissionem actionis.*

¶ Quæstio L. An in feudis, & emphyteusi habeat locum jus repræsentationis. Et patrui, ac nepotis celebris quæstio resoluta.

RIt Eceptum est in feudis habere locum jus repræsentationis, *c.* 1. §. *his vero deficientibus, in tit. de grad. suc. in feud. Alvarot. in cap.* 1. *de nat. suc. feud. Ioan. Fab. in* §. *cum filius instit. de her. que ab in test. def.* probat *D. Cov.* (ubi plures citat) *in q. pract.* 38. *numer.* 13. sed multos plures *And. Tiraq. de primog. q.* 40. *nu.* 20. quod sane intellige in suc. descendentium: nepos enim succedit in gradu patris, & eum, repræsentat, tam si sit solus quam ad concurrendum cum patruo filio vassalli defuncti, ut probat ut ex generalitate *text c.* 1 *circa prin. de suc. feud.* dum vocat ad feudum filios, & nepotes, in locū patris sui, ubi, *succedūt filij æqualiter, vel nepotes ex filio, loco sui patris,* per quē ibi satis hoc voluit *Baldus* probat etiā *glo.* celebris, *in cap.* 1. *de natu. succes. feud.* expendens *text. in cap.* 1. *de succ. fra. & gradib. succ. in feu.* quatenus etiam in successione feudali primam causam liberorum esse ait, porrò liberorum nomen, etiam nepotis cōprehendit, & illam *glo.* esse verissimā, & probati lege, & ratione, inquit *Areti, cōsil.* 64. diligēter, & mature, *colu.* 1 *n.* 1. cujus argumēta transcribit *Curs. Iuni. de feu.* 3. *part. n.* 12. *quæstio* 9. *princ.* sed est *text.* apertus in *dict. cap. de succ. fratrū,* ibi, *his vero deficientibus, vocātur primo fratres, cum fratrum præmortuorum filijs.* tradit quoq; *Iaf. legis potest, numer.* 38. *ff. de acqui. hæred.* illud autem absque dubio est, quod eo casu nepotes succedunt cum patruo in stirpes, non autem *in capita, juxta Auth. post fratres.* ij. *Cod. de legi. hæred. secundum Alvatot, ubi supra, colum. nu.* 4. *& Curs. loco præcitato, Guill. de feud. pag.* 180.

In successione autem Regnorum etiā dari jus repræsentationis (ut nepos ex primogenito, tanquā patrem repræsentans, excludat patruū) verissimum est: ut omnium accuratissime resolvit subtilissimus præceptor noster *Emmanuel à Costa in lib. de succes. Regni Portugaliæ,* ex *pag.* 135. quia (secundū ipsum) Regnorū successio jure hæreditario defertur ex *Oldradi sententia, cons.* 94. qui loquitur de Regno Aragoniæ, & Maiorica rum &interprete, *in cap. licet, de voto* qui loquūtur de Regno Ungariæ. Porró in successione hæreditaria planum est, nepotem in sui patris locum subrogari, §. *cum filius inst. de her. quæ ab inst. de.* 2

Rursus intellige, quod etiam in successione transversalium, filij fratris præmortui repræsentant patrem suum, & succedunt in simul cum patruo, *seu Thio,* in feudo fratris, qui sine liberis decessit probat *Areti late dict. cons.* 64. *col.* 1. *versic. ad primum,* & succedunt quidem in stirpes, 3

ex §. 3. *in Auth. de hær. ab inteſt. ven. Sonsbec. de feud. 9. part. numer. 98. Guyl. de feud. pag. 169. Card. Clem. 2. de jure patro. Alexan. conſ. 29. lib. 5.* licet quando ſoli ſunt fratrum filij ſuccedant in capita, ex ſententia *Azon. in Summa. Codic. de legit. hær.* quem crebiori *Moder.* ſententia recepit, etiam in feudis, & late defendit *Zazi. in ſing. intellect. & in conſ. 4. & in Epitome feudorum 8. p. Guyl. de feud. lib. 2. c. 6.* Cæterum *Sonsbec. ubi ſup. ex num. 100.* omnium latiſſime in ſtripes, etiam hoc caſu, ſuccedere verius eſſe contendit, cum Accurſianis quibus ego magis accedo per *text.* (cui non congrue reſpondetur *in d. Auth. poſt fratres*, ij, qui nullam probabilem differentiæ rationem invenio, cur alio jure filij fratrum inter ſe, alio quando cum patruo ſuccedunt, cenſeantur: ſi utique utroque caſu patrem ſuum præmortuum omnes repræſentat. Eſt igitur (ut uno verbo concludamus) jus repræſentationis in lineæ rectæ deſcendentibus in infinitum uſque, etiam in feudis ſicuti in allodialibus, §. *fin. inſti. de hæred. quæ ab inteſt. d. feu. Auth. in ſucceſsione Codic. de ſuis, & legit. hære. Paul. dict. Auth poſt. fratres*, ij. *Guyll. ubi ſup. pag. 176. & 180. Covar. dict. quæſti. pract. 38. fol. 271.* in collateralibus, vero, uſque ad filios fratrum incluſive, *dict. Auth. poſt fratres*, ſive inter-ſe ſuccedentes, ſive cum patruis, ſecundum *Acurſ.* & ſequaces, poſt fratrum autem filios, non repræſentat filius perſonam patris, nec infeudis, nec in alijs bonis, ut receptum eſſe ſcribit *Covar. dict. quæſt. trigeſima octava, f. 269. culum. tertia ad fin. parvæ impreſſ. Paulus, ubi ſupra, & alij.*

Tertio intellige (cum dicimus in feu-
4 do eſſe locum juri repræſentationis) procedere in feudo hæreditatio, quod ſcilicet non poſſit obtineri niſi ab eo, qui ſit hæres, nam cum jus repræſentationis competat ex privilegio (privilegium etenim appelat *Juſtinianus in Auth. de hær. ab inteſt. veni. §. fin. autem defuncti, coll. 9.* quem ad hoc dicit ſing. *Guyll. cap. Raynutius verbo uxorem, num. 616. & poſt. eum Tiraq. 1. retract. §. 10. gloſ. 9. numer. 4.*) inconvenit, ut illi competat qui defectum uti hæres non repræſentaverit, quaſi eadem perſona fuerit, ut dicitur *Auth. de jure juran. à morte præſt. in princ. colu. 5.* proinde ſi non ſit feudum in quo qualitas hæredis exigatur, ſed conceſſum ex pacto, & providentia, puta, pro ſe, & liberis, vel filijs (quia ſolo beneficio concedentis, & ex pacto, & providentia filiorum, non jure hæreditario defertur) non habebit in eo locum jus repræſentationis, ex ſententia *Barthol. in dict. Auth. poſt fratres. ij Cod. de legi. hære Bald. leg. ex hoc jure quæſtio 6. ff. de juſ. & jur. Cuman. in leg. cum ita §. in fideicomiſſo. ff. leg. ij. Alexand. conſil. 204. column. 2. lib. ſecund. Anton. Rube. conſil. octogeſimo ſecundo numer. quarto, & iterum conſil. octogeſ. quinto Curſ. de feud. 2. part. column. penult.* & quid eos ſequitur *Covarr. ubi ſupra.* Verum ij patres mihi decepti videntur: quia feuda, licet quandoque hæreditaria non ſint, attamen admodum hæreditariarum, & legitimarum ſucceſſionum deferuntur *capit. 1. §. his vero ibi, Vocantur primo fratres cum fratrum præmortuorum filiorum filijs de ſucceſſ. frat. & grad. ſucceſſ.* proinde licet feudum non ſit hæreditarium, nihilominus dabitur repræſentatio: quem admodum ſi jure hæreditario ſuccederetur.

Quid autem ſi ſimpliciter feudum concedatur, nec hæredum, nec filiorum facta mentione: & tunc etiam eſſe locum repræſentationi probabilius eſt, ſecundum *Covarru. dict. quæſtion. pract. 38. numer. decimo tertio verſic. & tamen*: quoniam ſecundum frequentiores, etiam in caſu dubio feudum intelligitur hæreditarium, & pro ſucceſſoribus, & hæredibus datum, ut per ſcribentes communiter *capit. 2. an agna. vel fili, capit. de gradib. Juceſſ. cap. filius de capitaneo Alexand. conſil. 19. lib. 5. Gozad. conſil. 4. numer. 2.* & alij per *Tiraquel. de primogen. quæſt. 35. num. 11.*

In emphyteuſi autem, an habeat lo-5
cum jus repræſentationis, dubia eſt apud interpretes reſolutio quibuſdam negantibus, alijs vero affirmantibus. Verum illa diſtinctio alijs receptis traditionibus magis

accedit

accedit, ut si emphyteusis sit hæreditaria & sic accepta pro filijs tanquam hæredibus, in ea repræsentationi locus sit, si vero filijs, ut fillijs non tanquam hæredibus, non sit locus repræsentationi: pro inde si emphyteusi sit privata, & sæcularis, haud dubie locus sit repræsentationi in casibus jure declaratis, quorum in feudo mentionem fecimus: quia hujusmodi emphyteusis sæcularis hæreditaria censetur, ut cætera bona testatorum, & in juditium familiæ hærciscundæ venit l. *item prædia, ff. famil. hærc. l. hæredes Cod. de omagr. defer. ac potest legari*, l. *apud Iulianum §. hæres, ff. leg.* 1. *l. si domus, §. fin. eod. tit.* l *cum possessor. in princ. ff. de censib. l. in conventionalibus, ff. de verb. oblig.* & in dubio pro hæredibus vester accepta, secundum *Bart. & cõe in l. quod dicitur, ff. de verb. Laucelo. Galea. in l. Gallus, §. quidam. recte, numer.* 31. *ff. de lib. & posth. Anton. Rub. num.* 149 unde nimirum in ejus successione sit locus repræsentationi. Sin vero sit emphyteusis ecclesiastica (quia talis non succeditur jure hæreditario, sed sanguinis ut per eundem *Bart. d. l. quod dicitur., & ibi omnes frequentissime, secundũ Ias. nu* 29. probat *Galleau. ubi sup. nu.* 33.) tunc repræsentatio locum non habeat quæ distinctio placuit *D. Covar. d. l. loco fol.* 273. *col.* 1. ex sententia *Alex. cons.* 129. *c. fi. lib.* 5. & præter eum *Benedi. cons.* 5. qui superiorem distinctionẽ fecerunt, & *Ant. Rub. in §. quidam recte, d. l. Gallus nu.* 135. *cum seq. Emmanu. à Costa ubi sup de succ. Regn. pag.* 36. licet cõtrariũ late *Car. Ruy. cons.* 25. *lib.* 1. *& cons.* 162. *eod. lib. & cons.* 127. *col.* 3. *lib.* 3. *Cu. In. l.* 2. *n.* 14. *C. de succ. edic.* unde in quæstione patrui, & nepotis, proposita in emphyteusi, quæ primogenito tãtũ cõpetere debet, plane dicendum est, si fuerit sæcularis, & sit hæreditaria, nepotem propter repræsentationẽ patruo præferendũ, vel simul cũ patruo admittendũ, si nõ sit emphyteusis primogenituræ, sed accepta pro se, filijs, & nepotibus, ut respondit *Cor. cons.* 24. *li.* 2. *c. ult.* cui alij plures consulẽtes consenserũt, ut ipse ait, & refert *Tiraq. de primog. q.* 40. *nu.* 21. sentiunt *Angel. & Alex. in d. l. Gallus. §. quidam recte, & idem Alex. in d. l. cons.* 129. Quod si sit emphysis ecclesiastica (quia cessat repræsentatio, & proximiori defertur) excludetur nepos à patruo, & in hoc capite, & hac etiam ratione defendetur opinio multorum qui istam partem probarunt, quos retulit idem *Tiraq.* latissime *d. q.* 40. *numer.* 189. licet etiam, quando emphyteusis est ecclesiastica, dari repræsentationem, & filium fratris præmortui admittendum cũ patruo (si emphyteusis non sit primogenituræ) consuluerit late *Cor. cons.* 131. *per tot. lib.* 3. & alij quos refert, & sequitur in. advertenter *Rolan. con.* 68. *ex num.* 36. præfatam vero distinctionem probavit etiam *D. Cov. d. q. col. pen.* quando plures ad emphyteusim admitti possent, at si jure primogenij deferatur, sequutus generaliter decisionem legis *Tauri*, affirmat omni casu, tã in feudo, quã emphyteusi, nepotẽ præferri, cui non cõsẽtio *remota lege *Tauri* quia si in emphyteusi datur repræsentatio, non magis ea dari debet quando pre viam primogenituræ, & maioratus defertur, qua si deferatur secundum suam naturã. ut inter plures dividatur.

Porro in hoc art. jus nostrum circa emphyteusim acceptam pro se, & certis personis nominandis (si contingat nemine nominato possessorem è vita decedere) disponit filium primogenitum masculũ præferẽdum nõ adhibita distinctione, an sit emphyteusis ecclesiastica, vel sæcularis, & excluso nepote patruũ admittit, sic plane repræsentationẽ excludere videtur *Cõstitui. Reg. l.* 4. *tit.* 62. *§. in nov. tit.* 36. *§.* 2. *Efinandose, cõjuncto principio illius tit.* 62. *in nov. tit.* 36.

Nec dubito quod illa sanctio Regia se- 6
quuta fuerit sententiam *Bart. in d. Auth. post fratres, ij. C. de legi. haer.* ubi docuit, in ijs quam habentur ex concessione dñica, non dari repræsentationẽ, & consequẽter patruũ nepoti præferri, cujus sententia in concessione dñica non feudali, probarũt ibi *Fulgos. Paul. & Corn. Cuma quoq; lec. in fi. ff. de leg.* 2. at emphyuteusim ex dñica concessione venire, & sic primo concedenti acceptam ferri, palam est, ex *eod. Bart. in l. mortis causa capimus, ff. de don. cau. mort. Iason l.* 2. *nu.* 210. *C. isto tit. & plerisque alijs*, cui rationi manifeste accedunt ij qui in emphyteusi patruum nepoti præferri absolute di-

cunt, quia scilicet emphyteusis ex hominis dispositione deferatur, quos multos retulit *Tiraq. d. num.* 189. ut jam intelligas l. *Regiam* non sine magno argumento in ēphyteusi repræsentationem denegasse; non loquitur autem de emphyteusi acepta simpliciter, vero pro se, & hæredibus, & ideo tunc existimo recurrendum ad superiorem distinctionem. Nec oberint verba illa, *sem outro algum herdeyro*, nam ex subjecta materia illius, §. *accipi debent pro filijs, vel parentibus, non hæredibus*, ut alias traditur in l. *ex facto.* §. *fin. ff. ad treb.* & ne nimium ille §. obviet juri communi, admittenti repræsentationem in emphyteusi hæreditaria, ut supra solvimus.

Quia vero patrui, & nepotis quæstio hic nobis in manus incicidit, in qua interpretes utriusque juris in hunc usque diem scribendi finem non faciunt, quin in ea resentiamus paucis ex primere libet, si quidem ea quæstio non admodum nobis difficilis redditur, uti interpretibus per mille rationes, & argumenta se diffundentibus visa est: unica enim conclusione, seu themate, totam illam quæstionem diffinio, in quacunque materia illa proponatur, & in hunc modum aio.

In omnibus casibus quibus fuerit locus repræsentationi, nepos exprimogenito patruum excludet, è cōtra vero excludetur à patruo, ubi repræsentatio non habuerit locum, nisi alliud disponenti placuisse intelligatur.

Hanc conclusionem veram esse satis aperte significavit *Bart.* (cujus authoritas sola apud nos pro multis sufficit) *in Auth. post fratres*, i). *Cod. de legi. hæred.* & ex eo deduxi *Aretin. cons.* 162. *diligenter, num.* 8. *Socin. cons.* 252. *visis. num.* 17. *libr.* 2. *Præpos. cap.* 1. *de feud. Marchi. in* xxix. argumento pro filio. *Cyrier. de primogenit. lib.* 1. *quæstio* 25. *num.* 7. *vers. secundo* confidero, sensit *Alexan. cons.* 4. *numer.* 11. *vers.* & potissime, *lib.* 4. denique certam esse, & juri consonam fateantur necesse est, tam ij qui pro nepote scripserunt, quorū est pars maxima interpretum, quam qui ex diverso patrui causam tutati sunt, quos omnes, ut unica allegatione propemedum infinitos completar, congessit *Andr. Tiraqual. de primogen. quæstio.* 40. ac post eum resolutius *D. Episcopus Covar. dict. quæstio* 38. *fol.* 271. *colum.* 3. *versic. unde. cimo* illud est observandum, tradit quoque *Anton. Gomez. l.* 40. *Tauri. Gregor. leg.* 2. *tit.* 15. *part.* 2. Qui enim nepotem tutantur, eo potissimum omnes suas rationes, & argumenta dirigunt, ut in patris loco, gradu, & persona, eum constituant (quicquid argumentetur *Tiraq. ubi supra. num.* 219.) & eandem esse personam fingant: alioquin quo jure, aut ratione poterit remotior in gradu proximiori præferri, & nepos filium antecedere? nisi nepos filius esse fingatur repræsentata persona patris. E contra vero, qui patruum præferunt, repræsentationem nepotis omnino negant in patui præjudicium, & fictionem personæ repræsentantæ, cedere volunt veritati. Stat ergo ex omnium Doctorum mente, ut repræsentationis jus in hujus decisionis quæstione totum faciat, & inde pendeat omnino quod *in toto suo libello de successione Regni Portugaliæ, celeberrimus doctor noster a Costa, utriusque Academiæ professor primarius*, pro basi, & fundamento posuit, & peculiarius expressit *pag.* 110. & 111. Proinde videndum quibus in casibus repræsentationi locus sit, ut universas quæstiones appendices exinde diffiniamus.

Et cum jus repræsentationis sit ex privilegio (privilegium enim apellat *text.* jam allegatus in *dict.* §. *sin autem defuncti. vers. hujusmodi autem privilegium* notat *Cornel. Auth. itaque colum.* 2. *ad med. Cod. com. de succ. Parisius consil.* 58. *numer.* 5. *lib.* 1. *Tiraq. in* 1. *retra* §. 11. *glos.* 9. *nu.* 4. (*imo ex fictione præcedat, Tiraqu. ubi sup. num.* 218.) nec enim aliter nepos potest censeri filius, & esse eadem persona patris, & cum ijsdem qualitatibus, nisi per fictionem, ut voluit *Bald. in Auth. cessante column. fin. Cod. de legit. hære. Ang.* §. *cum filius, not.* 2. ibi *quia, dictione juris, inst. de hær. quæ ab intest. def. Rolan. à Valle. cons.* 68. *nu.*

68. *num.* 6. *plene per Tiraq.* l. *si unquam in princ. ex numer.* 15. *Cod. de revoc. don.* quicquid ipse dicat, *d. q.* 40. *numer.* 31.) sequitur quod repræsentationi nunquam locus esse potest, nisi in casibus jure expressis, privilegium enim juris non inducimus nisi lex inducat §. *sed quod principi. inst. de jure natura.* nec fictionem nisi quando lex fingit: quia fictio est opus legis, & ab homine induci non potest, ut est *glos.* §. *sed hæc solemnia*, verbo, *quibuscumque inst. de verb. obli. Bart. per illum text. in l. si forte, ff. de castr. pecul. Alcia. de præsump.* 1. *par. nu.* 2. & ibi lata additio, ut non immetito eam traditionem (quod repræsentatio filij in locum patris prædefuncti locum non habeat, nisi in casibus jure expræsis) scripserit *Nicol. Matha. in l. fi. Cod. de jur. om. jud.* quem refer, & sequitur *Ang. Arc.* §. *cum filius n.* 7. *inst. de hær. quæ ab intest. def. Deci. cōs.* 1. *n.* 5. *Guil. c. Rayn. verb. & uxorē fol.* 54.

7 Quibus sic positis jam infertur, quod si feudum succedatur per viam maioratus, nepos patruo præferri debet: cum in feudis repræsentationi locus sit, ut diximus in initio, per *text.* ubi *glos.* verbo, *solus*, & alij, in *c.* 1. *de natu. succ. feud. item text. in c.* 1. *in princ.* & ibi *Bald. Iacob. Alva.* qui hoc dicit esse indubitatum secundum omnes per illum *text. de succ. feu. text.* quoq; optimus *c.* 1. §. *his vero*, ibi, *vocātur primo fratres cum fratrū præmortuorū, filijs*, & ibi *Isern. Bal. Laudēs. & alij, desuc. fratr. tex. c.* 1. §. *si capitanei, & seq. de feu. March. docet Abb. Auth. cessāte in si Coā. de leg. hær. & plures alij relati à Tiraq. d. q* 40. *n.* 20. Nec id mirum cū feuda admodum hæreditariarum successionum deferantur seu sint cohærentia hæreditati, *d. c.* 1. *an agna*, vel *fil.* (licet quandoque hæreditaria non sint, ut supra diximus, & probatur in nuper citatis juribus) & in hæreditarijs successionibus absque dubio repræsentationi locus est, *ut* §. *cum filius. inst. de hære. quæ ab intest, leg. ut intesta. to Cod. de suis, & leg. hæred. Auth. cessante, Auth. post. fratres. Cod. de leg. hæred. l. post. humorum, cum alijs. ff. de injust. rupt.* merito nepos (quia patrem repræsentat) patruo præferri debet absque dubio in feudis, & ita in specie nuncupatim *Nicola.* in loco nuper citato, illum retulerunt *Bal. l. liberti. numer.* 18. *Cod. de ope. liber. Ceryer de primog. lib.* 1. *quæst.* 25. *num.* 8. *Tiraq. eod. lib. dict. quæst.* 40. *num.* 224. & videtur ejus sententiam probare *num.* 225. & *cum Nicola.* transit *Ang. d.* §. *cum filius, inst. de hær.* & certe verissima est ex supra scriptis, & ita in feudis, & in ijs quæ deferuntur jure feudi, communiorem esse sentē, tiam pro nepote, inquit *Aretin. conj. conj.* 144. *colun.* 5. *vers. & ista opinio*, Si vero feudū non succedatur per viam maioratus, tunc concurret nepos cum patruo, ut latè *Roland. cons.* 68. *ex num.* 22.

Proinde longe deceptus est *Bart. in l.* 8 *Auth. per fratres*, qui (loquendo in regno Apuliæ, quod fatetur esse feudum Ecclesiæ Romanæ) inquit, patruum præferendum nepoti, in quo tripliciter videtur falli. Primo, dum proponit quæstionem in regno, & sentit quod in regno non succedit filius tāquam hæres, cum regna deferantur ad modum hæreditariarum successionum, ut statim dicemus, *nu.* 12. *& tradit Tiraq. q.* 35. & consequēter in Regnorum successione dari jus repræsentationis, quod satis est, ut in quæstione dubia nepos patruo, in Regni successione præferatur. Secundo fallitur, dum existimat feuda non succedi ad modum hæreditariarum successionum, sed ex cōcessione dominica, *c.* 1. *de succe. feud.* at enim simpliciter falsū est, & de *Bart.* valde mutatur *Fulgos. ibi*: nam licet (ut superius scripsimus) feuda quandoque hæreditaria sint, ut quia qualitatem hæredis exigunt, quandoque non sint, attamen admodum hæreditariarum successionum regulantur, nisi ubi usu feudali alliud dispositum reperimus, *dict. cap.* 1. §. *his vero de succes. io. fratr. cum alijs citatis sup. numer.* 1. tradit latè *Sonsbec. de feud. 9. part.* potui tamen moveri *Bart.* ex eo quod filius, etiam si non possit ad feudum aspirare, nisi sit hæres patris (quanvis feudum sit simpliciter datum, vel pro se, & liberis, quibus in casibus intelligatur *text. c.* 1. *an agna. vel fil.* ut diximus, *q.* 44. *num.* 5. *licet. contrarium* scribat *Rubeus d.* §. *quidam recte nu.* 136.) non tamen ōnino succedit in feudo tanquā hæres, & sic pro hæreditaria protione: quia

in feudo filij ſuccedunt æqualiter, licet in æqualiter inſtituti; *ut c.* 1. ibi *ſuccedunt tamen filiæ æqualiter, de ſucce. feud.* ut alias in ſimili, liberi patroni in actione operarũ non ſuccedunt, ut hæredes, licet hæredes ſint, *l. juris juraudi, §. ſi liberi, ff. de oper. liber.* & in hoc bene loquitur *Paul. in d. Aut. §. poſt fratres, col.* 1. *Bart. l. item videndum, §. ſi col. 2. ff. de pett. hær,* licet in puncto de quo ibi agit non bene doceat, unde videbatur quod cum filius in feudo non ſuccedat proportione hæreditaria, licet ſit hæres, repræſentationi locum non fore, Cæterum hæc non obſtant, nam licet non ſuccedat ut hæres tamen jura feudalia, quæ in exordio hujus illationis citavit, repræſentationis jus inducunt, hoc ſolo conſiderato; quo eſt hæres, & ideo illis ſtandum. Tertio falitur *Bart.* cum docet, in feudis primogenituræ patruum nepoti præferti, argumentado quod in feudis non detur repræſentatio, nec ad modum hæreditatum deferantur. Id enim minime verum eſt ex nuper dictis, & juribus allegatis, *nu.* 1. & ita adverſus *Bart.* tenet *Abb. conſ. 85. col. pen. Iaſ. l. is poteſt nu. 33. ff. acq. hær. Præpoſi. c.* 1. *n.* x. *verſ.* 19. *de feud. Marchi. inquiens Bart. contra reprobari, & citans. alios, ſcribit. D. á Coſt. d. tract. pag.* 34. *poſt Tiraq. de primoge. q.* 40. *n.* 20. *licet Bart. in feudo primogenituræ,* quas ſi non ſit proprium feudum, velit defendere *Cor. conſ.* 131. *c* 3. *lib.* 2. quem refert *Rol. d. conſ.* 68. *n.* 52. *verſ. ſimiliter ſed. & Bal. conſ.* 395. *inc. in Regno libe. ad fin. li.* 2. in eundem errorem lapſus eſt, dominum ſcribit, in Regno vero naturali nepotem, reſpondere enim debuiſſet, ut in Regno feudali nepos præferetur patruo duplici ratione, tunc quia Regnum cum quia feudum, in Regno autem naturali, etiã præferendum unica tantum ratione, quia Regnum, ut ſtatim dicemus.

10 Secundo. ex ſuperiore principali concluſione infertur, quod cum jus patronatus eccleſiaſticum jure hereditario cenſeatur, & conſequenter in eo detur jus repræſentationis, ut præmittunt hi quos ſtatim citabo, in eo admittetur filius fratris præmortui cum patruo, *Guill. c. Raynutius,* verbo, *& uxorem nomine Adalaziam in prin. num.* 56. *Covar. d. c.* 18. *f.* 278. *c.* 1. *&* 2. qui plures alios citat, qui tamen in jure patronatus Eccleſiæ, quantum ego percepi, nõ loquuntur. Id tamen eſt intelligendum, niſi jus patronatus eccleſiaſticum tale ſit, quod primogenito tantum deferri debeat: tunc enim nepos ex primogenito patruũ excludet ratione repræſentationis, a qua totũ hocnegotium pendet.

Tertio, ex eadem concluſione deducitur, 11
quod cũ jure patronatus libertorũ, filius patrẽ non repræſentet, nec deferatur jure hæreditatio, *l. juris juraudi. §. ſi liberi ff. de ope lib.* merito nepos ex filio á patruo excluditur *l. á duob. ff. de oper. li. l. ſi libertus præterito, §.* 1. *l. commum juncta glo.* verbo, *deceſſerit, in princ. ff. de bon. li. Ang. d. §. cum filius num.* 2. *verſ. & hæc videtur confirmare* tradit plene *Iaſ. conſil.* 215. *incip. ex Valentia, col. pen. li.* 1. *Tiraq. in d. q.* 40. *n.* 152. *cum tribus ſequenti.*

Quarto, ab eadem radice provenit, quod 12
in *ſuc. Regni,* nepos ex primogenito patrum excludet ſine dubio: quia cum Regna deferantur hæreditario jure *ex Oldra. ſententia, conſ.* 94. (qui loquitur de Regno Aragoniæ, & Maioricarum)& ex ſententia ſcribentium in *c. licet,* devoto (qui loquuntur de Regno Ungariæ (& eadem ratio militer in alijs regnis, ut contra aliquos deducit noſter *D. á Coſta d. tract. pag.* 149. & generaliter in omnium Regnorum ſuc. voluit *Alvarot. cap. uni. verſ. ſi capitanei, de feud. Mar. noviſſime Guill. de feud. pag.* 168. & in ſucceſſione hæreditaria planum eſt, nepotient in patris jã mortui locum ſurrogari *§. cum filius inſt. de hær. quæ ab inteſ. def.* ſequitur de plano, nepotem in Regni *ſuc.* patruo præferri quem articulum omnium latiſſime reſolvit idem præceptor *a Coſta d. tract.* 3. *par. ex pag.* 135. *ut cavendum ſit á Bart. & Bald.* quos in prima illatione citavimus, qui apoſitum docuerunt.

Quinto, ex eodem fonte manat, quod 13
cum in ſuc. bonorum Regiæ Coronæ nõ ſit locus repræſẽtationi, nec hæreditaria ſuc. ad inſtar feudis, ſed deferantur ex conceſſione dominica, filio maiori, & ſic jure ſanguinis, in illa nepos non præferatur patruo, imò patrui cauſa potior ſit quod autem nõ detur

repræ-

repræsentatio,& filius maior vocetur excluso nepote ex primogenito, probatur aperte ex sententia *Bart. in d. Auth. post. fratres*,ubi docuit, quod quando successio defertur ex concessione dominica(ut contingit in bonis Coronæ) non datur repræsentatio: quia est extra casus à lege diffinitos, & quanvis in exemplo feudi, & Regni feudalis, *Bart.* ubique carpatur, ut diximus superiore illatione, at in suc. ex alio contractu, vel concessione dominica non feudali probare illum videntur *Fulg.Paul.& Corn. ibi,Soci. Iun.cons.73. nu.31. lib. 1. Cuma. l.cum ita, §. in fideicommisso, utraque lect. ff.leg.2.Nico. Mata. ut eum referunt Bald. leg.libert.n.18.C.de op. li.Ceryer. de primog. li.1.q.25.n.8. Tiraq. q.40.n.224.Cost.pag.* 35. & alij quos referemus *infra n.33.* Item *lex ipsa regia* (quam mentalem vocant) aperte ostendit *lib. 2. tit.17.§.1. in nov. tit.* 25. §. 1. in ea successione non esse locum repræsentationi ibi,*siquidem semper inteira. mente per morte do possuidor dos taes bens, & terras,ao seu filho,legitimo barão, mayor, q̃delle ficar*.Cũ enim vocet filium qui maior ætate relinquatur tempore mortis patris qualitas ilius qui reperitur tempore mortis debet attendi, non ejus qui jam non est, in rerum natura *arg. l. ex facto §.pen.ff.ad Trebel.* unde patruus, qui primogenitus filius reperitur tempore mortis haud dubie debet præferri: quia cum *text.* se refert ad filium maiorem tempore mortis, manifeste excludit repræsentationem filij præmortui.

14 Accedit quod per illum *text. d. §. pen.* scribit *Bald.l.2.c.1.Cod.de jure emphy.vers. tem an valeat, &c.* quod in emphyteusi accepta cum pacto, ut non transeat nisi ad primogenitum (quia successiio emphyteutica habeat naturam relationis ad tempus mortis) debet intelligi de primogenito tempore mortis, hoc est, de illo qui tempore mortis paternæ, respectu alterius qui vult succedere , primogenitus reperitur, sequitur *Alexandr. & Hercula. in d.§.pen. in princ. Carol. Ruy. cons. 194. num.18.lib. 2. Alciat. l. proximus.ff. de verb. sign. Ias. d.l.2.nu.121.*ubi ait,novum esse genus primogenituræ,quia propria primogenitura est illius, qui inter plures fratres primogenitus in lucem prodijsse reperitur, de quo *text. l. Arethusa. ff. de stat.hom.habetur in c.Ioseph.de verb.sign.per Bart.*[*in pulchra quæstione*) *in l.cum decem, § fi.ff. de solu. Bal. in l.quoties. Cod. de rei vend.* Proinde, cum lex mentalis sæ referat ad tempus mortis, filius maior, qui tunc temporis reperitur præferri debet, & in terminis,ex eadem sententia *Bald.* id ipsum resolvit, in donatione *Regia.Socy in l. si cognatis. num.5.vers. ex quo infero. ff.de reb.dub.* & ibi latius *Iaco. Sadole, col.1. vers.* & potest induci, inquiens, quod si Rex bona alicui donavit hoc expræsso, ut post mortem donatarij succedat ejus filius maior, & sic referendo se ad tempus mortis , tunc sine dubio cessabit quæstio patrui, & nepotis: quia patruus natu maior vocatus intelligitur, hoc ipsum etiam (ex *Anchar.. sententia*) respondit *Roman. cons.* 438.*numero.* 10. *Cassan quo, que cons.* 53.*ex facto, numer.* 12. *Alci. d. l.proximus.*

Sufragatur item , quod non judicamus 15
idem de nepote, quod de filio, quando in nepote, non reperitur qualitas, quæ requiritur in filio. *l. fin. C. de natu lib. 1. non solum. §. si puellæ*, ubi *Bart.ff. de ritu nupt. Bart. l.liberorum col. 3.ff. de verbo sig.& in l.1. Cod. de privileg. dot. Iason. l. is potest ff. de acqu. hære.* sed illa qualitas, *de ser filho barão, maior que ficar ao tempo da morte*,quæ exigitur à lege mentali,non reperitur in nepote, igitur lex illum excluset superstitæ filio, eodemque patruo, & concinit appositè hic regula vulgaris, quod qualitas adjuncta verbo intelligitur secundum tempus verbi, *l. in dilectis, §. ff. si extraneus. ff. de noxal.*

Facit item, quia difficilis apud inter- 16
pretes quæstio patrui, & nepotis eo tantum casu versatur, quo primogenitu simpliciter vocatur; nam si vocetur primogenitus tempore mortis , cessat omnino quæstio: adeo quod inquit *Bald. in l.si viva matre. Cod. de bon.mater.vers. unde hac litera*, neminem sanæ mentis prelaturum eo casu nepotem filio, idipsum voluit idem *Bald.* leg. *cum antiquioribus, col.5.vers.& primog. præmitto, & in nono fundamento pro secundo genito, Cod. de de jure de lib.*

plane

plane constituens differentiam, inter primogenitum simpliciter vocatum (quo casu quæstioni locus est) & primogenitum tempore mortis ubi quæstio cessat, & idem *Bald. dict. l. 2. Cod. de jure emphyt. num. 5.* quasi excludatur repræsentatio ubi dispositio refertur ad primogenitum tempore mortis *arg. l. ex facto. §. si quis autem ubi* sequitur *Alexan. num. 3. ff. ad Trebe. Lud. Roma, cons. 483. numer. 10. Soci. l. si cognatis num. 5. ff. de reb. dub. Alci. l. proximus ff. de verb. signi. Carol. Ruy. cons. 192. num. 18. lib. 2. Joann. Maria Riminaldus cons. 27. num. 1. lib. 1.* & voluit noster *D. à Costa de succes. Regni pag. 13.* Unde, cum lex mentalis de primogenito seu magis (*filho maior*] loquatur tempore mortis, certe casus est sine dubio pro filio maiore qui eo tempore reperitur: & sumus extra difficilē quæstionem patrui:& nepotis.

Huic etiam considerationi adstipulatur quod *Dec. in cons. 1. col. pen. & fina.* magnum discrimen constituit, an vocetur proximior simpliciter, an proximior expresse tempore mortis, vel secundum gradus prærrogativam: quia tunc, etiam eo casu quo haberet locum repræsentatio, excludeur nepos à patruo. Ad hoc etiam ipsum (quod quando successio relationem habet ad tempus mortis nepos ex præmortuo non admittatur) est *text. apertus in l. cum patr, §. hæreditatem. 1. in fin. ff. de le gat. 2.* ubi si filius sit gravatus filijs suis,vel cui ex his voiet, fideicomissum restituere, si non eligat viriliter,inter eos qui vixerint tempore mortis dividitur, ut sentit ibi *Vl. pianus*,& explicuit *glos. fin. recepta à Dyno Alberi. & Imol. ibi* probavit *Rom. consil. 438. in casu, numer. fin. Soci. cons. 73.* capiendo *nu. 20. lib. 4. idem Soci. num. ult. & Iason. nu. 23 in l. Gallus §. instituens. ff. de lib. & post.* volnit etiam clarius *glos. l. una. C. de ijs qui ante aper. tab.* & eos sequitur *D. à Cost. d. tract. pag. 68.* ubi latius probat, & si in *d. §. hæreditatem*, nepos non admittitur, etiam cumpatruis, multo minus ad exclusionem patrui, quod est difficilius, ut per *Tiraq. q. 40. n. 21.*

Nec movere debet, quod *Abb. cons. 25. lib. 2. & Paul. Castrens. cons. 164. in causa, vol. 2.* pro nepote contra patruum responderunt, etiam quando verba vocationis referuntur ad tempus mortis, quia loquuntur quando ipsa constituio prius vocabat filios maiores, & ab ijs descendentes, & ita intellexit *Alexand. cons. 4. col. fin. numer. 14. vers. nec etiam obstant ea lib. 4.* & eo non relato *Soci. in d. l. si cognatis, nu. 5. vers. sed potest.* Et minus *Roma. cons. 29. in causa maioritæ*, nam ibi verba concessionis contrariæ consultationi causam dederunt, ut expendit *Tiraq. d. q. 40. n. 11.* & præterea primogenitus ibi in acie belli cecidit, unde per gloriam vivere creditur, *l. bello amissi. ff. de exclus. tutor.*

Sed nec negotium facit *And. Barb. cons. 10. lib. 2.* qui etiam pro nepote respondit, quando verba ad tempus mortis referebantur, illi etenim satis superque satisfacit *Alex. cons. 4. nu. 9. vers. & illud. ostendit*, qui in eodem casu fuit consultus,& magna authoritate contrarium respondit, & pro eo fuit lata sententia, ut ibi refertur.

Rursus,& pro patruo ad excludendam repræsentationem, extendes eandem legem mentalem. *d. §. 1.* ibi, *fique sempre inteiramente ao filho maior, baráo, legitimo, q̃ delle ficar*: nam per illa verba, *que delle ficar*, 1. ex illo, vel ab illo, denotatur causa immediata secundum proprietatem dictionis, *ut l. 5. §. ex incendio. ff. de incen. rui. & naufr.* maxime quia dicit, *fique aseu filho*, & statim subiungit, *que delle ficar*,ut precise per verba geminata filiū designaret, unde filius qui est immediatus á patre, non vero nepos, videtur vocatus.Et huic proximū est quod interpretes docent, adjecta clausula, pro filio ex te nato non venire nepotem, ut per *Brrt. Areti. & Socin. in d. l. Gallus. §. instituens.* Item potest expendit præfata lex mentalis *in §. 3. in nov. d. tit. 35. §. 3.* ibi, *as terras se nã partam, & fiquẽ ao filho maior daquelle que se stnar, & as terras tiver*, nam cũ defert cessionem filio maiori possessoris terrarum vita functi,plane excludit nepotem, filium illius qui nunquam fuit possessor terrarum imo in vita ipsius possessoris ditem clausit extremum, lex enim adjecit verba illa,*& as tiver*, at aperte excludendum nepotem, qui filius est illius qui 17

terras

terras nunquã possedit: & *bis in* §. 2. repetit verba illa, *filho do possuidor*, & *in* §. 1. duplicavit verba illa, *a seu filho q̃ delle ficar.*

18 Item, & pro patruo ad exclusionem repræsentationis, adnotabis alia verba legis mentalis, ibi, *va ao filho, ou neto segundo na forma da lei*, & *in* §. 18. *in nov. d. tit.* 36. § 18. ubi cumque enim in dispositione vocantur filij, aut nepotes per disjuntivam, non veniunt nepotes donec supereſt aliquis ex filijs, ut per *Alexan. consi.* 172. *lib.* 2. *vers. præterea*, & *col.* 1. *in fin.* & *Bened. de Ben. consi.* 5. & si viso: quia cũ id dispositum sit de nepotibus tanquam de diversis à filijs per alternativam, non relinquitur locus repræsentationi nepotis in locum filij, adhoc ipsum legendus est *Soci, consi.* 73. *col.* 11. *vers. quinto*, & *ultim.*

Imo dixerim, quod, & si lex mentalis uteretur verbis conjunctivis, puta dicendo, *venhaõ a filhos*, & *netos*, constituendo gradum filiorum distinctum à nepotibus, adhuc nepos non admitteretur, donec filius supersit juxta donationes *D: Covar. dict. cap.* 38. *vers. quinto, sexto*, & *septimo*, & per varia exempla tradit *Bellonus cõs.* 50 *col.* 3. & 4 *Parisius consi.* 37. *nu.* 53. & 57. *lib. secundo Curs. Iuni, consi. duodecim, secund.*

Quod autem præfacta lex unicum gradum filiorum distinctum, ac separatum à nepotibus constituere voluerit, fit compertissimum ex eadem *leg.* §. 3. ibi, *& quando per morte do possuidor nam ficar tal filho barão, nem neto barão, &c.* diversos enim gradus nepotum, & filiorum constituit: ut miserè nepotem donec supereſt aliquis de gradu filiorum, incivile, & contra legis mẽtem, & verba videatur quod sane, audita lectione illius, §. *visum* fuisse Augustissimo Regi nostro Emanuele, apud superos jam agenti, fama est.

Præterea, sunt iterum subtiliter ponderanda verba ejusdem legis in *d.* §. 3. ibi, *a seu filho que delle ficar*, ibi, enim est relativum, quis, junctum verbo futuri temporis, & adjectum corpori in certo, hoc est filio qui nascetur, & paternæ mortis tempore mãserit natu maior, unde non inducit conditionem, nec facit dispositionem conditio, nalem (ut in advertenter, super similibus verbis, argumentabantur *Abbat, cons.* 85. *colu.* 2. *ad finem lib.* 4. & *Barb. in allegat, cons.* x. *num.* x. *lib.* 2. decepti argumento *leg. Richum qui meus erit, ff. de legat.* 1. quæ sequitur quando relatio sit ad corpus certum (sed magis inducit domonstrationem, ut est *text.* & ibi notant *Alex. nu.* 6. *in leg. comodissime ff. de lib.* & *post.* quoque *Iason. numer. ultim.* probando sententiam *Bart.* ibi quam sequuti sunt etiam *Soares, l. quoniam in prioribus, ampl.* 1. *col. antep. C. deinoff. tes. Albe. Barbera, in rep. leg. si pater. numer.* 304. *Cod. de institu*, quæ demonstratio, cum ad mortis tempus referatur, & abeo tompore pendeat, quo tempore primogenitus, qui vivo patre decessit, jam in rerum natura non sit palam sit qui ipse non videatur demonstratus, imo quod in eo demonstratio nunquam locum habuerit & consequenter, nec in nepote ejus filio per repræsentationem, sed magis in filio secundo genito, qui mortis tempore maior reperitur, *arg.* l. *imper., vers. ut ea demum, ff. de leg.* 3. & quod per illum tradit *Scarez* l. *quoniam ampl.* 1. *col. pen. vers. præterea ille solus, Cod. inoff. test.* quam consideratioñem subtiliter de more, in alio articulo fecit. *D. à Cost. d. tract. ex pag.* 93.

Est quoque ponderanda eadem *lex Regia* 20 §. 2. *in nov. d. tit.* 39. §. 3. cum statuit, ne donationes bonorum Coronæ censeatur jure feudorum ullo modo; tacite enim excluſit materiã repræsentationis, quæ in successione feudali datur, ut supra diximus, & vulgo receptum est, sublata autem repræsentatione nepos jure manifeste deficitur: Illud quoque ex eadem lege perpendendum, quod inclitus Rex Joannes primus ea mente donationes bonorum Coronæ restrinxit ad certas personas, ut aliquando ad Regiam Coronam redirent quod facilius eveniet si natu maiori defecrantur, cujus brevior vita existimatur. Item considerandum prædictas donationes ideo fieri, quemadmodum lex ipsa indicat, ut donatarij Regi inserviant, *ut* §. 2. quod per maiores natu filios nõ per nepotes ex filijs, quiã communiter accidentibus pueruli sunt, melius ac commodius fiet, nam

& ob

& ob eam causam feuda ad ascendentes non transeunt, quia ut plurimum senes, & debiliores sunt, ut placuit *Bald. d. l. ea lege C. de cond. ob. causam.* Expendere etiam libet. *§. fin. tit. 63. lib. 4. in nov. tit. 36. §. 6. Ord.* ubi disponitur, quod emphyteuses bonorum Coronæ, juxta Regias sanctiones circa alias emphyteuses aliorum bonorum regulentur, & tamen *lege Regia lib. 4. tit. 62 §. in nov. d. tit. 36. §. 2.* & fundose, expresse sancitum reperimus, ut in emphyteusi, quæ admodum maioratus filio maiori defertur, patruus nepoti ex filio primogenito præferatur. Fit igitur manifestum in alijs bonis Coronæ, quæ per modum maioratus deferuntur, idem jus esse nec repræsentationem dari, cum diversitatis ratio nulla queat assignari.

21 Sed, & illud in eadem lege mentali perpendendum est, non esse in donationum Regiarum intellectu, & jure considerandâ personâ donatarij (quid ipse cogitaverit, & cui magis animi affectionem intenderit, an nepoti ex filio primogenito, an filio secundo genito) sed Regis concedentis personam, & mentem duntaxat inspiciendũ: quid senserit, aut de jure magis sensisse præsumatur, accedit quod in emphyteusi scribunt *Bart. in l. mortis causa, ff. de donat. caus. mort. Bald. eleganter, l. cum acutissimi, fi. verbo, Cod. de fideicom. Socy. l. cum avus, numer. 47. ff. de cond. & demonst.* & alij passim in *cap. 1. de succ. feu.* emphytensim, & feudum à primo concedente capi, non ab alijs successoribus, quorum nulla ordinatio manet, aut valet, in feudo, vel emphyteusi, sicque eorũ respectus non habetur, & quanvis hoc in feudo, & emphyteusi procedat quoad dispositionẽ, non quoad intellectum contractus, at in Regia donatione facta alicui, & liberis ejus, quod non sit ipsius affectio erga liberos, aut ordinatio attendenda, sed Regis, qui concessit, pro constanti ponit *Abb. d. cons. 85. num. 4. in fin. lib. 1. Paul. cons. 164. col. pen. vers. secundo respondetur, lib. 2. Prepos. cap. 1. colun. 17. versi, non obstat quartum, de feud. March.* & cum his *D. à Costa pag. 37.* Quapropter licet in testamentarijs dispositionibus, & ijs quæ ab ascendente, & communi agnationis por ente proveniunt considerari possit, quod cum primogenitum prædilexerint, ejus quoque sobolem, & lineam prædixisse videantur, *d. l. cum acutissimi, d. l. cum avus, ff. de cond. & dem.* at in Rege qui bona Coronæ donavit, hæc affectio considerari non potest quippe qui nec donatarij, nec ejus liberorum parens est, & ideo non immerito lex mentalis in filium proclivior fuit, quam considerationem in donatione. Regia libentius admitterem, quam in emphyteusi, vel feudo: cum in illis primi acquirentis magna ratio habeatur, & sequentibus nocere possit, ut vulgo fertur.

Postremo, etiam si lex mentalis non ita quæstionem terminaret, & repræsentationẽ excluderet verbis apertis, sufficeret allegata authoritas *Bart. in d. Auth. post fratres, ij. Cod. de legi hær.* ubi docuit, in his quæ habentur, ac succeduntur ex concessione dominica, & non jure hæreditario, jus repræsentationis non dari, quam doctrinam, ut superius dixi (preterquam in successione feudali) omnes unanimi consensu ibi, & alibi probarunt, & etiam in feudis multi relati á *Rolando, cons. 68. numer. 16.* * & satis voluit *Paris. consil. 164. lib. 2.* At bona Regiæ Coronæ donata vassalis ex concessione dominica haberi, non jure hæreditario, nec ad similitudinem juris hæreditarij, ut feuda, aut ex dispositione legalia, palam est: igitur in bonis Regiæ Coronæ nullatenus admitti potest nepos ex filio primogenito ad exclusionem patrui. Quod vero bona Regiæ Coronæ jure hæreditario non succedantur, aut ad similitudinem juris hæreditarij, sed ex concessione dominica, liquido constat ex ijs quæ scribunt *Oldrad. cons. 224. num. 28. Abb. cons. 85. lib. 1. Alex. cons. 349. col. 2. vers. per* 22 *quæ concluditur. vol. 2. Ant. Rub. d. l. Gallus §. quidam recte. fol. 14. col. 3.* Item, quia filius primogenitus, licet hæreditate patris se abstineat, non ideo á bonis Coronæ excluditur, ut *lib. 4. tit. 35. in nov. tit. 101. Ord.* pater etiam quia in bonis Coronæ pater in filij præjudicium quicquam disponere non potest, ut pater ex tota lege in *no. d. tit. 35. lib. 2.* mentali præsertim *§. 15. D. à Costa pag. 57.* & in terminis *leg. mentalis etiam*

ex do-

ex domini voluntate, pluchre *Paul. cons.* 164. *num.* 7. *lib.* 2. & *Abb. d. cons.* 85. *nu.* 1. *ad fin. l.* 1. quod secus esset si jure hæreditario caperetur, per ea quæ late tradit *Deci. cons.* 395. & infra plenius dicemus.

23 Probatur item, quia licet feudum simpliciter concessum intelligatur hæreditarium, pro se, & hæredibus concessum, ut per *Alexandr. l. sed si hac, §. liberi. ff. de in jus voc, & in l. quod dicitur, ff. de verbor. Roland. cons.* 97. *numer.* 39. *& diximus q.* 43. *in princ. & numer.* 4. non ita est in donatione bonorum Coronæ: nam si simpliciter donentur sine mentione filiorum, & descendentium, non porrigitur donatio ultra vitam accepientis, ut est receptum, & indubitatum in nostro Senatu, per legem Regiam *lib. 2. tit.* 18. §. 1. *& in nov. tit.* 38. §. 1. ubi ponit tanquam diversas concessiones *em suas vidas, & pera seus filhos, ou de juro, & de herdade,* ex quo fit manifestū quod tales donationes non habentur hæreditario jure, nec hoc illis inest à natura, nec jure feudi, sed magis ex dominica concessione, ut late probat *D. à Costa. pag.* 38. *usque ad* 42. Ex prædictis igitur constat non esse hoc casu locum repræsentationi, & nepotem excludi á filio secundo genito.

Nec te fallat quod lex mentalis, §. 1. & 24 *in novis tit.* 35. §. 1. & alibi sæpius statuit, quod succedat filius maior, quasi lex deferat filio hujusmodi successionem, maxime §. 15. *& in nov. tit.* 35. §. 18. *per bem da dita ley.* unde videtur filio maiori successionem ex legis dispositione deferri, & consequenter in ea locum esse repræsentationi: quia quando succeditur ex dispositione legis datur repræsentatio, *Auth. cessante, Auth. post fratres. Codic. de legi, hære. Rubeus in d. §. quidam recte num.* 115. nam lex illa non defert de novo successionem filio primogenito, sed venit ad interpretandum donatione bonorum Coronæ generaliter factas, etiam pro filijs, nepotibus, descendentibus, & successoribus, ut intelligantur duntaxat de filio maiore, sic denique iste filius non venit ex dispositione legis, sed ex vi contractus, & Regiæ donationis; quam lex interpretatur pro primogenitis maioribus, duntaxat factam, ut in simili *Paul.* inquit (*in cons.* 162. *col. fin. lib. 2. in* casu *legis cum accutissimi, Cod. de fideico. cum similibus,* filios gravati non excludere substitutum ex dispositione, & introductione illius legis, sed magis ex voluntate defuncti præsumpta, & interpretata per legem, quod satis voluit *Bart. in l. ex fact. §. si quis rogatus, 1. numer. 2. ff. ad Trebel. Anchar. cons.* 46. *numer.* 1. & esse communem sententiam affirmat *Soci, l. cum avus, numer.* 70. *ff. de cond. & dem.* probat *l.* 10. *tit.* 4. *partit.* 6. ubi eam expendit *Greg.* * *D. à Costa in rep. cap. si pater.* verbo *si absque liberis num.* 40. novissime *D. Anto. Menes. in d. l. cum accutissimi num.* 5. contra *Cuman. d. l. cum avus,* qui ex fictione legis illud procedere existimabat, Unde cavendum à verbis *D. à Costa pag.* 41. cum scribit, ex legis mentalis constitutione filio masculo maiori bona Coronæ deferri, cum magis ex donatione deferantur, per legem interpretata.

Rursus non te decipiat eadem lex mentalis, §. 18. *in x. in nov. d. tit.* 35. §. 20. dubio ibi; *se aquelle, ou aquella a q̄ a dita terra, ou terras forão novamente dadas, ou as ouve por algũa herança, ou qualquer outra* 25 *successão, &c.* quibus verbis insinuat bona Coronæ, etiam jure hæreditario deferri: debet enim intelligi de ijs, qui ante legem mentalem terras habeant: possidebant enim tanquam patrimoniales, & libere alienabant, & devidebant inter hæredes, ut probat *text. in §. si ejusdem legis,* qui per locum ab speciali pro nobis est: & probat, post legem mentalem bona Coronæ non succedit jure hæreditario, sed ex concessione dominica, ac proinde in eis non esse locum repræsentationi, quibus argumentis, & rerum multories ita judicatarum authoritate, constanter teneo, in successione bonorum Coronæ patruum nepoti præferri: quia cesset repræ- 26 sentatio ex verbis, & sententia legis mentalis, quam etiam opinionem constanter, post elegantem disputationem, tenuit *D. noster à Costa dict. tract. de succ. regni in* 1. *part. illius opusculi. ubi ex pag.* 29. acute ostendit, secundum juris civilis rationes, pro patruo in his bonis omnino judicatum, quanvis lex mentalis, non tam

apertè

aperte quæstionem decideret. Et ibidem ampliat ejus decisionem *ex pag.* 44. licet sit nepos natu minor, ut in terminis voluit *Anton. de Bosel. in tract. suc. ab intest. numer.* 76. *versic. nam si non deberetur*, nec obstat lex mentalis dum vocat filium maiorem: nam debet intelligi respectu aliorum, non nepotem, qui post filios vocatur Item etiam ampliat licet quæstio inter nepotes ex primo, & secundo genito vertatur, *pag.* 54. Rursus etiam licet pater in vita primogenito terram donaverit accedente Regia authoritate, & is primogenitus relicto filio decedat vivo adhuc parente, ex *pag.* 57. Et licet pater qui donavit fuerit primus acquisitor terrarum, *ex pag.* 61. quas quæstiones in praxi utiles, & alias quas annecti, apud illium legere licebit.

Nec huic opinioni officia fortissimum mihi argumentum, quod, & si nepos in his bonis Coronæ patruo non præferatur ex jure repræsentationis (quia in contractibus locum non habere scripsit, post *Bald. Cum: in l. cum ita, §. in fideicomisso, ff. de legat.* & verissimum est) at certe debet præferri jure transmissionis: cum primogenitus, etiam vivo patre, habeat jus, & spem considerabilem ex contractu donationis *Regiæ, ut in d. tit.* 17. §. 15. *in nov. d. tit.* 35. §. 18. ibi *filio primogenito á que a dita, &c.*

Omissa enim responsione *Decij. in d.* 27 *cons.* 443. *col. fin. vers. & ita etiam* (qui jus primogenituræ, quia personale, trãsmitti negat, ut tradit *Alexand. cons.* 4. *numer.* 9. *lib.* 4. quam rationem male refellit *Tiraq. d. q.* 40. *ex n.* 107. confundendo repræsentationem cum transmissione) promptius est respondere, quod lex mentalis ita demum defert primogenito, seu maiori filio, successionem præditorum bonorum, si modo supervixerit patri, ut *in* §. 17. *in nov. d. tit.* 35. §. 20. ibi, *se a esse tempo vivo for. segundo for. ma da dita* ley. unde eo ipso quod præmoritur vivo patre, deficit conditio, & nihil habet, nec adhuc spẽ quam transmittat: cum, & spes ipsa finita sit per anteecipatam, & præmaturã mortem atque ita cessat argumentũ, ut eleganter cõsideravit idem *D. á Costa p.* 25. *ex sententia Panor. d. cons.* 85. *n.* 3. & in simili specie elegantissime ita scripsit *And. Alc. responso* 6. *ex n.* 17. *cum multis sequentibus*, quem omnino legito. Unde in specie *l. mẽtalis*, inspecto ejus tenore, vera erit responsio *Ant. Rube. cons.* 199. *in contractu, n.* 10. dum dicebat primogenito jus quæri revocabiliter, si modo patri supervixerit: in alijs autem donationibus, etiam Regijs non est vera, nec recipienda, per *reg.* §. *ex conditionali, inst. de verb. obli. & l. is cui ff. de act. & obli. & l. quoties, cum glos. fin. Cod. de donat. quæ sub. modo.*

Sexto ex proposita assertione illud ma- 28
nifeste seque quod quanvis in maioratu bonorum patrimonialium sit tanta dissentio inter utriusque juris interpretes, uter præferatur, an patruus, an nepos, ut utrinque referantur communis opiniones, & non solum Doctores cum alijs pugnent, sed, & ipsi secum, & vixi possit secure dici, quæ opinio sit receptior, ut per *Decis. cons.* 443. *nu.* 22. *Gratũ, cons.* 6. *n.* 25. *lib.* 1. apud nos jã illud difficile non sit, imo in maioratu bonorum patrimonialium plane dicendum, patrui causam meliorem esse.

Moveor, quia maioratus Hispaniæ sunt 29
quædam fideicommissa particularia perpetua, quæ primogenitis deferentur, & ita de illis sicuti de fideicomissis judicandum ut tradit *Palat. Ruvy. in rep. c. per vestras*, §. 44. *nu.* 4. * & plures alij relat. *á Ioann. Garc. de expensis cap.* 16. *num.* 3. *in fin.* & ante eum *Molina de primog. cap.* 1. *nu.* 7. *lib.* 1. qui tamen in aliquibus differre offendunt sigillatim, unde defideicomissis ad maioratus argumentum rectius summi, quam de feudis, scripsit *P. Peral. in rep. l.* 3. §. *qui fideicommissam, nu.* 91. *ad fi. ff. de hær. inst.* tradunt *Covar. lib.* 1. *Resol. cap.* 15. *nu.* 14. *ac novissime D. Ant. Mene. in rub. Cod. de fideicom. nu.* 4. *in princ. & n.* 7. at in fideicomissis particularibus nulla est lex, quæ repræsentationẽ inducat, ergo non possumus nos eam inducere, *ut supra dixi, nu.* 1. Imo stat in oposito doctrina *Bart.* communiter recepta in sæpius aleg. *Aut. post. fratres*, ubi dixit, quod filij succedunt in locum pa- 30
tris sui, & eum repræsentat in duobos casibus jure expressis, quãdo videlicet, tractatur de successione patrui, vel dutavi taxat, ut in *Auth. in succ. C. de jus, & legi hær.* ac successio

cessio fuerit universalis (de hac enim loquuntur jura quæ *Bart.* citat) secus si tractetur desuccessione aliorum, ut *in Auth. post fratres* sequũtur eum ibi omnes indifferenter, & *Ang.* §. *reliquum Auth. de hære. ab in tes. ven. not.* 3. *col.* 9. *Ang. Areti.* §. *cum filius. inst. de hær. quæ. ab int. n.* 1. *Alexan. cons.* 137. *lib.* 5. *Cuma. cens.* 106. *mulier, & in l. cum ita.* §. *in fideicomisso, ff. de leg. ij.* quem solum retulit idem *Alex. cons.* 129. *n.* 4. *lib.* 5. *Deci. cons.* 1. *n.* 3. *& in cõs.* 553. *col.* 1. *Paris. cons.* 40. *n.* 28. *& cons.* 39. *n.* 14. *lib.* 2. latius *P. Peral. d.* §. *in fideicõmisso. pag.* 369. *c.* 1. *Ias. l. si aviæ. c.* 3. *n.* 6. *C. de succe. æd. c.* & idem *Ias. l.* 1*s potest. nu.* 26 *ff. de ac. qui. hære.* & in fectu idem, quod *Bart. in d. Auth. post. fratres*, voluit *Bal. in d.* §. *in fideicõmisso* (licet alia docendi methodo utatur, distinguendo successionẽ ex dispositione leg. Ut in ea sit locus repræsentationi, á successione ex dispositione hominis, ut in ea non sit dari repræsentationem (aperte enim vult quod ultra casus *l. expressos.* de quibus loquitur *Bart. d. Auth. post. fratres* incivile sit, & contra jus repræsentationem in ducere unde ita *Cumam. d.* §. *en fideicõmisso, & Alex. d num.* 4. utramque doctrinã, videlicet *Bart. & Bald.* conjungunt. quotquot enim Baldum sequuntur, & ejus opinionem cõmunem esse scribunt quorũ paulo inferius. *nu.* 31. mentio fiet illi etiam omnes *Bart. in d. Auth. post. fratres* accedũt, & ejus doctrinam necessario probant, * ad. de *Paris, cons.* 57. *nu.* 3. *& 7. lib.* 2. Cui etiam suffragatur multorum opinio tementiũ, etiam in linea descendentiũ, repræsentationẽ non extendi ultra pro nepotes per text. expressum *in* §. *cum filius, vers. quia placuit,* & ibi notat *Ang. nu.* 1. *inst. de hæred. que ab int.* def. *Paris. cons.* 40. *nu.* 28. *lib.* 2. *Guille. cap. Raynutius. verb. & uxorem, deci.* 5. *n.* 64. *de test.* Quibus tamen contradicit *Covar quæstio pract.* 35. *nu.* 5. latissime, & additio *Decij cons.* 1. *Guill. Hane to. lib.* 2. *feud. capi.* 6. *pag.* 176. & nihil fitmat *Tiraq. de primog. quæst* 41. *nu.* 4. Imo fortius dicebat *Fab. d.* §. *cum filius num.* 5. sine potes cum proneporibus concurrant, nõ dari repræsẽtationem, sit vero agatur desuccessione transveralium. 1. patruorum, non extendit repræsentationem ultra nepotes ex fratre, *dict. Auth. post. fratres.* 2. *Ang.* & *Guille.* ubi supra *text.* optimus *in* §. *hujusmodi privilegium, in Auth. de hæ. ab in test. veni. column.* 9. *ubi Angel.* late *Gomez. leg.* 8. *Tauris. num.* 18. *Ias. leg.* 2. *num.* 4. *Codic. de succe. edi. Iun. cons.* 36. *ex num.* 4. *lib.* 1. & *hæc.* ita nimirum quia repræsentatio non extenditur ultra casus jure expressos. Unde cum in fideicommissis per pertuis (quales sunt maioratus Hispaniæ) non tractetur de successione universali personarum, retulit *Bart. in dict. Auth. post fratres.* imo sint successiones particulares, & singularia fideicommissa ex dispositionene hominis, sequitur plane quod in illis non potest habere locum repræsentatio: quia non sunt de casibus jure expræssis: & consequenter filius non succedet in locum patris ad exculsionem patrui in successione predictorum mayoratuum patrimonialium. sufficeretque in hanc rem authoritas *Bart. in dict. Auth. post. fratres.* secundum quem (*ex Constitutione Regni. lib.* 2. *titul.* 5.) in novis *lib.* 3. *titu.* 64. §. 1. debet judicari, si frequentius ab in terprætibus non reprobetur: quanto magis cum ab omnibus indiscriminatim recipitur, ut ex superius allegatis constat. Et ut omnes taceam qui meliorem esse causam patrui adversus nepotem ex filio primogenito contenderunt, & non nulli eam communem dixerunt, quos congessit *Tiraq. d. quæst.* 40. *num.* 13. *& Covar. quæst. pract.* 38. *fol.* 271. *col.* 4. *vers. nec tamen,* ut item taceam omnes illos statim mominandos, qui cum *Bald. in leg. cum ita.* §. *in fideicom. misso. ff. de* leg. ij. communem opinionem esse asseverant, quod nepos cum patruo non concurrat, nisi sit successio hæreditaria ex dispositione legis: qui omnes in hac nostra sententia sunt, unica allegatione ero contentus acutissimi Doctoris nostri Lusitani Emanuelis à Costa, qui hanc opinionem, ac riter, & nervose defendit in illo tract. de successione Reg. ni. *ex pagin.* 84. inquiens, pro filio secundo genito judicandum, & consulendum: quia præsumpta mens instrumentum

maioratus, & juris civilis rationes, & judicium *Bart.* ac Regiarum legum authoritas, quæ filijs secundo genitis fovent contra nepotes, in eo concurrunt.

23 Qua retenta, infertur necessario reprobandam esse *glos. Accursij verbo, proximo gradu, in d. leg. cum ita, §. in fideicommisso ff. de leg.* ij. que in fideicommisso particulari relicto familiæ, voluit locum esse repræsentationi, ac proinde nepotem ex filio simul cum patruo admittendum ad hujusmodi fidei commissum familiæ dividuum, cujus argumento male dicunt interpretes, in fideicommisso agnationi relicto juro primogenij, nepotem patruo præferri ratione repræsentationis, Verius enim videtur, ex supra proxime resolutis, ut repræsentationi locus non sit. Et quanvis *Cumanus* ibi, *& in cons.* 106. mulier instituit, *col. fin.* & post eum *Soci. cons.* 252. *visis, numer.* 3. *lib.* 2. *ac Deci. in cons.* 1. *col.* 3. *vers. ulterius etiam.* & albi *Rolandà.* ubi supra *numer.* 18. *Carol. Ruy. cons.* 127. *numer.* 9. *lib.* 3. & novissime *Peral. d. §. in fidei commisso. numer.* 19. tentaverint *Accursium* excusare, quasi illud non dixerit, nec senserit, attamen frequentius ab omnibus allegatur relatus ad textum in eam quam nuper scripsi sententiam, ut patet ex *Tiraq. d. q.* 40. *num.* 187. *& Rube. cons.* 82. *viso. numer.* 5. *Rolan. d. cons. num.* 55. *vers. non obstant pariter.* Sed ejus sententia (ut jam dixi) vera non videtur retione supra scripti defectus repræsentationis in fideicommissis particularibus, ¶ Quanvis aiunt *Bald. Florian. Periglius, in d.* 5. *in fideicommisso. Alex. cons.* 129. *prespectis, numer.* 4. *lib.* 5. atque *Cassan. cons.* 53. *col.* 3. *Curti. Iuni. cons.* 22. *numer.* 29. *vol.* 1. *Guille. inc. Raynutius. verb. & uxorem, deci.* 5. *num.* 59. *&* 60. *fol. fol.* 99. *de testa.* atque alij maxime authoritatis interpretes, quos retulerunt *Tiraq. d. q.* 40. *num.* 285. *D. Covar. q. pract.* 38. *num.* 4. *vers. sic sane,* & cum *Baldo* latissime *Anto. Gomez. l.* 40. *Tauri. num.* 41. *& l.* 8. *num.* 17. & alij infiniti quos retulit *Roland: cons.* 68. *num.* 11. alia ratione opinionē *gol.* reprehenderint, & adversus eam magis communiter doctores stare dicat *Iason. cons.* 27. *nu.* 5. *Cort. cons.* 39. *nu.* 4. *Paris. cons.* 37. *n.* 4. *lib.* 2. & contra eam in Prætorio Rotæ pronuntiatum, scribat *Deci. cons.* 408. *in fine,* & copiose contra eam esse magis cōmunem opinionem, concludat idem *Deci. cons.* 1. *num.* 7. *& cons.* 212. *& cons.* 478. *numer.* 11. *&* 480. *num.* 9. *&* 217. *num.* 1. *& in l. si a Via. num.* 6. & ibi *Curs. nu.* 11. *de succ. ædic.* & insinuet *Nicol. Bellon. cons.* 50. *in* præsenti difficultate *num.* 2. *& Soci. Iuni. cons.* 73 *incip. pulchra.* & subtilis, *numer.* 31. *lib.* 1.

Ego quidem eorum authoritatem, in re- 24
probanda illa glossa sequor, rationem non sequor. dicunt enim, ideo non dari repræsentationem quando tractatur desuccedendo ex dispositione, seu promissione homoinis (veluti in fideicommissis) quoniam tunc consideratur affectio hominis, quæ præsumitur esse maior ad proximiorem in gradu, ut *in d. §. in fideicommisso. §. si plures. inst. de legi. agn. succ. l.* 2. *§. si duo. ff. de leg. tuto. l. hæredes mei. §. cum ita. ff. ad Trebel.* in successione autem legis, ideo datur repræsentatio, quia in ea affectio non attenditur, sed duntaxat juris dispositio, quæ est, ut filius succedat in locum patris. Hæc enim ratio displicere merito debet, cum homo legis dispositioni se adæquere, & illi conformare, in dubio videatur, ut per *Bar. d. l. hæredes mei §. cum ita. col. pen.* & ibi *Alexan. col.* 7. *num.* 11. *ff. ad Trebel.* etiam si lex sit statutatia, & municipalis, & secundum eundem *Bart. l. juris jurandi. §. si liberi. n.* 5. *ff. oper. liber. Imol. c.* 1. *in fi. de loca.* etiamsi sit consuetudo, ut per *Inno. c. cum olim. de verb. sig. Ruy. cōs.* 186. *nu.* 7. *lib.* 2. *& cons.* 110. *nu.* 6. *l.* 5. & plerosque alios: ut non merito eam rationem inprobarint *Tiraq. d. q.* 40. *nu.* 187. *Covar. d. cap.* 38. *fol.* 268. *versic. ex quibus infertur.* & ita novissime *P. Peral. in d. §. in fideicommisso. pag.* 270. *col.* 1. *in fin.* cum seq. *Baldi* opinionem sequitur, contra *glos.* licet non ex ejusdem *Baldi* fundamento, & ratione, sed alia *Cuma. post. Bart. in d. Auth. post. fratres:* quia. s. repærsentationi (cum sit fictio) locus fieri non potest, nisi in casibus quibus

bus jam eam induxit. sed, & contra *glos. d. §. in fideicommisso* magis inclinat *D. à Costa. d. tract. pag.* 89. adducendo, ut novam, *si libertus præterito, §. 1. ff. de bon. lib.* quam prius induxerat *Cuman. in d. §. in fideicommisso. Deci. cons.* 927. *numer.* 7. Et mihi dubium non est, quin illa glosa vera non sit dum in fideicommissis repræsentationem inducit, quam nulla lex
32 induxit: licet agnoscam crebriori doctorum calculo esse receptam illam enim tacite probant *Bart. Angel.* ibi, dum illam non improbant, & expresse sequuntur *Angel. Perigl. Paullus Castrens.* & latius *Ioann. Imol.* & communiter esse probatam testatur *Alexand. cons.* 137. *libr.* 1. * & idem *Alexan. cons.* 188. *per totum lib.* 1. *Soci. l. si cognatis. col. fin. ff. dere. au. & cons.* 374. *colu.* 4. *lib.* 4. & magis communiter Dd. cum illa *glos.* transire inquiunt *Alex. cons.* 26. *num.* 13. *col. fin. lib.* 3. & ibi addit *Carol. Ruy.* * ubi restatur communem, *& in cons.* 163. ante *nu.* 9. *cons.* 162. *col.* 1. *lib.* 1. *& cons.* 78. *col. fi. vol.* 2. *Soci. Iun. cons.* 116. *col.* 2. *lib.* 1. ubi dixit eam magis communem, & iterum *cons.* 126. *nu.* 25. *lib.* 1. *Gozadi. cons.* 4. *nu.* 31. *Anto. Rub. d. §. quidam recte. fol.* 10. *Ruyn.* iterum *cons.* 171. col. 3. *in fin. vol.* 2. bis aut ter affirmat præ. dictam *glos.* communiter esse approbatam, quod ipsum repetit, & ab ea in judicando, & consulendo non esse recedendum, idem *Ruyn. cons.* 163. *col. pen. lib.* 2. æquiorem esse ait *Ang. perig. d. §. in fideicommisso. §. sequitur Ias. cons.* 215. *col.* 4. *vers. sed præmissis lib.* 2. *& melius cons.* 159. *nu.* 2. *lib.* 4. *Claudi in d. §. quidam recte col.* 2. *in fin.* cum sequ. & quod servaretur in practica scripsit *Cornel. l. fin. num.* 5. *C. de verb. sig.* & ejus opinionem esse veriorem asserit idem *Corne. cons.* 51. *col.* 3. *in fin. lib.* 4. quod ipsum affirmat iterum *Ruyn. cons.* 101. *nu.* 18. *& cons.* 18. *num.* 5. *vol.* 2. *& Roland. d. cons.* 68. *numer.* 46. ubi, & eam magis communiter approbatã ait, & infinitos propemodum ad hoc ipsum allegat in eodem *cons. ex numer.* 31. usque *ad num.* 34. ubi eam argumentis comfirmat. plures quoque congerit *D. Covar. d. q.* 38. *nu.* 4. *pag.* 267. post *Tiraq.* qui, & eam sequitur *d. q.* 40. *nu.* 184. *&* 188. 189. sequitur etiam ultima additio. *Decij consil.* 1.* & plene *Parisius cons.* xxx. *dubitatur n.* 37. cum *seq. & cons.* 38. *in hac n.* 15. *& cons.* 39. *n.* 4. *&* 11. *lib.* 2. & aprobavit tandem. *l. Tauri.* 40. *in fideicommisso* agnationi jure primogenituræ, seu maioratus.

Sed hoc tanto doctorum cumulo non terreor, ut glos. sententiam probem: nam si demas illos qui sibi ipsius in ea re contradicunt, certe multo plures inveniens qui à *glos.* discesserint, quam qui rei subscripserit. de me enim *Bald. qui in d. §. in fideicommisso.* eam reprobavit, *& in cons.* 488. *vol.* 3. sibi oppositus. contrarium tenuit nulla illius *glos.* facta mentione. *tolle Deci. qui cons.* 1. communiter reprobatam dixit, *& in cons.* 527. col. 1. *& cons.* 87. *in fin. &* 553. col. 1, sequutus *Bald.* sententiam simpliciter, & alibi *in cons.* 218. distinguit. tolle P. *Paris. qui cons.* 40. col. *fin. num.* 27, *& cons.* 30. *num.* 61. *& cons.* 39. *lib.* 2. eam reprobat, & alibi circa eam distinguit *in cons.* 38. *n.* 15. *vol.* 2. *& cõs.* 42. *n.* 28. *lib.* 3. *& cons* 3. *n.* 41. *lib.* 1. *& cõs.* 36. *co.* 2. *li.* 2. *& cõs.* 51. *n.* 16. *cõs.* 57. *n.* 16. *con.* 76. *c.* 1. *vol.* 2. *& cons.* 5. *nu.* 26. *& cons.* 86. *c. pen. vol.* 3. tolle quoque *Alexa.* (qui cum opinione *Bald.* & sic contra *glos.* pertransivit) *cõs.* 203. col 3. *lib.* 2. *& cons.* 4. *col.* 4. *li.* 4. *& cons.* 129. *col. fin. lib.* 5. & parum sibi constans, eam tanquam communiter approbatam sequitur. *cons.* 88. col. 1. *vol.* 1. repetito *cons.* 137. *lib.* 1. *& d. cons.* 26. *col. pen. lib.* 3. *& cons.* 124. *nu.* 2. *lib.* 7. tolle item *Ias. qui cons.* 215. *vol.* 2. *cons.* 4. usque ad finem, magno conatu glossam defendit, *& cons.* 159. col. 3. *lib.* 4. at *in l. si aviæ* col. 3. *C. de succ. æd.* eam reprobat, Auser item de medio *Curs. Iun.* qui patrum sibi constans, & male *Decium* referens, *in d. l. si. aviæ. nu.* 9. glossam sequitur, *& cons.* 57. *numer.* 8. *& cons.* 58. *numer.* 1. *& cons.* 128. *nu.* 11. *cum Decio* distinguit, & secum pugnans cõtra glossam scripsit, *cons.* 22. *nu.* 9. *& 10. & de feud.* 2. *par. col. pen. Auser.* item *Anto. Rube. qui cons.* 82. viso eleganti consilio, per totum, glossam reprobat, cæterum *in cons.* 36. 37. *&* 38. 40. col. 2. *&* 45. *in fin.* contrarium respondit, Non memores

etiam *Ludovic. Gozadi. qui conf.* 29. *col.* 4. *numer.* 18. *cum Bald.* contra sententiam *glos.* tenuit, & ex diverso *in conf.* 4. *numer.* 16. *col. pen.* glossam sequitur. Auser item *Carol. Ruy.* qui inter consilia *Rubei. conf.* 40. circa dubium, in fine, contra *glos.* scribit, at idem *in conf.* 8. *num.* 9. *lib.* 1. & *conf.* 96. *num.* 16. & *conf.* 101. *num.* 18. & 181. *nu.* 5. & *conf.* 213. *col.* 11. *in princ. vol.* 2. & *consil.* 127. *col.* 3. & *conf.* 167. *col. pen. lib.* 3. *gl.*
33 amplectitur. Hos omnes si à coto Doctorum, qui in hoc articulo scripserunt, temoveas, maioris classis reperies authores contra glos. tenuisse. nam adversus eam stat *Bart.* & omnes qui eum sequuntur, *in dict. Auth. post fratres*, stat, & *glos. fin.* & *Clarius Dyn.* & *Alberi. in l. cum pater.* §. *hæreditatem.* 1. *ff. de l.* 2. dum scribunt, in successione ex testamento non dari repræsentationem: quia non est successio à lege delata. Stat quoque *Rapha. Cuma. Angel. Aretin. Florian. Bened. Capra. Ioann. Cort.* inter ejus consilia. *in conf.* 39. Huic etiam sententiæ suffragantur ij qui communem opinionem esse profitentur, in fideicomissis Maioratuum censeri vocatum proximio-
34 rum ipsi gravato, licet alius sit proximior primo instituto, ut placuit *Alberi.* & *Paulus in dict.* §. *in fideicommisso. Anchar. conf.* 82. *incip. dicta facti narratio, col.* 3. *post. princip.* ubi ita consuluit in Maioratu de Goiz, & *conf.* 152. plura sunt dubia *Paulus conf.* 191. *visis, col.* 2. *vol.* 2. *Bal. conf.* 275. *dubio.* 2. *num.* 6. *lib.* 2. *Corn. cons.* 22. *col.* 5. *vers. & sic doctores, lib.* 2. & *conf.* 67. *vol.* 5. *col.* 5 *vers. & ita videtur. Socy, l. si cognatis. col. pen. nu.* 40. *ff. de reb. dub. Cornel. conf.* 42. & 190. *l.* 3. & alij relati per *D. Covar.* qui hanc opinionem multis argumentis fundet, *dict. quæst.* 38. *num.* 1. *Zas. in tract. de subst. cap.* 7. *num.* 7. *Cifuentes. in leg.* 73. *Taur.* & quidam modernus. *in lib. de voca. ad mayoriam art.* 1. *Paul. in leg. hæredes mei.* §. *cum ita nu.* 3. *ff. ad Treb. decis. conf.* 321. *nu.* 4. & omnium latissime, scribens hanc opinionem communem esse testatur, & sequitur *Soc. jun. conf.* 126. *lib.* 1. *ex nu.* 21. & id ipsum fatetur *Ludovic. Gozad. conf.* 4 *numer.* 17. & 31. & non esse ab eam recedēdū in judican-

do, & consulendo; *Rub. conf.* 38. *col. ulti-Salic. inter conf. Bald.* 205. *lib.* 5. & post longam controversiam idem *Anton. Rube. in* §. *quidam recte l. Gallus ex num.* 7. *usque ad* 88. *Palat. in Rube.* §. 69. *extra casus, n.* 3. *Tiraq. de Primog. q.* 10. *n.* 21. & in eam etiam inclinat idem *Tiraq. li.* 1. *de retract.* §. 11. *glo.* 1. *nu.* 20. *pag.* 394. licet plures citaverit antea in oppositum *ex num.* 12. cum quibus, & *Covar. d. q.* 38. *ex pag.* 266. *vers. fit igitur*, alios citans qui contrariam communem dixerunt. Ultra quos allego *Bart. d.* §. *si cognatis nu.* 2. *vers. quæro hic dicitur. ff. de reb. dub.* & *in l. Petro.* §. *fratre. q.* 1. *ff. de leg. Dec. conf.* 217. *vol.* 2. *col.* 1. *Cornel. vol.* 2. *conf.* 42. *litera, C.* & *conf.* 37. *li.* 1. & *conf.* 220. *li.* 2. *Bald. conf.* 488. *vol.* 2 *Cuma. conj.* 43. *Ioan. dilect. intract. de erte test. tit. de jubst. cautela* 21. *numer.* 3. & novissime ac latissime P. *Peral. in d.* §. *in fideicommisso. num.* 22. *pag.* 373. *cum seq.* Sed superior sententia verior est, secundum, quam sæpius fuit judicatum in Regno. & ob id lata lex *Extravag. in nov. recopil. lib.* 4. *tit.* 100. §. 2. quæ id ipsum decrevit, qua attēta, jam hoc Regno Lusitaniæ dubitari non oportet in fideicommussis primogenij bonorum patrimonialium, patrum (quia gradu, & cognatione proximior est ultimo possessori) debet nepoti præferri, qui uno gradu est remotior: quoniam repræsentationi locus non datur, & consequenter *glos. dict.* §. *in fideicommisso* veram non esse.

Nec placere potest distinctio quæ di-35
citur esse communis ut videlicet, si fuerit fideicommissum à patruo, vel avo relictum sub nomine collectivo plurium personarum, & gradum puta familliæ, generationi, genti agnationi, parentellæ, vel similibus (quæ nomina plures personas & gradus una dictione colligunt, & conpræhendunt) & in talibus fideicommissis ab homini personis relictis detur repræsentatio, & sic nepos ex filio concurrat cum patruo in fideicommissis rei dividuæ, quasi cum collective plures personas, & gradus vocant. assimilari se velint cum intestati successione á leg. delata: & hoc casu procedat, & obtineat

senten-

sententia *glos. relatæ ad text. in d. §. in fideicommisso.* Sin autem non sint talia fideicommissa relicta ab avo, aut patruo sub nomine collectivo, sed vel non relicta sub nomine collectivo, vel non ab avo, aut patruo, & tunc *glos.* vera non sit, & patruus proximior præferatur. Quam destinctionem omnium primus sensit Imol. super *glos. Areti. cons.* 164. *col. pen. Socy. cons.* 51. *num.* 19. *lib.* 4. loculentissime *Deci. d. cons.* 1. *col.* 2. & *cons.* 79. & plenius *cons.* 217. *Garol. Ruy. cons.* 127. *num.* 9. *libr.* 3. *Curti. Iun.* qui hanc distinctionem Decio tribuens inquit semper sibi placuisse uti certe placuit, *cons.* 57. *numer.* 8. & *cõs.* 58. *numer.* 1. & *cons.* 128. *numer.* 11. & *d. l. si. aviæ numer.* 9. & communem esse scribit *P. Paris. cons.* 36. *col.* 2. *lib.* 2. & *cons.* 38. *nu.* 15. & *Lucius cons.* 39. *num* 4. & 12. & *cons.* 40. *num.* 30. *lib.* 2. & sine dubio veram esse ait *Socy. Iun. cons.* 120. *numer.* 10. *lib.* 1. denique omnes qui glosam sequuntur, in hoc sensu eam accepisse, scribit *Covarruvias. d. cap.* 38. *vers. nono* seclusis. voluit *D. a Costa d. tract. pagin.* 36. & 130. * post *Tiraq. de primogen. quæst.* 40. *num.* 187. & satis *Iason.* 215. *colu.* 4. *vers.* Sed præmissis, & magis in terminis in *cons.* 159. *nmmer.* 2. *lib.* 4. *Claudius in l. Gallus. §. quidam recte col.* 2. *in fin. & seq. ff. de libr. & po. ubi. allegat. Alexand. in multis consilijs* asserentem eam magis communem. & novissime *Rolandus á Valle in consil.* 68 *numer.* 33. & *seq.* ubi post longam disputationem dicit communem, & ab ea in judicando, & consulendo non esse recedendum prædicta enim distinctio infringitur ex supra scriptis, nec ullus scribentium legem mihi allegat, quæ magis in fideicommissis relictis nomine, collectivo ab avo, vel patruo, quam in alijs repræsentationem inducat. Nec sufficit tam leviter conjecturata mens testantium, ut interprætes repræsentationem inducere possint; cum repræsentatio (& ut supra diximus) fictio sit, quam nemo nisi lex ipsa inducere potest. Nec in fideicommissis fictionem sed veritatem attendimus. *l. fidei commissum ff. de cond. & demonstr. l. statius. §. fin. ff. de jure fis.* Doctorum vero argumentatio retorquetur: nam si secum legibus testatores videntur comformare, conjecturari non oportet, quod voluerint in successione fideicommissi inducere repræsentationem, quam lex non nisi in universali successione admisit, ut *in d. Auth. post fratres* cum maxime in fideicommissis gravato non succedatur sed reliquenti, ut *in l. cohæredi §. cum filiæ. ff. de vulgar.* licet additio *Decij* dicat quod testator in ijs habet respectum, non admodum succedendi sibi, sed admodum succedendi gravato: quod nulla lege probat.

